
BARTOLE-
MAEI BLARE-
RI IVRISCONS.

IN L. DIFFAMARI. C. DE
INGENV. MANV. COMMENTATIO

SEV REPETITIO: AMPLISSIMVM AC VERVM EIVS V-ſum,& in Imperiali Cameræ iudicio, ac paſsim in foro dilucidè proponens. In qua plura loca utriuſq; Iuris explicata: Libelli item pro hodierna fori conſuetudine uarij, ac obſeruationes multæ, uniuerſum Iuris proceſſum ſingulariter ſpectantes, utiliter exhibentur: adiuncto Indice.



Τῆς ἐπιμελείας δοῦλα πάντα γίνεται.

Cum priuilegio Imper. Maieſtatis in annos X.

BASILEAE APVD NICOlaum Epiſcopium F. M. D. LXIII.

ILLVSTRISSIMO
ATQVE PRAESTANTISSIMO
PRINCIPI AC DOMINO, DOMINO CHRISTOPHERO, *duci VVurtenbergensi & Teckensi, Comiti Mumpelgartensi, &c. Domino suo clementissimo,*

BARTOLEMAEVS BLARERUS Iurisconsul. S. D.



T SI priuatæ causæ sunt, quæ iamdudum ut ad Celsitudinem tuam, Princeps illustrissime, scriberem, hortabantur: tamen ut hunc potissimum præsentem hunc meum in præstantissimam Imperatoriam legem commentarium, Celsitudini Tuæ nominatim ascriberem atque dicarem, impulerunt me maximæ ac clarissimæ uirtutes tuæ, quibus ita excellis, ut meritò hodie omnes cæteri Imperij proceres ac principes, non ad intuendum tantum, sed & ad imitandum ac sequendum, præclarum omnis pietatis, iusticiæ, prudentiæ, integritatis, fortitudinis ac constantiæ exemplum, in te maximè sibi propositum esse libenter agnoscant ac statuant. Cum igitur eximiæ uirtutes tuæ tantam authoritatem apud summos ac optimos quosque tibi pariant, inter eas uerò iuris nostri Romani obseruantia tua ac prudentia prælucere quasi, & in hunc altissimum dignitatis ac gloriæ tuæ gradum, non minima ex parte, collocare te conspiciatur: meritò & te potissimùm tanquam Aristarchum huic nouæ meæ, in legem omnium legum Romanarum excellentissimam ac amplissimam commentationi, patronum ac defensorem constituere debui: minimè dubitans, si hæc ipsa tibi Aristarcho probata fuerit, quin & eam iu-

riſprudentiſsimi quique facilè ſint comprobaturi. Nec ſimiliter hæſito, cum ſummo ac ardenti iuris noſtri ſtudio ac amore detinearis, quin hanc operam meam in illuſtri aliqua eius parte poſitam, iamq́ in ſignificationem perpetuæ meæ erga te obſeruantiæ ac ſtudij publicè exhibitam, pro antiqua hac uirtute tua ac animi propenſa uoluntate, clementer ſuſcepturus ſis, probaturus ac protecturus. Ea enim eſt uis ſummæ ac excellentiſsimæ iſtius uirtutis, quam Iuſticiam appellamus, ac dominam ac reginam omnium reliquarum uirtutum dicimus, ut qui eam ſemel amplexi fuerint, non poſsint non omnia quæ ex officina eius exeunt, ſimiliter amplecti, probare, fouere, tueri. Quanquam uerò ſemper illuſtriſsimum ac auitum genus tuum, iuris noſtri Romani amans & obſeruans, præſertim uerò fortis ille ac magnanimus heros Vdalricus, diuæ memoriæ Princeps illuſtriſsimus, pater tuus, per omnem uitam ſuam ſtudioſiſsimus atq; obſeruantiſsimus fuerit: manifeſtum tamen eſt te id agere, ut non ſolùm id præclarum auitum & paternum exemplum feliciter imitari ac exprimere, uerumetiam multum ſuperare queas. Qua ſanè re de tota Imperij Repub. optimè mereris, cùm non tantum boni ſit uirtute principes præſtare, quantum illud, quòd permulti imitatores principum exiſtunt. Si quis autem uniuerſam inſtitutæ gubernationis tuæ rationem ſibi ob oculos ponat, uidebit is quàm ritè ac ſolerter eam ſecundum potiſsima iuris præcepta ſeu capita, quibus tota iuris οἰκονομία perficitur, direxeris, ordinaris ac conſtitueris: inter quæ cum primum ſit, & in ſe integram quaſi de moribus doctrinam complectatur, honeſtè uiuere: in hoc etiam primitùs intentus es, ut non tantum in priuata uita ſanctiſsimus ſis, & ſingula in aula tua, quæ hodie quo ad temperantiam, ſobrietatem, modeſtiam, uix parem in Germania habet, rectè ac probè gerantur, ſed & omnes ſubditi tui æquè, piè ac honeſtè uiuant. Dein alterum iuris quaſi fundamentum quod ſpectat, non ſolum ut omnis uiolentia legitimis compeſcatur remedijs, facinora debito puniantur modo, iniuriæ reprimantur, atq; tota prouincia malis purgetur hominibus, hocq́ nomine in Germania laudatiſſima, ſerio præcepiſti; uerumetiam cùm ingenia hominum ad

fallendum

fallendum sint parata,& sæpe in rerũ precijs,mensuris ac pon-
deribus,propter eorundem uariam inæqualitatem, falsum cõ
mitti contingat:hac quoq; ex parte omnibus ditioni tuæ sub-
iectis quàm rectißimè consultum,ac omnium malitijs esset oc
cursum, summa prudentia ac incredibili quodammodo ope-
ra effecisti,ut tandem in omnibus commercijs, omni pondere
ac mensura, per amplißimam diœcesin tuam, eadem planè sit
constituta æquilibralitas ac æquabilitas. Quibus singu-
lis ritè præstitis,cùm tamen ne ita quidem consortionem per-
petuò æqualem inter tot subditos esse, uaria & quotidiana cõ
mercia permittant,& uariæ obligationes uarias quoq; actio-
nes & lites pariant,quas legitimè ac citò dirimi ac finiri,omni-
no è re ipsorum sit: iam ex finali quoque iuris capite, ut suum
cuiq; tribuatur, ijs ex æquo succurri procurasti. Quod etsi in
hac distributione specialius quàm aliàs accipitur, in eo tamen
uniuersi iuris finem consistere patet, ut quisque scilicet quod
suum est,tueri ac consequi poßit: qui finis in iudicijs paratur,
cum ijs omne ius contineatur. atq; ideo iudiciorum ac fori u-
sum unicè utilem ac summè necessarium esse, fateri necesse sit,
interim tamen eundem intra certos ac ordinatos limites com-
prehensum ac constitutum esse debere. Nisi etenim certus
ordo in iudicijs necessariò seruandus,fuerit constitutus, expe
rientia hodie clamitat,confusè omnia ac ineptè in foro geri, li-
tes calliditate ac machinatione tum causidicorum frequenter,
tum interdum litigatorum malitia protrahi, & lites ex litibus
nasci. quæ res cum in summam subditorum iacturam ac perni
tiem uergat,hac item, inquam, ex parte tuis ut probè prospe-
ctum ac consultum esset, iustam, certam ac exquisitam expe-
diendarum diffiniendarumq; litium formam,singulis tribuna
libus tuis præscribi,ac causas secundum Romani iuris æquita
tem discuti,optima ac saluberrima ratione mandasti: ut certò
affirmare ausim, me nusquam minus querimoniarum à subdi
tis, quàm in tua diœcesi hactenus audiuisse. Hac itaq; in-
tegra iuris ratione,conuenientißimam amplißimi ducatus tui
gubernationem constituisti, ac bene feliciterq; regendi exem-
plum absolutißimum omnibus optimatibus summa ac perpe
tua cum laude proposuisti. Vnde uel luce clarius apparet,

 quantam

quantam uoluntatem authoritati iuris noſtri tribuas: ſicut & ut hæc ſtudia noſtra nullo modo iaceant, aut negligentius aſ-ſeruentur, uerùm magis magiſq; ad priſtinam magnitudinem accedant, & quamplurimi Iuriſperitiſsimi fieri ac euadere poſ-ſint, quotidie curas: dum academiam tuam Tubingenſem, o-lim à maioribus tuis, illuſtriſsimis Principibus, ſancta ratione fundatam, ac hucuſq; liberaliter ſuſtentatam, non ſolum eo-dem modo conſeruas, ſed ut indies omnes præclaræ artes ac diſciplinæ felicius ac accuratius in ea tradantur, & ſacroſan-cta diſciplina iuris maximè illuſtretur, nullis parcis ſumpti-bus: ſicut & hodie inter reliquas Germaniæ Academias, ut in cæteris, ita & præcipuè in profeſsione boni & æqui, principa tum ea obtinere creditur: quam rem certè ut piam, & ad-modum Reipub. totius imperij utilem, tibi non minimam laudem & apud poſteros parituram, perſuaſsimum habe.

Id'q; ſimiliter, ut amoris tui erga ſtudia noſtra iuris, lucu-lentiſsimum exiſtit teſtimonium: ſic & illud uel ſummum ac maximum, quòd exemplo ueterum quorundam optimorum Imperatorum, nullum ordinem hominum maiori gratia ac be neuolentia proſequeris, quàm in iure eruditorum, & quòd Iu riſconſultiſsimos præcipuè nunquam non tecum eſſe ac habe re exoptas, quod'q; ſine eorum conſilio nihil tibi tentandum, aggrediendum'ue arbitraris. Quæ res tibi etiam ut præſentiſ-ſimum rerum emolumentum, ita & perennem memoriam non párere non poteſt: cum ex hiſtorijs clarum ſit, quanta mo-rum integritate Principes qui Iuriſconſultorũ opera & con-ſilijs uſi ſunt, præditi fuerint, quanta felicitate Imperia auxe-rint, quanta iuſticia ea ipſa adminiſtrarint, quam'q; admiran-dam de ſe poſteris famam reliquerint. In quibus ſanè omni-bus, quòd Iuriſperitos tanta benignitate amplecteris, quòd ſtudia iuris tanta promptitudine prouehis, quod'q; potiſsi-mùm legum Romanarum uoce ac præſcripto, omnia tua iudi cia ac tribunalia regi uis ac gubernari: eximia prudentia tua nunquam ſatis collaudari poterit. Roma enim quondam princeps orbis, unicum uirtutis ac humanitatis domicilium, DEI deſtinatione optimas nobis uiuendi leges dedit: pro-prium enim quaſi ueterum Romanorum fuit, bene gerere

Rempub.

Rempub. Itaque Cicero cum de optimo ciuitatis statu dispu-tat, non alias nisi Romanas leges fert, easque naturæ maximè cõsentaneas esse censet. Et certè Germaniæ nostræ statum præsentem si quis diligentius intueatur, tantisper uidebit mã-suram mediocrem Imperij nostri Romani formam, donec hęc legum nostrarum florebunt studia, earumque præscriptionem iudicia curiæque sequentur. Et quòd hoc ipso iure Deus hodiernam hanc Ecclesiæ suæ politiam regi uelit ac admini-strari, clarissimum etiam testimonium tot anteacta secula per-hibent, quibus summi hominum ordines ac status, tot floren-tissima regna, tot nobilissima literarum monimenta, ac cęterę res humanæ omnes, toties penitus deletæ, aut summo om-nium cum dolore & exitio mutatæ sunt: hoc solo iure nostro Romano semper integro ac incolumi, quasi ex medijs flam-mis erepto, atque in hunc usque diem diuino defendente numi-ne, mirificè conseruato: quòd & Deus maximè per bonos principes, tanquam ad hoc idonea instrumenta, effecit: quem-admodum & ex historijs elucet, quemque principem ut opti-mum, ita quàm maximè, summoque cum studio has ipsas leges Romanas tutatum esse, religiosissimè sanctissimeque coluisse.

Qualem omnino cum & te hodie principem ac præci-puum cognoscamus, optimo iure plurimum omnes nos tibi debere fatemur: te meritò præ cæteris ueneramur, prædica-mus, celebramus. Itaque cum omnis gubernationis tuæ ra-tio, omnia studia tua, omnes actus ac tota uita tua, animum tuum erga sanctissimam Iuris nostri disciplinam, erectum ac promptissimum clarissimè testentur, quin & huic meæ, in le-gem Romanam omnium præstantissimam commentationi, locum aliquem apud te benignè ac clementer concessurus at-que daturus sis, minimè dubito. Quod igitur superest, o-ptime ac illustrissime Princeps, Deum patrem Domini no-stri Iesu Christi oro, ut is te illustrissimis liberis tuis, ac om-nibus ditioni tuæ subiectis, imò omnibus nobis, ac uniuerso sacro Imperio, perdiu superstitem, ac omni ex parte incolu-mem conseruet ac tueatur: sua item immensa bonitate efficiat, ut primogenitus tuus, qui iam crescit in munera magna patris, illustrissimus Princeps Eberhardus, Dominus meus clemen-

tiſsimus, paternum hoc ac domeſticum omnium uirtutum exemplum, in Celſitudine tua illi propoſitũ, ut diutiſsimè intueri, ita indies magis magiſq; id animo fideliter imprimere, ac aliquando præclarè exprimere, atq; adeò patria planè uirtute, pietate, prudentia, iuſticia ac integritate, ampliſsimæ ditioni cui natus ac deſtinatus eſt, feliciter præeſſe, nec non toti Germaniæ ac uniuerſo Imperio Romano, ſummo emolumento, honori atq; ornamẽto eſſe poſsit. Bene & feliciter ualeat Celſitudo tua. Datæ Spiræ, Calend. Septemb. Anno à nato Saluatore

M. D. LXIII.

BARTOLEMAEI BLARERI IVRISCONS. AD LECTOREM IVRIS *peritum ac studiosum, de ratione Operis, Præfatio.*



VOD commentationem hanc in l. Diffamari, seu, ut communiter uocant, repetitionem scripsi, non aliam ob causam, quàm ut communi commodo, atque adeò studiosis nostræ artis, ac omnibus iusticiam exercentibus, & ius in usu habentibus, hac ex parte inseruirem, à me planè factum esse, omnino tibi persuasum habeas uelim, Lector humanissime: eacq; propter etiam, q; ego pręcipuè, amplam ac arduam hāc prouinciā suscipere, ac præsentis legis materiam, usui forensi ut expositam, ita & difficilem, multiplicem, ac uariè hinc inde per uniuersam iuris nostri scripti segetē sparsam, exquisitè colligere, discutere, hocq; modo certam ac perfectam amplissimæ eius legis in foro tractationē, in medium proferre, post tot secula, & inter tot Iuris consultissimos, conatus sum: meliorem in partē te ac omnes qui communi patriæ ac studijs nostris non pessimè consultum uolunt, interpretaturos, planè confido. Etsi enim ex animi fortè sententia institutum hoc meum nō successit, in hoc tamen uoluntatē meam uituperandam haud censeo, cùm omnibus bonis ac præclaris in reb. conatus in laude, effectus in casu sit: eorumq; uoluntas nunquam à prudentibus improbata fuerit, qui licet susceptæ rei magnitudini parem non potuerint, aliquam tamen operam adferre conati fuerunt: ipsa autem experientia passim in iudicijs, præsertim in Germania, ubi propositæ legis usus frequentior, testetur, pleniorem eiusdē disquisitionem in potioribus partibus, præsertim pro causidicorum uulgo, necessariò requiri. Et sæpe certè miratus sum, superioribus annis in aliquot comitijs Rom. Imperatorem & Imperij proceres, inter alia lōgè maxima ac grauissima totius Imperij negocia, & de huius legis uero ac legitimo intellectu & usu, in Imp. Cameræ pręcipuè iudicio, ubi eius usus multus est, summa diligentia ac exactissima cura sæpius egisse, tractasse, certocq; cōstituisse: interim ex tot tamcq; claris nostri temporis Ireconsultis, à quibus nihil ferè in iure obscurum seu ambiguum relictum, qui & huius rei parem curam ac pro communi patriæ commodo eam operam susciperet, ut quæ more Imperatorio breuiter in proposito constituta sunt, ea plena interpretatione omnibus faceret perspicua, uerumcq; amplissimæ legis usum, ac perfectam in foro tractationem proponeret, hucusq; nullū ferè extitisse. Etsi enim perpauci quædam, nec inscitè quidem, ad hanc legē annotarunt: quotus tamen quisq; est, qui integrum eius iudicium, quod singulare planè est, cōstituerit? omnesq; eius ac singulas partes collocarit, ac propriam cuiusq; uim definitione declararit? Scio sanè multos esse, qui hanc rem multo felicius præstare potuissent: ac optaui sæpe, quendam ex Iurisconsultis nostris quibus usus ac modus forensis, præcipuè in laudatissimo Cameræ Imp. iudicio, in his ac om-

nibus causis perspectissimus est, quorū hodie multi ibidē causis cognoscendis ac legitimè diffiniendis, eximia sua prudētia ac iuris scientia summa cum laude præfuerunt, ac etiamnum præstò sunt: multi uerò hinc inde alijs præclaris officij muneribus, aduocationisue partibus funguntur, eum ipsum laborem suscipere atq; perficere. Verùm dum illos perpetuò causarum multitudine ac immenso labore fatigari cōtingit, hos uerò alijs serijs rebus, negocijs ac studijs occupari, & quosdam sibi ipsis quàm communi cōmodo comparare malle, in eo contenti, nec adeò forsan hoc insolenti sæculo malè, ut sibi sapiant: hacq; ratione fiat, ut hæc præstantissima lex fama quidē ac nomine omnibus in foro uersantib. etiam causidicis ac rabulis idiotis notissima, interim plurimorum intellectum fugiat: eaq; res in bonorum ac simplicium hominum, qui frequenter à malis diffamādi malitia ac machinatione circun ueniūtur, & qui hoc præsentis legis saluberrimo remedio defendi unicè debebant, dum ex hac ipsa defensionis formula causidici in iudicijs, Andabatū more digladiantur, detrimentum non exiguum uergat: ac sæpe etiam, dū & iudicibus imperitioribus imponitur, eiusmodi diffamandi insolentia, exemplo totius Reipub. perniciosissimo, non legitimo modò, ac ut Vlpiani uerbo utar, translatitiè coerceatur. Quapropter in re tam utili, ac nostris potissimùm iudicijs tam necessaria, hanc meam qualemcunq; operam, non pessimè collocatam, aliquos saltem iuris iusticiæq; cōsultos, dijudicaturos spero.

Nec uerò hanc legem nostris modò temporibus, quibus eam inter cæteras Romanas leges solam, in aliquot publicis sacri Imperij conuentibus, Imperatoria Maiestate ac authoritate illustrari usuuenit, tantam celebritatem nactam, arbitrandum est. Etsi enim prima exordia legis nostræ exigua uideri possunt: si quis tamen splendidissimas rationes eius, secundum quas legū uis ac dignitas metienda, perpendat, is facilè perspiciet, huius legis latores Impp. Diocletianum & Maximinianum A A. & C C. eam in casu quidem speciali, ac tum temporis ualde communi, sicut & leges in ijs quæ ἐπὶ τὸ πλεῖστον accidunt, statui debent, constituisse. Cæterùm eos ipsos hac ipsa lege exquisitum ac præsentissimum remedium contra quasuis malorū hominum uenenatas diffamationes, quibus uel famæ ac dignitati, uel bonis ac possessionibus noceri ac incommodari potest, optima ratione exhibuisse: sicut & hoc ipsum Iustinianus Imperator sua authoritate cōprobauit. Et deinceps id Imperatorum beneficium, nō solùm iuxta uires aliarum legum durauit, sed indies quoq; illustrius ac magnificentius reputatum ac habitum est. Sic ex primis illis Iuris ciuilis interpretibus Odofredus, hanc legem ut ualde argumētabilem cōmēdat: sicut & inde quoq; utriusq; iuris interpretes, utilitatē eius in uarijs hinc inde locis, mirum in modum auxerunt atq; ornarunt. Quæ cū ita se habeant, hoc in loco quoq; satis mirari non licet, ex tot tātisq; interpretibus tam paucos reperiri, qui ex professò ac ordinariè in hanc legem scripserint, ac plures etiam, qui inter alios Iuris ciuilis libros & Codicē ac singulas Imperatorū leges interpretatione explicandas susceperunt, hanc ipsam planè silentio præterijsse: ut non inscitè hic Virgilianum illud,

Apparent rari nantes in gurgite uasto, quo Iason in simili prouerbij loco usus est, allegari queat: cū perpauci eiusmodi cōmētationis munus suscepisse cernantur, ne dicam iam in practicis suis hanc solam formulam à Doctoribus

esse

esse relictam. Et quanquam aliqui superioribus illis, ac etiam nostris temporibus quædam utilia hic notarunt, quorum & prima uestigia, ut hanc tam latam scribendi prouinciam tentarem ac subirem, me adduxerunt: in clara tamen luce positum est, quid & quatenus scripserint, & mihi deintegrò huius legis materiam ex utroque iure ac omnium Doctorum scriptis ac commentarijs comparandam ac dispensandam fuisse. In qua sanè inuestigatione, hanc materiam præ cæteris à uetustioribus interpretibus diligentius tractatam inueni, quorum authoritate ac scriptione, cùm in hac mea commentatione frequenter adiutus ac usus sim: ipsorum sæpe & uerbis uti mihi congruum fuit, cùm quòd non adeò barbara illorum sunt scripta, ut nequaquam à Latinis hominibus intelligi queant, tum quòd nec adeò præsens hic tractatus sermonis puritatem ac elegantiam admittere aut exigere uidebatur: sicut nec ab eo qui quotidie eiusmodi scriptores uoluit, ea elegantia expetenda est. Constat autem præsentem materiam, particulatim hinc inde in ipsorum scriptis & minus plenè positam, summoq; negocio ex ijsdem certam diffinitionem pro uarietate quæstionum ac causarum in hoc iudicio incidentium erui ac comparari. Cuius rei pauca quædam Doctorum responsa seu consilia, quæ in hanc rem extant, claram fidem faciunt, ex quibus apparet, dum saltem de unico aliquo huius iudicij articulo, ut si uel de libello, uel de citatione, uel de iudice, uel de sententia, &c. quæstio diffinienda incidit, quanta Doctores difficultate ac opera hoc agant, quàm latè in sententiam suam argumenta conquirant, quantoq; acumine authoritate aliorum utantur: taceo iam quàm in ea parte, an quis post terminum agere possit, solliciti sint. Quare hoc nomine & me, si minus ex omni parte pensum absolui, uenia dignum iudico. Quòd si uerò in hac repetitione mea, cui forsan modum in una interpretanda lege excesisse uidebor, in quam tamen reprehensionem apud eos quos huius legis in foro uim ac amplitudinem experiri contingit, me non incursurum, non ambigo: is sciat multa adhuc nec inutiliter nec incommodè hic recenseri potuisse. Cùm enim hominum ingenia ad fallendum ac diffamandum sint paratissima, & multa diffamationum genera multiplices quoque causas ac actiones efficiant, omnes ex hac sola lege legitimè dimetiendas: sicut & ea in omnibus actionibus tam ciuilibus quàm criminalibus, & tam realibus quàm personalibus locum habet: quis iam quæso arbitrabitur, breui expositione integram eius tractationem plenè posse complecti? Et cum hoc iudicium peculiarem, & ab ordinario alienum procedendi modum contineat: nonne & is deintegrò tradendus fuit? Et quanquam non inficior, ad contrariorum explicationem theses interdum iuris ac argumenta breuiora adhiberi potuisse: si tamen eorundem explanationes ex ipsis legis rationibus ac materia sumerentur, ac singula hic ad pleniorem propositæ materiæ intellectum ac usum dirigerentur, præstantius ac utilius ratus sum: sicut & accommodata tantum, necessaria ac utilia hic exhibere uoluimus. Quòd uerò hic pleraq; simplicius, crasiius ac popularius tradita conspiciuntur, quæ sæpe breuius, acutius ac subtilius tractari ac proponi potuissent: factum est primùm, quòd in materia tam frequenti me eorum captui quorum hæc crasiore Minerua exponi interest, magis quàm peritissimorum ingenio conformandum, ac-

commo-

commodumq; censerem: dein quòd simplicitas legum est amica, & quòd hæc simplex docendi ratio nihil habere fucati, ac ueritati planè apta ac conformis uidetur: cuius orationem planam ac simplicem esse constat, quam etiam hic passim ac præcipuè in difficilioribus quæstionibus extricãdis, scrutandam omnino, nec aliter ac nautæ ad Helicen respicientes, semper mihi ob oculos ponendam ac sequendam esse duxi: eo quòd ueritas in omnibus principatum obtinet, ac mater ipsius iusticiæ est, ut alibi præclarè inquit Baldus: & quòd in eam tanquam unicum totius ciuilis disciplinæ scopum, Iurisconsulti in omni doctrina ac deliberatione perpetuò collimare debẽt: hanc uerò nulla re ferè magis ac nimia subtilitate obscurari, ne dicam, interdum euerti contingat: unde & dictum uetus ac scitum existit, Femoralia nimis subtilibus plerunq; solere decidere. Et hinc interpretes monere solẽt, nimias subtilitates intellectum turbare audientium, &c. Quòd autem hic quis forsan arbitrabitur, præsentis legis tractatum minus ad studiosos iuris pertinere, eo quòd forensem maximè respiciat actionem ac usum: tamen eo ipso hunc, ut qui in foro frequentem habeat utilitatem, studiosis præcipuè commendandum censeo: cũ in studijs suis eò potissimum spectare debeãt, ut ad Rempub. & ad forum se præparent, & hanc artem iuris discãt, ut quandoq; publicis ac priuatis causis rectè præesse queant, nec illotis, ut aiunt, manibus sacra iusticiæ attrectent, neq; cum dedecore, rerum forensium penitus ignari, iudicium accedant. Ipsorum igitur maximè interest, materias utiles, ac in forensi consuetudine crebras discere, cùm uita hæc nostra breuibus circumscripta sit terminis, ars uerò nostra lõga, ac multis ac uarijs eiusmodi materijs ac doctrinis, quibus in primis Iurisconsultum instructum esse necesse, onusta: quo nomine & huiusmodi tractatus qui in foro utilia depromũt, ac protinus quid conueniens & maximè dici scribiúe oporteat, ob oculos ponunt, præcipuè commendandos esse, meritò iudicari debet. Et hanc rationem, quòd studia iuris ad usum forensem dirigẽda sint, nec ueteribus elegantissimis nostris Iurisconsultis improbatam fuisse, locus Vlpiani alibi clarissimè testatur, ubi refert, olim magnæ pœnæ loco habitum, si iuris studiosis aduocationibus in foro interdiceretur. Vnde perspicuum est, quanto studio iuris tyrones forum olim frequentarint, quantiq; exercitationem forensem fecerint. Nec hic refert, in ueteri Repub. Romana, longè aliam iudiciorum ac fori fuisse consuetudinem, quàm hodierna nostra sit. Nam & hæc nostra ratio, utut sit, simili tamen studio necessariò nobis complectenda ac seruanda est, quatenus ijs quibus solis eam immutare ac corrigere datũ, probatur. Itaq; & hodie studiosi, postquam certa iuris initia tenent, & legum rationes inuestigare didicerunt, studia sua ad fori exercitiũ referre, seq; paulatim ad iudicij consuetudinẽ accommodare debent, ut sic cognitio usum iuuet, & usus cognitionem perficiat. His duobus enim, ad finem cuiuslibet artis cõsequendũ, uti necesse: in uniuersalibus theorematibus, methodo, in particularibus exercitatione: qua & ratione ueteres iuris nostri authores, Iuris disciplinam tandem omnium absolutissimam constituerunt, ratione scilicet & experientia pariter sese iuuantibus, mutuamq; operam sibi præstantibus. Etsi uerò raro in Academijs & locum & facultatem concedi sciam, ut simul cum studijs & idoneum exercitiũ in foro haberi queat: extant tamen ubiq; professores

Studia iuris ad usum forẽsem accommodanda.

res iuris præstantes, qui & praxin solerter declarare possunt: extāt & hodie multorum clarissimorum Doctorum scripta, in hoc omnino composita, ut foro deseruiant, & actionem forensem proponant: ex quibus certè non minor utilitas ac cognitio, atq; sæpe ex ipso strepitu forensi idoneè adipisci ac sumi poterit. Ex his igitur studiosus, qui iam spem aliquā de studijs suis con cepit, si commodius uti foro non potest, iudicij partes diligenter discat, ut si quando in publicum ac aciem prodeundum sit, feliciter id primitùs ac sine magno negocio prestare queat: cum manifestum sit, quanta ij qui citra hanc rationem ex scholis in ciuilem turbam ac forum se conferunt, in causis primùm forensibus agendis difficultate premantur. L. Lucullū scribit Cicero, cùm esset Roma ad bellum Mithridaticum profectus, rei militaris omnino rudis, tantam tamen inter nauigandū, quà percunctandis peritioribus, quà rebus gestis legendis, operam posuisse, ut cum in Asiā planè dux factus peruenisset, tātus in omni genere belli extiterit, ut maximi illius regis cōfessione atq; iudicio, omnibus quorumcunq; sæculorum Imperatoribus anteferretur. Si peritiorum percunctatio, & historiarum lectio, tantam rei militaris peritiam, quam aliàs uix sine ardua ac diuturna experientia comparari credimus, impertire potest: quid non in studijs nostris, eorum tractatuū qui quid maximè in deducendis causis, in iudicio agi oporteat, dilucidè tradunt, diligens suppeditabit lectio? Et hoc nomine quoq;, licet nec præsentem materiam meliore ratione tradi posse cernerem, ut & hic studiosi principaliores iudicij partes perspectas haberent, secundum eas ipsas iudicium l. diffamari, dispartitus sum, integrumq; constitui: licet id planè singulare sit, & magna ex parte à communi processu ac ordinarij iudicij ratione deficiat. Atqui eadem etiam de causa non uulgares quasdam quorundam processuum obseruationes, locis suis conuenienter interposui, quòd & earum in hoc quoq; iudicio non exiguus usus esse posſit. Eadem planè ratione & in libellorum formis designandis prolixior fui, ut studiosis, ac ijs quibus necdum in Cameræ Imp. iudicio procedendi modus perspectus est, rem gratam facerem, & quòd ex ijs propositæ legis uerum intellectum & usum bona ex parte conspicere liceat. Deniq; cum certum sit, ad plenam huius legis declaratione, uaria loca ex utroq; iure promenda fuisse: iam & hæc repetitio nō unius, sed multarum etiam aliarum legum expositio non immeritò æstimari poterit: quod hæc locorum collatio ac inter se applicatio, uera & germana iuris censetur interpretatio: & quòd nostra ars minimè numero uel quantitate, sed modo metienda est, & ille omnes leges facilè tractare queat, qui unam rectè tractare didicerit. Verùm dum hoc ago, ut hanc meam prolixitatem excusem, uideo me in aliorum incidere reprehēsionem, qui potius in materia uberrima meam tenuitatem accusaturi sint: quam & iustiorem hic esse minimè inficiari possum, cùm sciam ad præsentis materiæ exactiorem disquisitionem non pauca solerter adiungi potuisse, nec mihi ipsi in omnibus satisfactum esse. Sed cum hic primitùs aliquis fuerit adhibendus modus, & ego prouinciam hanc insolitam, nec frequentatam peragrando, eam præter spē magis arduā ac ampliorē repererim: ideoq; protinus de perquirendo ac inueniendo fine aliquo ac portu, quàm ut omnia curiosius scrutarer fuerim solicitus: si in ea prima trāsitione mea, ut ferè fieri solet, non singula exactissimè à me lustrata

sint,

ſint, te ac ingenioſiſſimos propterea ac peritiſſimos, iniquiores mihi futuros iudices non ſpero. Sicut & hanc commentationem meam, omnium iuris, iuſticiæ ac rerum forenſium peritorum ac conſultorum, æquiori iudicio ac cenſuræ libens ſubiicio: nihilq; mihi hac in re gratius ac ſtudioſis utilius accidere poterit, quàm ſi, quæ hic minus rectè ſeu plenè deducta ſunt, ab iis ſimili modeſtia rectius ac plenius præſtentur. Cæterorum uerò iniquiorem cenſuram ac reprehenſionem, ut illis ſimul & ſemel reſpondeam:

Οὐκ ἀλέγω, ὡς εἴ με γυνὴ βάλοι, ἢ πάϊς ἄφρων.
Κωφὸν γὰρ βέλος ἀνδρὸς ἀνάλκιδος οὐτιδανοῖο.

Atqui certè, ſi hodie (ſecundum Fabii ſententiam) felices eſſent artes, eo quòd periti tantum de iis ſtatuerent ac iudicarent, longiore hac operis mei rationum commemoratione ac quaſi excuſatione, minimè mihi hic opus fuiſſet. Bene & feliciter uale Lector optime, ac ueri Iuris candorem illuſtrare, ſimulq; eius ac omnium Iuris candidatorum dignitatem fortiter tueri ac defendere perge.

CANDIDO

CANDIDO LECTORI SEBAST. FEYRAB. IVRISCONSVLTVS.

Admonuit rectè prudens Cato, candide Lector,
Vt ratio famæ sit tibi prima tuæ.
En te Blarerus fama præclarus, eandem
Vt saluam semper possis habere, docet.
Lex diffamari iacuit sine nomine quondam:
Nunc Phœbi radijs æquiparata nitet.
Ergo tuum falsò si quis diffamat honorem,
Vel si fortè suas, res ait esse tuas:
Nec tamen in præsens sua uult deducere iura,
Sed magis expectat secula plura uafer:
Scilicet ignarus rerum dum fortè tuarum
Successor ueniens, præda sit apta dolis:
Callidus impostor tunc excitat undiq; lites,
Iurat & esse suum quicquid habere potes.
Talibus ergo nequam si uis præcludere limen,
Iudicium uiuens suscipe, tutus eris.
Si modus, & forsan processus forma latebit,
Consilium promptum lex tibi nostra dabit.
Hanc lege non longam, ueniet sed longior inde
Vtilitas, modò sit sæpe relecta: Vale.

In nomine Domini noſtri IESV CHRISTI.

L. Diffamari. C. De ingenu. manu.

IMPP. DIOCLET. ET MAXIMINIAN. AA. ET CC. *Creſcenti.*



DIFFAMARI STATVM INGENVORVM ſeu errore ſeu malignitate quorundam, periniquum eſt: præſertim cùm affirmes, diu præſidem unum atque alterum interpellatum à te, uocitaſſe diuerſam partem, ut contradictionem faceret, ſi defenſionibus ſuis confideret. Vnde conſtat, meritò rectorem prouinciæ commotum allegationibus tuis ſententiam dediſſe, ne decætero inquietudinem ſuſtineres. Si igitur adhuc diuerſa pars perſeuerat in eadem obſtinatione: aditus præſes prouinciæ ab iniuria temperari præcipiet.

1 Ordinem in interpretandis explicandisq; legibus ut omnino utilem, ita maximè neceſſarium eſſe.

2 Ad perfectam l. Diffamari explicationem, exactiorem, quàm communiter ſeruari ſolet, ordinis rationem requiri.

RAECLARE Xenophon ordine nihil pulchrius neq; utilius esse alibi protulit: & Bal. sine ordine tanquam recte agendi modo nihil recte agi. in tracta. schisma. col. 3. Quod ut in omnibus tradendis disciplinis ueritatem obtinet: ita in explicandis legi-
1 bus, † quæ uniuersam humani generis societatem respiciunt, quàm uerissimum est. Sicut enim ordo memoriæ maxime lumen adfert, ut Cicero de Ora. testatur: ita econtra confusio plerunq; rectam animi intelligentiam impedire ac obscurare solet. unde non inscite Bal. in procem. Digest. circa princ. perfectæ cognitionis nõ esse dixit, scire quid facias, quo ordine uerò facias, ignorare: quod ut ita se habet, ita in primis iuris materiæ latissime patentes, difficiles ac confusę diligentiorum ordinis rationem exigũt. Itaq; etsi præcipue mihi is probetur modus, qui in interpretãdis legibus communiter per Italiam, præsertim in nobilissima illa Iurisconsultorum academia Ticinensi laudabiliter seruari solet: & exactam quoq; tractandi leges rationem Baldus in repetitio. sua in l. Iusiurandum, ff. De iureiur. præscribere uideatur: tamen ad præsentis l. diffamari, eiusq; in foro legitimi usus ueriorem
2 rectioremq; explicationem † atq; traditionem alium & pleniorem & conuenientiorem ordinis modum necessariò disquirendum hic atq; proponendũ esse uidi. Primùm quòd hæc lex arduam ac ingentem iuris materiam continet, nec solùm specialem aliquem ac uniusmodi casum & simplicem, uerùm ut alios casus plurimos, ita & uarios ac quasi multiformes in se complectitur: ut quæ in omnibus actionibus tam ciuilibus ac realibus, quàm criminalibus ac personalibus locum sibi uindicet: utpote quæ non in schola nata sit, sed in curia, in foro, ut bonis perfugium ac portus, & aduersus quoscunq; improbos diffamatores teli uice esset. Dein' quòd ut ea in foro hodie frequentissima est, ita & peculiarem quodammodo processum ac singularem iudicij rationem ac formam præ se ferre uidetur. Deniq; quòd id demum in omnibus rebus perfectum intelligitur, quod ex omnibus suis partibus constat, ut eleganter Caius in l. j. ff. De orig. iur. Proinde cum præfationes ad lectionem ac euidentiorem intellectum propositæ materiæ libentius ac facilius perducant, d. l. j. in fin. & l. j. ff. si cert. peta. l. proponebatur. ff. De castren. pecu. cum sim. Itaq; præmissis argumento in l. diffamari, eiusq; legis summa ac uerborum legitima expositione atq; interpretatione, integram eius celeberrimæ ac famosissimæ l. materiam sequentibus capitibus ordinate ac exquisite complecti tradiq; posse arbitramur.

CAPI-

CAPITA TRACTATIONIS.

CAPVT I.

Quale beneficium seu remedium hoc l. Diffamari sit, in quibus generaliter causis: & quòd non nisi causa cognita à iudice concedendum.

II.

Quibus, & in quibus causis specialiter remedium l. Diffamari competat: & ut id exemplis ex utroq; iure adductis ampliari, atq; iudex secundum eius formam procedere ac decernere, hoc est, terminum alicui ad agendum præfigere, quo neglecto illi porrò iurisdictionem suam denegare poßit.

III.

Contra quos condictio ex l. Diffamari competat atque locum obtineat.

IIII.

Quis iudex & quod forum competens sit in hoc l. Diffamari iudicio, quis item actor aut reus censendus.

V.

Quid & qua ratione petendum, & qualiter in hoc iudicio libellus rectè formari poßit ac debeat.

VI.

De citatione, quoties illa hic & qualiter à iudice fieri poßit ac debeat: & de termini aßignatione in hoc iudicio.

VII.

De exceptionibus, allegationibus, litis contestatione ac reliquo processu, intentata hac lege condictione.

VIII.

An & quando post terminum præfixum cõparere poßit diffamãs, ac agere.

IX.

Sententia qualis sit, & ut ea ferenda: et quod in hoc l. diffamari iudicio iudicis in pronunciando munus sit, quæq; potestas.

X.

De appellatione, an & quomodo ea in hoc iudicio locum habeat, & ut appellari debeat.

XI.

De executione in hoc iudicio contra eum cui per sententiam iudicis perpetuum impositum est silentium.

XII.

De excellenti l. Diffamari præstantia, amplitudine ac utilitate in genere: & de uero & legitimo huius postulationis condicticiæ usu atque effectu.

ARGVMENTVM IN L. Diffamari.

1 Iuris præceptum præcellens ac quasi fundamentum, alterum nõ lædere.
2 Fama bona omnibus thesauris mundi preciosior
3 Famam suam quisq; illæsam ut retinere possit, iura solicita sunt.
4 Fama alicuius seu status dupliciter læditur.
5 Iniuriarum in actione an iudex in sententia condemnato honorem ac existimationem suam integram reseruare possit.
6 Iniuriarum actio si instituatur ad satisfactionem seu reuocationem uerborum iniuriosorum, an ciuiliter uel criminaliter actum intelligatur.
7 Sententia in actione iniuriarum secundum qualitatem personarum ferri debet.
8 Fama seu status alicuius per obliquum si adspergatur ac diffametur, nõ tamen protinus iniuriarum actio idcirco competit.
9 l. Diffamari remedium introductum, ut ex omni parte diffamato consultum esset.
10 Diffamantis non parentis iudicis sententiæ contumacia ut cohibeatur.
11 l. Diffamari remedio communi hominum societati præclare consultum.
12 Innocentum uita ingenijs hominum criminosorum exposita.
13 l. Diffamari remedium ad omnes generaliter diffamationum causas extenditur.
14 Molestatus de facto, uel molestari uerisimiliter timens, officium iudicis secundum rationem l. diffamari inuocare potest.
15 Exceptione tutius antequam conueniatur petere potest ut actori silentium imponatur.
16 Agere contra aliquem directè uel indirectè qui potest, huic & terminus ad agendum statui potest.
17 l. Diffamari propter latam eius interpretationem in abusum trahi cœpta.
18 l. Diffamari Imperatoria authoritate denuò illustrata, præ cæteris legibus hodie elucescit.
19 l. Diffamari summa.



VM iuris naturalis ac scripti certa ratio in hoc potissimum constituta ac sita sit, ut societas hominum inter ipsos, & quasi consociatio ac uitæ communitas rectè ac conuenienter contineri possit, sequitur præcellens iuris nostri præceptum ac quasi solidũ fundamentum esse, alterum 1 † *non lædere, quo utiq; non tam manus, quàm linguam ac ipsam mentem cohibere sanctè religioseq; iubemur.* Vnde *& id non ad corporis ac bonorum solum, uerum quàm maximè quoq; ad læsionem famæ, existimationis ac status referendum, ut quæ & atrocitate & crudelitate cæteris damnis longè grauior æstimanda sit: cùm honestatem status & bonam ac integram* 2 † *famam omnibus diuitijs ac thesauris mundi præferendã & sacræ literæ sanctè moneant, & iura nostra religiosè testentur.* Prouerb. cap. 22 Eccles. cap. 41. l. *Iulianus in gl. fin. ff. si quis omiss. caus. testam* l. *Iusta, ff.* De *manumiss. uind.* l. *Miles. §. socer, in fin. ff.* De *adul.* l. *Si in duabus, ff.* De *reg. iur.* Cyn. *&* Paul. *de* Castr. *in l. si qui aduocatorũ,* C. De *postulan.* Spec. *in tit.* De *aduocato, § 3 nu. 6. & in tit.* De *notorijs crim. §. 3.* 11. q. 3 c. Non *sunt audiendi.* 12. q. 1. c. Nolo, *cum sim.* Est *enim fama thesaurus inæstimabilis homini, & iucundum odorem suauitatis tribuens, ut eleganter* Bal. *in* l. 1. *col.* 5. C. De *confess.* Itaq; *quisq; statum suum integrum, famam item ac existimationẽ suam illæsam ac omni modo incolumem* 3 † *conseruare ut possit, iura nostra maximè solicita sunt, ac sancta ratione cõtra eos, qui alterius statum famam ue lædere ac prostituere non uerentur, pœnas grauissimas constituunt.*

Læditur

Læditur autem ſtatus alicuius ſeu fama dupliciter: † & primò quidē cū apertè atq; iniuriādi animo quid 4
in alterius contumeliam,idq; ſiue palàm ac ipſius in præſentia,ſiue apud alios atq; eius in abſentia proferatur.Et hanc quidem iniuriam adeò iura execrantur, ut contra eiuſmodi iniuriatorem duplicem actionem, criminalē ſeu ciuilē aperiāt. Etſi uerò hodie iniuriarū actio criminalis in quibuſdā iudicijs nō facilè admittitur,tamē & ciuilē infirmare iura clarè conſtituerunt.quod adeò quoq; procedere ac uerū Zaſ.in l.Acta, §.De ampliãda,ff.De re iudi. omnino exiſtimat,quòd etiā iudex in eiuſmodi † actione famā uel honorē 5
cōcernente,ſi per ſententiam condemnet partē, ſententiæ adiungere non poßit: quòd ea nō debeat nocere parti condēnatæ quo ad honorē ac exiſtimationē ſuam, & quòd eiuſmodi reſeruatio iudicis in ſua ſententia inualida ſit,nec quicquā operetur:ex eo quòd ſententia quæ tendit ad infamiā,mox poſtquam lata eſt, trahat ſecū executionem.atq; illud ſedulò inculcandum iudicibus admonet,ſecus tamē eſſe in amicabilibus cōpoſitionibus.Quanquā eiuſmodi opinionē non uſq;adeò in iudicijs ſeruari uidemus,ut euidētißimis interdū ex cauſis reſpectu certarum cauſarū ac perſonarū,in ſentētia diffinitiua per iudicē cōdemnato exiſtimatio ſua ac honor nullo modo reſeruari poßit:ſicut quandoq; ex cauſa & in ſupremo illo Imperiali iudicio Cameræ condemnato fama ſua illæſa reſeruari,idq; in fine ſententiæ adijci ac exprimi ſolet:quod non ſolùm iure ſupremæ poteſtatis,ſed & de iure noſtro cōmuni ac ſcripto et ab alijs iudicibus fieri poſſe uideri poteſt arg.l.ſi quis,in principio,§.Miles,ff.De lega.tertio.l.& militibus.ubi glo.notab.in uerb.permittitur.C.De teſtam.mili.l.j.§.de qua aūt reſtitutiōe,ff.De poſtulan.Maximè ſi iuſta cauſa ſubſit,arg.l.quid ergo,§.pœna grauior,ff.De his qui not.infam.& l.Et ſi ſeuerior.& quod ibi not.C.eod. ſicut idipſum & alijs rationibus facilè cōprobari poſſet, ni intra argumenti limites cōſiſtendū eſſet. Solū itaq; hic quæſtio illa haud uulgaris ac ſcitu digna haud prætereūda uidetur. Si in cauſa eiuſmodi iniuriarū † uerbaliū actio 6
ad ſatisfactionē iniuriæ ſiue honoris,ac reuocationē uerborū iniurioſorū inſtituatur, ad quod & iniuriās cōpelli poteſt ac tenetur,ut per Parid.de pu.in tracta.ſynd.uerſ.Cōpoſitio,col.8.et Hoſtien.in ſum.De pœni.& remiß.§.quibus,§.qualiter, & §.quid de accuſatoribus.an tum ciuiliter aut criminaliter actum eſſe intelligēdū ſit?quæſtio præclara, & quā ſe nō reperiſſe ab aliquo tactā refert Rob. Maran. in ſuo tracta. De ord.iudi.in 4.par.j.diſt.nu.10.Vbi quoq; multis argumētis eiuſmodi iniuriarū actionē merè criminalē eſſe demonſtrare conatur. Verùm corā D.Friderico III. Ro.Imperatore eiuſmodi cauſa primò recepta, actitata,& in ea ad reuocationē uerborū iniurioſorū ſententia lata eſt: & fuit poſtea Anno CHRISTI 1495.talis cauſa in executiuis agitata in Imperiali iudicio Cameræ,& tū deciſum, cōcluſum,& ita ſeruatū,eo caſu cēſeri actū ciuiliter & nō criminaliter:ſicut & inde multæ eiuſmodi cauſæ in Imperialis Cameræ iudicio,ut & in alijs hucuſq; receptæ,& tāquā ciuiles iudicatæ ſunt,ut et id ex nouiß.Ordina.Imp. iudi.Cam.in 2.par.tit.28.§.4.clarū eſt.Ex ratione quòd nihil hic adplicādū uenit fiſco,& ſatisfactio iniuriæ fiat parti,ſicut & quādo pœna pecuniaria parti adplicatur. Et etiā in eiuſmodi plerunq; cauſis,ſententia ferè ac ſi ad æſtimationē iniuriæ & pœnā tātū pecuniariā parti adplicandā,eſſet actū,formari ſolet. Veruntamē eiuſmodi ſententiā † ſecūdū qualitatē ac reſpectū perſonarū formari debere, omnino ad iudi 7
cis diligentiā atq; officiū pertinere arbitror,arg.l.fin ff.De iniur.& per ea quæ no.Bal.& DD.in l.fi. §. Titius,ff.De pig.actio.Maximè cū uiros præſtantes à criminoſis & uilißimis hominibus frequēter diffamari ac cōtumelia adſpergi contingat. Et quidē cætera de cōuicijs ac iniurijs his uerbalibus apertè ac animo iniuriandi illatis,deq; earum competentibus actionib. iura & paßim clara ac obuia ſunt, & ad huius l.Diffamari materiam directè ac propiè haud ſpectant.

Secundo igitur modo alicuius fama, ſtatus ſeu exiſtimatio nō animo iniuriādi recta ac aliqua manifeſta iniuria ſeu cōtumelia afficitur,ut iā dictū eſt:uerùm cū quis per errorē uel malitiā alicuius diffamatur † ac 8
obliquè adſpergitur,per quod ſi id patiēti animo ac tacēdo ferret,nō ſolùm ſtatus ſuus grauari,ut l.noſtræ caſus eſt,uerumetiā ſecundū legitimā ac latā l.noſtræ interpretationē uel rebus ac bonis ſuis facilè incōmodari,uel etiā ratione exiſtimationis ac famæ læſæ et honor ipſius et uita quoq; periclitari poſſet. Vbi licet de propoſito atq; animo iniuriādi dolo'ue malo manifeſtè nō cōſtet,nec ius protinus præſumere hoc & iuuare quē ſoleat,ut cōfeſtim accuſationē ſeu iniuriarū uel aliā quampiā expreſſam actionē cōſultò inſtituere poßit: tamē & hoc caſu ut alicui proſpectum rectēq; cōſultū ſit,ne quis eiuſmodi fama latius ſparſa maiori indies periculo exponatur,hāc ipſam † diffamationē haud ferendā,& hāc qualēcunq; iniuriā ſeu mo 9
leſtiā minimè deuorandā ac ſilentio prætereundā eſſe,prudēti ac ſancta quoq; ratione optimi Imperatores hoc præſenti l.Diffamari remedio ſalubriter ꝓſpexerūt:certāq; cōtra eiuſmodi diffamatorē agēdi formulā præſcripſerunt, cōſtitueruntq; l. huius conditione cōtra eiuſmodi ſugillatorē ac hominem malitioſum experiri,eūq; cōpelli poſſe,ut corā iudice cōpareat,& propoſita actione ea quæ temerè diuulgare nō ceſſat probet,uel porrò taceat,& in detrimentū alterius ſtatus,famæ,exiſtimationis uel poſſeßionis etiam ac

bonorum suorũ famã spargere desinat. Ex hac siquidem l. citato diffamatori non cõparenti, uel cõparenti sed nõ agenti, uel diffamationẽ suã nequaquã probanti, per iudicis sententiã perpetuũ super diffamatione & ipsa causa silentiũ imponendũ: cui si ne sic quidẽ pareat, iã aduersus hãc impudẽtiã ac iniuriã omnibus
10 *† modis progrediendũ est. Hinc etenim & iudex inuocatus pro qualitate delicti ac contumaciæ diffamatorẽ metu pœnæ ab iniuria reuocabit, ac pœnali etiã iudicio coercebit: & diffamato quoq;, ut quod antea non potuit, iã grauiori iudicio, ut actione iniuriarũ & alijs legitimis remedijs cõtra diffamatorẽ hunc suũ*
11 *agere, experiri ac uti poßit, uia aperta intelligitur. Præclarè itaq; præsentis huius l. diffamari remedio † cõmuni hominũ societati, ac bonis & frugi hominibus, qui calũniandi ac diffamãdi libidine à multis multifariã tentãtur, cõsultũ est. Atq; ut ꝓbos statum suũ, famã, existimationẽ, et uitæ suæ honestatẽ ac innocẽtiã, possessiões præterea ac res quoq; suas à malorũ impetu, improbitate, calũnia ac diffamatiõe indies magna*
12 *cura ac solicitudine tueri necesse est, & ut Cicero alibi inquit, Ingenijs † hominum criminosorum exposita sit uita innocentiũ: ita quoq; & præstantißimũ hoc l. diffamari remediũ ad oẽs generaliter diffamatio*
13 *nũ causas, ciuiles simul & criminales, & tã reales quàm personales † secundũ uerã, cõmunẽ ac receptam DD. sententiã extenditur, ac rectißimè dirigitur. Vnde & Odofred. hanc l. nostrã bonã prædicat, ac ualde argumentabilẽ, hoc est, quæ in oẽs uitæ partes latè pateat, ac multis ac uarijs rebus & casibus in iudicio cõuenienter ac utiliter adplicari adhiberiq; queat. Sicut & ad l. nostræ remediũ ac eius effectũ et finẽ multis rationibus præstãtẽ, etiã extra diffamationũ causas, aliæ quædã nõ incõmodè adplicãtur: sicut is qui de*
14 *facto molestatur † uel uerisimiliter molestari timet, inde sibi cõsulere põt. ut Abb. in c. si quis cõtra clericũ, circa princ. De for. cõpe. & fa. quod no. Bar. in l. si finita, §. Eleganter, ff. De dam. infec. et in l. si societatẽ, §. arbitrorum. ff. pro socio. et Bal. in l. j. uers. quod ut fiat implorare æquitatẽ præsidis debes, C. qui bon.*
15 *ced. poss Sic & tutus exceptione † antequã cõueniatur petere põt ut actori perpetuũ imponatur silentiũ, ut Ioan. de Imo. in c. Cũ sit generale, in princ. De for. cõpe. Bar. Castren. & DD. in l si cõtendat. ff. De fideiuß. cũ sim j. allegan Ad eundẽ quoq; modũ, ut ei qui directò agere põt, potest ad agendũ terminus cõstitui*
16 *† ut in l. nostra: ita & ei qui nõ directò, ut Ang. in l. si quis libertatẽ, uers. planè, ff De peti. hære. ut & eius rei plura exempla j. cap. 2. ponũtur. Vt uerò optima ratione hæc l. nostra ab Imperatorib. primitùs proposita, ac cõsequẽter ab ijs qui iura hactenus interpretati sunt, ac in usu habuerũt, propter eximiũ ac saluberrimũ eius remediũ ad oẽs generaliter causas, cõmoda ac recta ratione relata est: ita et hoc amplißimũ beneficiũ, sicut in hoc mũdo nihil excellẽs ac præstãs pristinæ integritati relinqui solet, propter præstãtẽ eius*
17 *amplitudinẽ ac frequentiã, in Romani Imperij iudicijs, à quibusdã leguleijs † ac ueteratoribus uersutè & subdolè peruerti paulatim, ac in abusum detorqueri cœpiũ est. quod ipsum cũ in summũ detrimentũ subditorũ, Imperij Romanorũ Imperator ac proceres Imperij p multorũ querelas cognouissent: certò aũt cõstaret, et luce clarius esset, hoc l. diffamari remedio tã præstãti ac aduersus hominũ calumniã ac fraudẽ tã idoneo, hoc nostrũ præsertim seculũ insolẽs nequaquã carere posse: & ad cõseruãdã hanc cõmunitatẽ generis*
18 *humani esse summè necessariũ: ne igitur † in detrimentũ ac ruinã non exiguã humanæ ac ciuilis cõsociationis & tãtũ legis beneficiũ. sicut iamdiu alijs multis legibus usuuenisse scimus, propter quorundã malitiã ac abusum penitus extingueretur: uerùm denuò omnibus modis pristino nitori ac uero & legitimo usui, maximè in supremo Sacri Romani Imperij iudicio restitueretur: Romanus Imperator ac proceres Imperij aliquot in comitijs utplurimũ soliciti fuerũt, eiusq; certiorẽ tractationẽ, ut in processu declarabitur, singulari ac nũquã satis laudãda cura ac diligentia aliquoties susceperunt, tandẽq; præclara ratione omnibus salubriter exhibuerunt atq; proposuerũt: ut hoc quoq; nomine hæc l. à tot seculis Imperiali authoritate ac Maiestate iterũ atq; iterum illustrata exornataq;, præ cæteris legibus omnibus hodie emineat atq; triumphet.*


SVMMA L. DIFFAMARI.

19 *DIffamanti aliquẽ de † statu suo, iudex inuocatus legitimũ terminũ intra quẽ agat præstituit: qui si minus cõpareat ac agat, rectè eundẽ ulterius non audiendũ pronunciat. Casum seu speciem facti in hac l. ipsi Imperatores ut breuiter, ita clarè ac rectißimè exhibent.*

LEGITIMA VERBORVM L. DIFFAmari interpretatio.

1 Diffamare secundum latam l. diffamari interpretationem quid.
2 Diffamare in malam partem accipitur.
3 Diffamatio ac fama differunt
4 Testis in causa criminali cautè debet interrogari de origine famæ.
5 Diffamare est alterius famæ detrahere.

6 Diffamare de maleficio ut quis dicatur.
7 Diffamare est ad iudicium prouocare.
8 Ingenuorum status quis fuerit.
9 Errare est aliud pro alio putare.
10 Error non dicitur habere consensum.
11 Ignorantia quælibet à dolo & pœna excusare solet.
12 Dolus omnis fraus dicitur, & puniendus.
13 Error cum dolo in diffamando rectè confertur.
14 Error qui nocet, non excusat
15 Dolus qui non nocet, non punitur.
16 Error contra legem dolo æquiparatur.
17 Ignorantia licet per iuramentum regulariter probetur, fallit id tamen si lex præsumeret ignorantiam, uel de alterius præiudicio ageretur.
18 Diffamatio non minimam speciem delicti præ se fert.
19 Præses quis, & unde dicatur.
20 Alter præses non tantum successor, sed & alius dici ac intelligi potest.
21 Diffamatus diffamantē ubicunq; eū deprehenderit conuenire potest.
22 Citatio uiua uoce maxima uoce fieri debet.
23 Vocitare est aliquoties ac frequenter uocare.
24 Origo naturalis causæ magis quàm accidentalis attendi debet.
25 Diffamatus stimulo actionis stimulatus iudicium accedit.
26 Cōtradictionē facere est cōtra aliquē dicere, idq; tam ex parte actoris quàm rei.
27 Defendere generale uerbum est: at pro eo ac ius in iudicium deducere uel causam alicuius suscipere uel agere, &c. rectè etiam accipitur.
28 Contradictionem facere, iudicio l. diffamari intentato, diffamator tam quam actor tantum intelligi ac rectè dici potest.
29 Interpretatio omnis ita facienda ut absurditas excludatur.
30 Allegationes diffamati rei in iudicio l. diffamari quæ intelligantur.
31 Contumacia contumaci non obest, nisi ab altera parte accusetur.
32 Contumacia ius dicenti non obtemperantis litis damno coercetur.
33 Diffamans si post impositum ei silentium à diffamatione nō cesset, obstinatus & iniuriosus uocatur.
34 Contumacia crescente crescit & delictum & pœna.


IFFAMARI.] *Diffamare † hic secundum l. nostræ latum ac legitimum intellectum* 1
simul & usum pro famam in alterius status, famæ, existimationis aut bonorum etiam ac
rerum suarum detrimentum ac futuram iacturam spargere ac diuulgare accipimus. Vn
de & generaliter contra omnem eiusmodi diffamatorem condictio ex l. diffamari secun
dum cōmunē, receptam ac adprobatā DD. *traditionē diffamato, ne maiori periculo per*
eiusmodi diffamationē exponatur, cōpetit, ac ꝓdita intelligitur. Et *sic diffamare hic in malā † partē inter* 2
pretamur, sicut & eo uocabulo pro infamare, infamiā alicui inferre et existimationē alicuius offendere,
quoties præsertim de ꝑsona profertur, & latinos authores frequēter usos esse cōstat, ut in hoc similiter et
Bar. *in l.* Turpia. *circa prin. ff.* De *lega j. dū declarat quādo quis dicatur diffamare, et quō diffamare intel*
ligatur, eius uocabuli significationē tradit ꝑ tex. inibi, ibi, quæ denotādi, &c. & l. Itē *apud* Labeonē, *§. si*
quis libello, & l. lex Cornelia, *§. fi. cū l. seq. ff.* De *iniur. & l. j.* C. De *fam. lib. et l. diffamari. atq; cū* Bar. *trā*
seūt cæteri oēs excepto Imol. *ut ibi per* Alex. *et* Fel. *in c.* Inquisitiōis, *in §. quæsiuisti, in* 2. *not.* De *accusa. un*
de & Bal. *hic inter diffamationē † ac famā discrimē ponit, ꝗ illa ab inimicis nascatur ut in l. nostra: hæc* 3
nō, arg. l. Miles, *§. pe. ff.* De *adul.* Et *hāc ob rationē obiter monet testē † in cā criminali cautè debere inter* 4
rogari de origine famæ & de cōiecturis, ꝑ no. Bar. *in l.* De *minore, §. tormēta, ff.* De *quæstion.* Atq; *hinc i*
dē Bal. *hic ex tex. ꝓ certiori praxi l. nostræ, uerā hui⁹ uocabuli significationē ac expositionē colligit, ꝗ dif*
famare corā iudice in iudicio uel etiā nō in figura iudicij, ut hic itē in uulgo uel cœtu ac corā plurib. uel co
rā paucis quoq;, dū tamē infamādi caussa dicatur alterius † famæ detrahere. d. l. itē apud Labeonē, *§.* Ex 5
his. et d. l. lex Corn. *§. si qs lib.* Ad *idē no.* Bal. & Ang. *in. l.* 2. *ff.* De *lib. & posthu. et* Ang. *de* Are. *in tracta.*

malefic.in glo. quæ incipit uerba iniuriosa.ſi.bene tex. & quod ibi no.in c.j.De obliga.ad ratioci.ordin.
uel non. & in Clem. j. in uerb. diffamatur. De off. ordin. & ſequitur hanc interpretationem & Iaſ.
in d.l.Turpia.nu. 7. Cum uerò hæc l. & in cauſa criminali ſibi locum uindicet, rectè hic quæri po=
6 teſt, quod & Bar.quærit in d.l.Turpia.quomodo quis intelligatur † diffamare de maleficio: & reſpon=
det non ſufficere, ſi quis in genere maledictionis ſtaret, dicendo aliquem impium & peſſimum hominem,
nec itidem requiri, quòd pronũciet maleficium ita limitatè ſicut in l.libellorum, De ac. ſed ſufficere quòd
dixerit feciſſe homicidium uel furtum & ſimilia, per d.l.Turpia. & no. in l. quoties, §.ſi quis ſine, ff. De
hær.inſtit. & l.denunciaſſe, §. j. De adul. quæ Bar. interpretatio & in caſu l. noſtræ criminali apta eſt,
arg.eorum quæ no.Hoſtien.& Ioan.Andr.in c.lator, Ex.qui filij ſint legi. Deniq; diffamare quo ad gene
7 rale l.noſtræ iudicium eſt † ad iudiciũ prouocare, ut hic Bal.ualde notab.colligit arg. l. ſi ea. C. qui acc.
non poſſ. Id quod magis ex l.noſtra probatur, & ex prima eius hic poſita definitione, & ulteriori porrò
proceſſu declarationem accipit.

8 Statum ingenuorum.] Status ingenuorũ † is fuit, q. ſtatim ac nati fuerũt, liberi fuerũt, ad quod
matrem conceptionis, medio uel partus tempore liberam fuiſſe ſufficiebat, nec natalibus manumiſsio offi-
cere poterat. l.partum, C.De rei uin.l.placuit, C.De liberali cau.l. Idem Pomponius, §.ſi equam, ff. De rei
uind.c.dilectus. ubi glo.Ex.De ſeruis non ordin.Inſtit. toto tit.De ingenuis.C.hoc noſtro tit.&c.

Errore uel malignitate.] Quare hic Imperatores errorem ac malignitatem cõiungant ac quaſi
æquiparent, quæri poteſt: cum malitiam ac dolum ab errore iura paſsim non exiguo ſpacio ſeparare ma
9 nifeſtum ſit. Errare ſiquidem † eſt aliud pro alio putare per no.ſuper Rub. ff. De iur. & fa. ignor. 22.
10 quæ.2.c.In quibus. & diſt. 38.c.quamuis. Nec error † conſenſum habere dicitur l.ſi per errorem, ff.De
iuriſdi.om.iud.l.2.in prin.ff.De iud.l.Non idcirco, C.de iur. & fa.ignor.l.Nihil conſenſui, §.Nõ uidetur,
ff.De reg.iur. Semper uerò error ignorantiam præſupponit, d. l. ſi per errorem, & l. Non idcirco. &
11 quod no.in d. c.quamuis, & ibi Archidia. Ideoq; cum quælibet † ignorantia etiam iuris à dolo excuſare
ſoleat, l. Sed & ſi lege, §.ſcire. ff.De peti.hære.l.ſi quis in graui, §.ſi quis ignorans, uerſ. Et ſi ſciens, ff. Ad
Syllan.l. ſi quis id quod uer.doli. ubi Alex.ff.De iuriſdi.om. iud. Meritò conſtitutum, errantem tanquam
non conſentientem atq; ignorantem à pœna & delicto excuſari, l.j.ff.De recepta. ubi glo. & DD.l.In om
ni parte, ff.De iur. & fa.ignor.l.quæcunq;, C. De ſer.fugi.adeò ut etiam contra naturalem æquitatem cen
ſeatur, ignorantem puniri, c.2.Ex.De Conſti.in antiq.l. j.C De ſum.trin & fide Catho. Contrà uerò om=
12 nis dolus fraus † dicitur l.Iure gentium, §.dolo, ff.De pac. & no. in c. j.Apoſtolus, diſt. 81. Atq; idcirco
omnimodò dolum puniri debere, ne doloſo ſua malitia lucroſa ſit iura ſanciuerunt, l.j.in princ.ff De dol.
Bal.in l.penul.ff. ſi quis cautio. & l.Et ſi cum, ff.De ſer. & dila.fa.c.Ad falſariorũ, De crim.fal. & c.Nihil,
De ele. & quod ibi no. Veruntamen hoc inter errorem, dolum ac malitiam diſcrimine remoto Impera
13 tores hic † rectiſsimè errorem ac malignitatẽ æquiparant. Is ſiquidem qui famam in alterius ſtatus, exiſti
mationis aut poſſeſsionis ſuæ damnum ac futurum detrimentum ſine legitima cauſa ſpargere non uere-
tur, ſcit uel dictante illi conſcientia ac naturali ratione, iniuſtè ac contra naturalem ſimul & ciuilem æqui
tatem ac honeſtatem, quæ hominem homini quouis modo inſidiari nefas eſſe edocet, ſe agere: ideoq; ratio
14 ne erroris † qui in præiudicium ac detrimentum alterius uergit minimè excuſandus uenit, æquè ac ſi id
dolo malo egiſſet: cum hic error nulla ratione magis quàm dolus excuſari poſsit. Sicut enim error qui ſi=
ne alterius damno ac præiudicio contingit per iura ſuprà deducta, pœnam non patitur: ita eadem planè
15 ratione & dolus qui non nocet, ſecundum leges † non punitur, l.quod uenditor, ff.De dolo. & l. fundũ,
§.fin. ff.De euictio.l. De ætate, ff.De interroga.actio.c.j.Ex.De crim.fal. Ioan. And. in reg. Non eſt ſine
culpa, De reg.iur.in 6.Socin. conſ.104.in j.uol.Petr. de Anchar. conſ. 24.quia ex quo nemini nocet
propter deficiens intereſſe, nulli competit actio, l.qui nomine. ff. Ad l.Corn de falſ. Non igitur obſtat quod
ſuprà adductum eſt quamlibet ignorantiam etiam iuris à dolo excuſare. Id etenim intelligitur niſi alteri
16 ea non noceat, ut dictum: item niſi lex prohibeat, & ut in hoc noſtro caſu, reſiſtat, quia tunc † ignorans
in dolo uidetur, l.quemadmodum, C.De agri. & cenſi.lib.XI. & ita decidit Bar. in d. l.Sed & ſi lege, in
§.ſcire.quod ipſum quoq; latius refert ac comprobat Feli. in c.de quarta col.10.uerſ.tertia reſtrictio. De
17 præſcrip. Sicut in ſimili licet ignorantia † per iuramentum regulariter probetur ut tex.cum ibi no.in
c.fin. qui matri accu.poſſ.glo.in c.Innotuit, De electio.in c.propoſuiſti, 82.diſt.in c.2.De tempo.ordi. in
6.tex.in l.Si tutor, C.De peric.tuto.in c.ſi uerò, el.2. De ſen. excom.in c. paſtoralis, De excep.in c.nulli,
De electio.in 6. glo. ordin. reg. præſumitur De reg.iur. in 6. Hoc ipſum tamen fallit, ſi lex præſumeret
ſcientiam ſecundum Domi.in c.eos, De tempor.ordina.in 6.tex.in c.uidua, De regula.Item ſi ageretur de
præiudicio alterius ſecundum eundem Domi. in d. c. Eos. Ex quibus omnibus clarè ſequitur, eum qui
contra

contra dictamen rationis ac naturalem simul & ciuilem legem alterum in ipsius praeiudicium diffamat, etiamsi hoc errore forsan ductus fecerit, aequè nec minus atq; si malignitate ac dolo malo id egisset teneri: ideoq; merito ac optimo iure contra eundem parem postulationem condictitiam & eandem executionē ab Imperatoribus hac l. esse constitutam. (est.

Periniquū est.] Diffamare † igitur nō minima species delicti, uerū delictū graue ac intolerabile 18

Præsidem.] Praeses quem & rectorem ac praesidem prouinciae Imperatores hic appellant, † à prae- 19 sidendo dictus, quasi praesidens ac implorantibus munus iusticiae ac officium suum iudiciarium praestans: quē & rectè hoc in loco iudicē ordinariū dixerimus, arg. l. 3. in prin. & l. 4. & l. 7. ff. De offi. praesid.

Alterum.] Per alterum glo. hic quam & Bal. sequitur, successorē intelligit. Vnde & Bal. notabiliter hic infert apud successorē eadē debere uētilari & prosequi, quae apud praedecessorē erāt uentilāda & prosequēda, etiā iudicio nondū inchoato. quae licet gl. & Baldi opinio ac interpretatio uera quoq; esse ac procedere possit: tamē eatenus saltē uerbū alterū hic constringi † non potest, ut per id successorē solū nō etiā 20 alterū alterius prouinciae praesidē intelligere haud possimus: cum constet imperio Romano eo tēpore multas hinc inde prouincias subiectas fuisse, quarum quaelibet rectorē suū ac praesidē constitutū habuit, qui et multis saepe annis prouincijs praefuerūt: unde & adeò absurdū non est arbitrari, tādiu hanc diffamationis cognitionē suspēsam non fuisse, ut ad successorē usq; protendi potuerit. Quod tamē utut fieri potuit, ita Crescenti quoq; diffamato interim liberū atq; cōcessum fuit † ubicūq; locorū litiū diffamatorē suū depre- 21 henderit, protinus cōtra eū apud eius loci iudicē ceu cōpetentē ac ordinariū experiri, ac eius iudicis officium inuocare potuisse: cum delinquens ubiq; in foro sit cōpetenti, arg. l. 3. ff. De off. praesid. fa. Auth. qua in prouincia, in prin. & l. j. C ubi de crim. ag. oport. & l. j. C. ubi. sena. uel clariss. fa. optimè l. Si eo tempore, & quod ibi no. Ioan. Fab. C. De remiss. pignor. De qua j. cap. 4. De iudice latius.

Vocitasse.] Ex hoc uocabulo Bal. hic arbitratur notandū, q. quando fit citatio uiua uoce ad domum alicuius, debeat interuenire uocitatio, id est, alta uoce locutio. q. ipsum ubi ex cōsuetudine loci, eiusmodi citatio recepta, seruandū † quidē: queadmodū & hoc ipsum in citationibus quondā quae uiua uoce fiebāt, 22 quaeq; frequētes etiā apud Romanos erāt seruari omnino solebat. Sic Cicero pro Fla. Citat praeco maxima uoce legatos Aemonenses, &c. Ita Neronē Caesarē publicè de praeconis peritia & uocis magnitudine certasse eosq; superasse, Suetonius & Eusēb. scribūt. unde & uox praeconis dicitur horrida in l. Dies festos, C. De ferijs. Verū nos hic uocitasse † simpliciter p aliquoties citasse accipiēdū existimamus: cū & eiusmodi 23 denūciatio ac citatio in scriptis saepissimè insinuari, interdū quoq;, ut praesertim in hoc iudicio, p pgrāmata, id est publica. edicta à iudice fieri soleat, et clarè appareat ex textu legis, uocitasse hic magis intelligēdū iterū atq; iterū uocasse: ut in simili arg. in l. fi. C. De usur. pup. ibi, Denūciationib. frequēter interpositis ad iudiciū eū puocate, &c. sicut et in ea significatiōe Latini authores hoc uerbo uocitare, pro frequēter uocare usi sunt. De citatiōe uerò ac denūciatiōe eiusmodi ut ac qualiter fieri debeat, j. suo loco plenè dicetur.

Vt contradictionē faceret, si defensionib. suis cōfideret.] Ex istis uerbis quidā cōcludere uidētur ī hoc iudicio eū qui remedio l. diffamari ī iudicio utitur ac experitur, actorē omnino ac citatū reū esse dicendū: cū contradictio & defensio ad reū cōuentū pertineat, licet ex hac eadē l. uideri queat pro diffamato tanquā reo sententiā absolutoriā esse latā, &c. eā uerò opinionē ueritatē non obtinere, ac eum qui iudiciū l. diffamari intentat, reū, minimè uerò actorē esse dicendū: etsi j. c. 4. euidentissimis rationib. praecipuè nouissima Imperiali Constitutione apertissimè demōstretur, ut nullis contrarijs obstātibus ulteriori indagine opus nō sit: tamen & hoc oppositū ex dictis uerbis q. oritur, ut diluatur singulariter, hic locus exigit. Ad hoc itaq; primū responderi potest, eos qui in tantū ea uerba intuentur, atq; inde eū qui condictiōe l. nostrae experitur, actorē esse inferunt, magis accidentalē quàm naturalē originē caussae attēdere † 24 contra l. qui habent, ff. De tutel. Hic siquidē naturalis origo caussae est ipsa diffamatio & ius quod se diffamator habere praetendit ac diuulgat. ex cōsequenti igitur nō debet attendi, q. diffamatus nunc & accidentaliter ppter diffamationē petit diffamanti ad agendū terminū à iudice statui, cū causa naturalis ac principalis accidentalē uincat per ea quae no. Anto. de Butr. in c. si diligēti, col. 9. uers. Sed posito q. requiratur sententia, De for. compe. & in c. Cū inter, De excep. & Abb. in c. si quis contra clericū, De for. cōpe. Atq; hinc est q. diffamatus meritò reus dicēdus est, quasi iā puocatus ad cām, ut Bal. notabiliter hic ppè fi. uers. Itē in l. nostra est unū mirabile. in iudiciū etenim diffamatus † uenit stimulatus stimulo diffamatiōis, sicq; 25 necessitate coact⁹ ne in posterū inquietetur et molestetur. uenit igitur ut reus, atq; p reo respectu originalis fori habēd⁹ est, ut pulchrè Fely. in d. c. si qs cōtra, col. j. et ī c. Sin aūt, in fi. De rescri. p quo opt. fa. In cōtractib. §. fi. C. De nō nu pec. et q. no. Are. ī c. In praesentia, col. j. et ī 5. no. et ibi Dec. ī 4. no. et Paris. col. 9. De pba. et Alex. cons. 103. Cōsideratis, in 5. uol. cū si. j. c. 4. alleg. Nec hic qdquam impedit q. diffamatus uideri

uideri poteſt diffamantem primitùs in ius uocare. neq; enim in ius uocare uidetur, qui offert ſe ipſum paratum defendere. ut ad hoc Bar. *principaliter no. l. libertus, la. j. ff.* De *in ius uoc.* Contrà *uerò diffamare ad iudicium prouocare eſt, ſecundum* Bal. *doctrinam hic cõmuniter à* DD. *adprobatam atq; receptam, &c. Secundò igitur quod ad ipſa uerba ſpectat reſponderi poteſt, uerba ea contradictionem facere ac defendere, ut ſolum ex parte rei inſeruire ac uſurpari debeant, naturam latini ſermonis & uſum loquendi iuriſcõ*
26 *ſultorum nequaquam ferre: cum conſtet hic contradictionem facere † tantundem eſſe ac contra aliquem dicere, atq; hanc contradictionis hic legitimam ac germanam eſſe ſignificationem: quemadmodum & eo uerbo cõtradicere generaliter ac indifferenter* Cicero *ac* Latini *authores & ſic tã ex parte actoris quàm rei frequenter utuntur. Sicut & hinc inde ex iure patet, eodem modo illud uocabulum generaliter uſurpari, l.* Nam *ita* Diuus, *ff.* De *adop. & contradictorem indifferenter actorem uel reum dici poſſe, l.* Edicto, *§. ſin autem aliquis contradictor, ubi tex. glo.* Alber. Bar. & DD. C. De *edi.* Di. Hadr. *toll. Ita & ſimiliter conſtat defenſionis hic uerbum generalius eſſe, & minimè ad reum & ipſius cauſſam ſolum reſtringendũ: cum manifeſtum ſit & iuris noſtri ſcriptores &* Ciceronem *ac præſtãtiores* Latinos *authores uerbo de*
27 *fendere † pro propugnare, legitimarum & ciuilium controuerſiarum patrocinia ſuſcipere, pro aliquo dicere, pro aliquo uerba facere, eſſe aduocatum alicui, cauſam alicuius ſuſcipere uel agere, ac ius alicuius in iudicium deducere ſæpiſsimè uti, atq; tam ad cauſſam actoris quàm rei id aptè referre. Sic* Cicero *lib. 3.* Offic. *defendere iniuriam pro repellere ac propulſare iniuriam, atq; adeò per conſequens & legimitè loquendò iniuriarũ actione agere eleganter dixit. Ita hic citatus diffamans aliter ſe defendere nequit, quàm ut ius quod antea contra creſcentem ſe habere diffamando quaſi palàm propoſuit, iam in iudicium deducat ac legitimè proſequatur: unde in l. noſtra cõmodè ac aptè admodum* Accu. *defenſionibus, id eſt, iuribus interpretatur. ex quo & rectè ibid.* Bal. *formam citandi aliquem in hoc noſtro iudicio, in hunc modũ colligit ac notat: Cito te ut compareas, ſi de iure tuo confidis.* Deniq; *quòd dicta uerba in l. noſtra, ut con-*
28 *tradictionem faceret ſi defenſionibus ſuis confideret, ex parte tantum actoris † ac pro eo, ſi iure ſeruitutis uindicandæ poſſet contra creſcentem dicere, neceſſariò intelligenda ſint, argumento ab abſurdo uitando clarè monſtrari poteſt. ſi enim diffamator citatus reus cenſendus eſt, eo quòd mentio hic contradictionis & defenſionis ad reum cõuentum tantum pertineat, ſequitur eum in hoc iudicio ut reum contradicere ac ſe defendere debere.* Iam *uerò in hoc legitimo iudicio à iudice citatio non decernitur niſi cum aliqua cauſæ cognitione, h. e. diffamatione antea probata, ut] . cap. j. uidebitur.* Deinde *citatio hic uoluntaria nec coactiua, nec quidquam aliud eſt niſi admonitio ad explorandam uoluntatem citati, cuius finis, ut ſi putet ſua intereſſe & uelit agere, ueniat ac agat: ſin minus, ut diffamare ceſſet, ut* Bal. *in l.* Teſtamenta, *circa fin. uerſ.* Item *quia citatio,* C. De *teſtam.* Butrig. *in c.* Cum *inter,* De *excep.* Inno. *in c. cũ nobis,* De *electio.* Quid *igitur quæſo à diffamato in iudicium deductum eſt, cui legitimè citatus contradicere, ac ut reum ſe defendere queat?* An *ſe non diffamaſſe?* Sed *iam diffamatio à iudice cognita eſt. An igitur, ut de principali cauſa loquamur, ius ſuum quod ſibi contra diffamatum competere exiſtimat defendendo ac excipiendo contra diffamatum proponet? & aerem uerberabit? exceptio enim actionem præſupponit, cum actionis ſit excluſio. uerùm hic à diffamato contra eum aliqua actio in iudicio inſtituta non eſt: ſed hoc ſolum diffamatus agit ac expectat, ut ipſe agat ſi uelit, & ius ſuum, quod prior diffamando contra ſe habere palàm quaſi propoſuit ac diuulgauit, iam in iudicium legitimè deducat ac comprobet, contra quod & ſolum ſe defendere paratum in iudicio offert.* Per *ſolam igitur actionis uiam, diffamator citatus ius ſi quod habet contra diffamatum in iudicium deducere poterit, neutiquam uerò per modum exceptionis quæ contra nõ exiſtentem actionem opponi non poteſt: quemadmodum & agente diffamatore omnis perſecutio diffamati protinus expirat, ac libellus eius licet prior in uim exceptionis & defenſionis reſoluitur, ac ſolum ſu per libello diffamantis actoris tanquam originali, ordinario ac magis naturali, ſecundum formam iuris cõmunis proceditur per nota.* Are. Decij & Pariſ. *in d. c.* In *præſentia,* De *proba.* Cum *igitur in l. noſtra ſequatur pro creſcente ſententiam abſolutoriam tanquam pro reo rectè eſſe latam: meritò & dicta uerba, ut contradictionem faceret ſi defenſionibus ſuis confideret de diffamante tanquam actore, ut ſi de iure ſuo confideret, de eo in iudicio experiretur & contra creſcentem diceret, ut omnis hic contrarietas ac abſurditas excludatur, accipienda ſunt: maximè cum eam interpretationem & natura ſermonis facilè admit-*
29 *tat, & ueritas ac mens ipſius legis omninò flagitet: & quòd omnis interpretatio ita facienda eſt ut † abſurditas excludatur, l.* Nam *abſurdum, iuncta l. præcedenti, ff.* De *bon. liberto. l.* Diuortio, *ff. ſolu. matri. l. ſcire oportet, §.* Aliud. *ubi* Bal. *ff.* De *excuſa. tuto. l. ſiue hæreditaria, in fin. ff.* Neg. geſt. *l. fin. in prin.* C. De *uſur. rei iud. l.* Generaliter, C. De *reb. cred. cum ſim.*

Vnde conſtat meritò rectorem prouinciæ cõmotum allegationibus tuis, &c.] *Meritò*

ritò ac optimo iure commotum hic præsidem Imperatores *aiunt, ut sententiam pro* Crescente *omnino ab- solutoriam ferret, idq; propter ipsius allegationes. Verùm cum ex suprà dictis constet, diffamatum in hoc iudicio ius suum minimè deducere, sed id tantum agere ut diuersa pars ius suum, quod diffamando sibi cõ- petere palàm fecit in iudicium deducat, idq; legitimè persequatur, aut ab eiusmodi diffamatione postmo- dum cesset: quæri hic potest quæ eiusmodi allegationes esse poßint? Ad quod ex natura huius condictio- nis responderi potest. Et primum † quidem quòd diffamatus de diffamatione coram iudice docuit, eamq;* 30
ratione status sui ac famæ præiudicialem omnino sibi & damno ac malo esse, atq; adeò defensionem hanc suam necessariò susceptam, probabiliter declarauit: sine eiusmodi enim causæ cognitiõe terminum in hoc iudicio iudex diffamanti statuere non potest, ut Hostien. Ioan. And. *& principaliter* Innoc. *in c. lator. qui fi lij sint legi. &* Bal. *in l. 2.* C. Ne *filius pro patr. ut* ĩ*. cap. j. ex nouiß.* Im*periali consti. & cõmuni* DD. *sen- tentia plenius manifestabitur.* Dein *quòd contumaciam diffamantis legitimè citati in termino non compa rentis accusauit, simulac petijt per iudicis sententiam illum contumacem pronunciari, nec decætero audiẽ dum, &c.* Nec *enim contumaci † contumacia sua obesse, aut contra illum ad sententiam procedi potest, ni* 31
si ab aduersario in termino comparente ipsius contumacia accusetur. ut tex. melior de iure secundum Raph. Fulgo. Paul. *de* Castr. *&* Ias. *in l. properandum, §.* Et *siquidem, ibi, parte fugiente ex una parte acto- ris absentiam incusante. ubi idem no.* DD *maximè* Bal. *&* Salyc. C. De *iudic. &* Bar. *in l. consentaneum, ad fin.* C. *quom & quan. iud. & in l. si finita, §.* Iulianus, *in 4. nota. ff.* De *dam. infec. & in extrauag. ad repri men. in uerb. neglexerit. et prosequitur idem latè* Alex. *cons. 100.* Discußis *nu. 3. uol. 5.* Et *quòd hic à par te contumaciam accusante simul & à iudice ut sententiam proferat instanter peti debeat, diligenter mo- net* Ang Are. *in* Rub. Instit. De *excep. in 9. quæst. uers. quid si in termino prædicto, per no.* Ange. *&* Ioan. *de* Imo. *in l. quamdiu in mag. ff.* De *adq. hære. qui moti ex eo quod no.* Inno. *in c. cum in tua,* Ex̃. *qui matr. acc. poss.* His *igitur allegationibus diffamati meritò commotus iudex, contra diffamantem contuma- cem ac ipsius officium sæpius illi benignè oblatum prorsus contemnentem, sentẽtiam ac pro diffamato ab- solutoriam tulit: qui & contumax meritò ac si præsens in iudicio succubuisset per iudicis sententiam con- demnari potuit per no.* Innoc. *in c. præterea,* De *dila. &* Bal. *in* Auth. *qua in prouincia prope fi.* C. Vbi *de crim. agi opor. &* Ludo. Roma. *in cons. 174. uers.* Tertiò *quia uideo.* Contumacia *siquidem † eorũ qui* 32
ius dicenti non obtemperant, litis damno rectè coercetur, l. contumacia, ff. De *re iudica.* Vbi *glo. in uerb. litis damno coercetur, uers.* Item *ut ex caussa, conuenienter decidit, ex causa posse iurisdictionem denega- ri per l. diffamari, & l. sed & si per prætorem, §. sed & si dum, ff. quib. ex caus. maior. fa. optimè §. si quis autem non implens.* Auth. De *hæredi. &* Falci. *ubi sicut hæres monitus adimplere uoluntatem defuncti, id infra annum neglexerit, perdit omne emolumentum, &c. ita multo magis si semel atq; iterum iudex præ- fixerit actori certum terminum ad agendum cum cõminatione seu admonitione, ut si infra certum termi- minum non agat, quòd postea non audiatur: cum utrobiq; eadem subsit ratio: nempe iudicis authoritatẽ & decreta non debere esse ludibrio, iuxta l.* Si *prætor, ff* De *iudic. & l. fin. ff.* Ne *quid in loco pub. & l. fin. § pen* C De *bon. quæ lib.* Vtiq; *autem is cui per iudicem terminus ad agendum aßignatus est, si eum negli gat, authoritatem iudicis contemnere uidetur, arg. c. pastoralis,* De *exceptio.* Meritò *igitur ut contumax condemnari debuit, ut* ĩ *in processu plenius uidebitur.*

Sententiam dedisse.] *Sententiam interlocutoriam habentem uim diffinitiuæ, ut* ĩ*. cap. 9.*

Si igitur adhuc diuersa pars perseuerat, &c.] Hic Bal. *eum qui rei iudicatæ non paret, ob- stinatum dici notabiliter colligit.* Verùm Imperatores *hic eum † qui rei iudicatæ non paret, & adhuc, id* 33
est post impositum illi per iudicis sententiam perpetuum silentium diffamare non cessat, non obstinatum tantum, sed & iniuriosum uocant: atq; idcirco contra eundem grauius iudicium atq; protinus executionẽ bona ratione decernunt: quæ in hoc iudicio fieri ut poßit ac debeat, ĩ*. cap. pen. dicetur.* Atq; *hinc uidere ac diligenter obseruandum est, quomodo crescente † contumacia crescat & delictum, & per consequẽs* 34
pœna, & fa. l. quicunq;, in prin. C. De *ser. fugi. & l. relegati, ff.* De *pœn. c. clericos, in fin.* Ex̃. De *cohab. cler. & mul. 2. quæst. 5. quando, ad fin. & ut no.* Spec. De *sententia. §. 6. ut autem, nu. 31. &c.*

QVALE

QVALE BENEFICIVM L. DIFFAMARI SIT, IN QVIBVS GENERALITER CAVSSIS, & quòd non nisi causa cognita à Iudice concedendum.

CAPVT I.

1 l. Diffamari beneficium quale sit, & cui destinatum.
2 Iudex actori ex causa terminum ad agendum statuere potest.
3 Exceptionem habens etiam antequam conueniatur, iudicis officiũ implorare potest, ut actori silentium imponatur.
4 Rationem cuiusq; l. non unam tantum, sed plures assignari posse præsumendum est.
5 Officium iudicis competit, si uerba legis ad iudicem diriguntur.
6 Diffamatus rectè dicitur condictione ex l. experiri.
7 l. Diffamari & officium iudicis & condictionem ex l. præstat.
8 l. Diffamari condictio, cæteras ex l. condictiones singulariter excellit.
9 Condictio ex l. oritur, cum uerba l non ad iudicem diriguntur.
10 Lex ubi non distinguit, nec nos distinguere debemus.
11 Lex non præsumitur superflua remedia inducere.
12 Regula ex æquitate limitationem recipit.
13 Officium iudicis in defectum actionis competit.
14 Officium iudicis uel remedium extraordinarium contra ius in defectum solum aliarum actionum competit.
15 Officium iudicis extraordinarium secundum ius, cum alia actione concurrere potest.
16 l. Diffamari causæ extraordinariæ sunt.
17 Diffamatus ultra condictionem ex l. diffamari contra diffamantem & alias actiones habet.
18 Verbalis inquietatio dicitur molestatio.
19 Condictio ex l cum alia actione potest concurrere.
20 l. Diffamari amplitudo.
21 l. Diffamari in omni actione ciuili & criminali, atq; reali & personali locum habet.
22 l. Diffamari abusus.
23 l. Diffamari tractatio in Comitijs Augustan. Anno 1530.
24 l. Diffamari modus ex reformatione Spirensi, Anno 1531.
25 Ius commune restringere periculosum, & soli Principi datum.
26 l. Diffamari restrictio in Comitijs Ratisbon. Anno 1532.
27 Verba quantumcunq; generalia ad consonum intellectum dispositionis restringi debent, & ut absurditas excludatur.
28 l. Diffamari restrictio prout in nouiss. ordin. Cam Anno 1548. edita.
29 Speciale in uno denotat ius commune in contrarium.
30 l. Diffamari beneficium in caussis periculosis ac grauibus cõcedendũ.
31 Causæ secundum earum naturam ad iudicium Cam. Imperiale nõ pertinentes, nec ibidem ex l. diffamari deduci possunt.
32 Iudex facti ueritatem diligenter debet inquirere.
33 Iudex dicitur oculus iusticiæ.
34 Diffamans dicitur ad caussam prouocare.
35 Diffamatio antequam processus à iudice decernantur, probanda est.

36 Citatio

36 Citatio in hoc iudicio non nisi cum causæ cognitione fieri debet.
37 Terminum ad agendum, non nisi causa cognita iudex statuere potest.
38 Libellus in hoc iudicio non procedit, nisi præcedat actus inquietans.
39 Terminus sine causa certa si assignetur, appellari potest.
40 Cautela pro citato ex l. diffamari, caussa non cognita.
41 Diffamationis super probatione recipiuntur testes lite non contestata.
42 Iudicia secundum normam iuris Romani ac communis non directa, non semper perfecta.
43 Tit. in C. Communia, epist. program. subscrip. iud. &c. causæ cognitionem requirit.
44 Cautela pro eo qui se uult tutum facere beneficio l. diffamari.
45 Diffamantis unius nomine, iudicium contra omnes fundatur.
46 Caussæ iustæ quæ, ꝑpter quas in hoc iudicio terminus assignari possit.
47 Statutum si cōcedat emptori pro omnimoda securitate rei emptæ bannimenta publicè proponere, poterit is eo beneficio etiam nulla præcedente diffamatione uti.
48 Statuti bannimentorum beneficium emptori concedentis rationes.
49 Venditor quo minus emptor bannimentorum beneficio iure municipali illi concesso utatur, efficere non potest.
50 Silentium super re alicui iudici petit is qui rem possidet.
51 Diffamatio si nullum dolum uel præiudicium præsupponat, iudex citationem non decernet.
52 Præceptum quandoq; sine caussę cognitione, iustificatum tamē per iudicem fieri potest.


T amplissimum, ita & saluberrimū l. diffamari beneficium est, quo illi, de quo † fama in præiudiciū uel in detrimentū status sui, seu famæ ac existimationis uel etiā possessionis suæ ac bonorum per obliquum quasi ac iniquè spargitur, cum ei iniuriarum protinus uel aliqua certa ac expressa contra diffamatorem actione, directè & cōmode, necdum agere iure datum cōsultumúe sit: interim autem famam eiusmodi latius ac ulterius haud diuulgari, ratione status, famæ uel bonorum, ne maiori periculo inde exponatur, unicè sua intersit, succurritur. Atq; idcirco Innoc. Hostien. & Ioan. Andr. *in c. lator.* Ex. *qui filij sint legit. rectissimè monet, quòd quando iudex uidet † actorem diffamantem hac ratione, expectare tempus agendi, quo reus probationibus careat, & periculum sit in mora: uel alicuius famam uel statum per diffamationē alterius grauari: seu præsumptio contra aliquem sit, quòd calumniosam moueat accusationem, &c. quòd tunc ad inuocationem diffamati, maximè possit ac debeat causa cognita statuere, ut infra certū tempus agat actor aut accuset, alioquin ulterius eum non audiendum per l. diffamari, & l. si eo tempore, §. j.* C. De *remissio. pig. & c. quoniam ut lite non contesta. bene fa. c. per tuas,* De *uoto.* Et *idem uult* Hostien. *in sum. in tit.* De *libel. obla. §. utrum. ac idem prosequitur* Innoc. *in c. conquerente, super 2. glo.* De *off. ordin. & in c. significantibus, in prin.* De *off. delega. & idem* Innoc. *& post eum* Panor. *in c. causa quæ, qui filij sint legi. &* Panor. *in c. licet in beato* Petro, *uers. Tu dic clarius,* De *acc. fa. optimè glo. in l.* Titia, *ubi idipsum quoq; diligēter* Bar. *no. nu.* 8. *uers. quæro utrum iudex, quem ibid.* DD. *sequuntur, ff.* De *accusa. per tex. in l. ob commissa, in fin. dum dicit,* Ne *effrenata licentia ad terrendam aduersariam futuræ accusationis speciem prætendas. ubi glo. fin. in hæc uerba prorumpit,* Statuetur *enim terminus, ultra quem non audieris. l. si ea,* C. *qui acc. non pos. cuius l. textum ad hoc etiam* Bar. *declarat ac commendat.* Idem Bar. *clarè post glo. in l.* Papinianus, *§. si quis post rem, in fin. ff.* De *inoff. testam. & in l. 2. in j. lectur. uers. sed circa hoc quæro, ibi, si enim iudex,* C. De *eden. per t̄. adduct. ll. &* Bal. *in c. debitores,* De *iureiuran. & singular. idem* Bal. *hoc declarat in cons. 61. In ista quæstione dico in 2. dub. in 2. lib. & in* Auth. *Sed si quis, in 2. col. uers. sed hic dubitatur de tali quæstione,* C. De *testib. &* Alexan. *cons. 95. In causa & lite uertente, uers.* Et *licet dictus dominus, uol. j. &* Ang. *in* Rub. Instit. De *excep. in 9. quæst.* Hoc *idem monet* Cæpoll. *in caut. 110. quando aliquis infamat in prin. & caut. 242. Si possideo. Idem communiter uolunt* DD. *post glo. in l. unica,* C. Vt *nemo inui. &* Canonistæ *in c. Cum in tua, qui matrim. accu. poss. cum sim. in processu uidend. Sicut eadem ratione uidetur, quòd quilibet regulariter qui exceptionem † habet, etiamsi non conueniatur,*

Right margin numbers: 1 (line "in præiudiciū… fama"), 2 ("quòd quando iudex…"), 3 ("eadem ratione…").

iudicis officiũ implorare poteſt, ne ab aduerſario inquietetur, et illi perpetuũ imponatur ſilentiũ, per l. 3. C. qui bon ced. poſ. l. ſi cõtendat, ubi tex. ſecũdũ unã lectur. ff. De fideiuſ. fa. l. Aurelius, §. Centũ, & ibi glo. ff. De lib. lega. ſecundũ Bar. in l. ſi ſocietatẽ, §. Arbitrorũ, nu. 10. ff. pro ſocio. & probatur l. Et ſi fortè, ff. ſi ſerui. uind. & no. in c. Examinata, De iud. & fa. d. c. lator. & quod ibi no. Qui fil. ſint legi. & c. Tuam, De ord. cogni. & no. Abb. in c. ſi quis contra clericum, circa prin. De for. compe. & Ioan. de Imo. in c. Cum ſit generale, in prin. eod. ſicut id ĩ. cap. 2. plenius tractabitur.

4 Vt uerò in qualibet l. nõ unã tantũ, ſed rationes † plures aſſignari poſſe, ſemp præſumẽdũ eſt: ut Alex. in l. ſi cõſtante, col. in fi ff ſol. matr. & Saly. nota. in l. ſi ſerui ueſtri, in 9. col. C. De noxal. & Iaſ. in l. quãuis, in fi. C De fideicom. ita ſanè certũ ac manifeſtiſſimũ eſt, & hanc l. noſtrã nõ ex una tantũ ſed rationib. pluribus illisq; præſtantiſſimis ac uniuerſam iuris diſciplinã non minima ex parte fulcientibus, nec tã priuatorũ cõmodum ac ſalutẽ, quàm incolumitatẽ publicam ac quietẽ, ut ĩ in proceſſu & cap. ult. luculenter uidebitur, ſpectantibus, opt. Imperatores tuliſſe primitus, atq; inde porrò conſtituiſſe rectiſſimè intelliguntur, poſſe eius l. remedio quemcunq; diffamatorẽ, qui in detrimentũ famæ, exiſtimationis, ſtatus, rerumue alterius ſeu errore ſeu malignitate diuulgare quædã non ueretur ac ceſſat, cogi, ut uel propoſita certa actione ea in iudicio probet, uel porrò taceat, & eiuſmodi famã in alterius diſpendiũ in poſterũ traducere penitus deſinat Quæ res etiã ad officium iudicis expeditur & quodãmodo uſurpatur, quod licet hic quidã tangant, non tamen diſcutiũt. Iudicis autem officium hic quoq; implorari manifeſtũ eſt, ex eo quòd

5 & uerba legis ad iudicem diriguntur: igitur † officium iudicis competit, ut eſt glo. ordina. in l. ſi ſoror, C. De collatio. & ſic argumentatur Bar. in l. Mancipiorum, ff. De optio. lega & in l unica, ff. De condi. ex le. uer. ij. principaliter, & in l. 3. nu. 6 ff. De alim. lega. per l. quòd ſi minor. §. fin. ff. De minor. & l. j. eo. tit.

6 Quod etſi ita ſe habeat, nihilominus propriè & rectè hic dici † poteſt diffamatũ condictione ex l. diffamari experiri, idq; ad aliarum quodãmodo actionũ & condictionum ſimilitudinẽ, arg d. l. j. & quod ibi no. ff. De condi. ex le. & quæ no. Cyn. & Bar. in l Ex placito, C. De rer. permu. & glo. in c. Cum liberum, De ſepul. & in c. ſi canonici, De off. ordin. lib. 6. et Abb. in c. ſæpe, col 3. De reſti ſpolia. Apertiſſimè ſiqui

7 dem duplex in † noſtra l. diffamari beneficium Imperatores ſimul exhibent, dum ſcilicet condictionẽ ex hac l. conſtituunt, ſimulac ad iudicis officiũ eam rem maximè referunt ac dirigunt: ſicut & aliàs huic l. nõ

8 ſtræ cõdictioni † ultra cæteras ex le. cõdictiões, quæ perſonales tãtũ ſunt et dicũtur actiones, imò reliquas actiones oẽs, multa ſingulariter excellẽtia, ut in proceſſu uidebitur, attribuũtur. Itaq; nihil hic omnino impedit, ꝙ Bar. in d. l 3. loco cita. annectit, ꝙ ideo dũ uerba legis ad iudicẽ dirigũtur, imploretur officiũ iudi-

9 cis, nõ cõdictio ex le cõpetat: itẽ tũ demũ ſi uerba nõ referrẽtur ad iudicẽ, cõdictionẽ † ex l. oriri, arg. d. l. j. ff. De condi. ex l. uerſ. ij. principaliter. Nã ut iã dictũ eſt ex noſtra l. diffamari Imperatores poſtulationem cõdicticiã, eamq; rẽ iudicis potiſſimũ officio diffiniendã cõſtituunt: unde cũ in hac lege aliud genus actionis expreſſum nõ ſit, cõſtat cõdictione huius l. agi, ſimulac officiũ iudicis inuocari poſſe et debere: ꝙ cũ ex uerbis & mente legis manifeſtũ ſit ac clarũ, neutiquã d. l. j. in cuius alioquin materia DD. mirè cõfundun

10 tur, ff. De condi. ex le. hic obſtare poteſt: cũ noſtrũ ultra legẽ expreſſam † diſtinguere nõ ſit, arg. l. de pre-

11 cio, ff. De publicia. Nec ullo modo legẽ † ſuperflua remedia inducere, præſumẽdũ, arg. l. qui bis idẽ, ff. De ſtipul l. Hæc ſtipulatio, §. Diuus, ff. ut lega. nom. caue. tot. tit. C. In quib. cauſ in integ. reſti nõ eſt neceſ. Itaq; etſi dictũ Bar. regulariter intelligendũ eſſet, in caſu tamen l. noſtræ expreſſo, tanquã ſingulariter exempto, inſtantiã recipere neceſſe eſt iuxta l. j. & l. omnis definitio, ff. De reg. iur. Idq; maximè cũ æquitas hic

12 ſubſit, † eã regulã in noſtro caſu non fallere ineptũ eſſet, arg. notab. glo in Auth. ut ſine prohibi. matres. in prin. ſuper uerbo exiſtimamus. Sic itidẽ nihil hic officere poteſt, quod tradit Inno. in d. c. conquerente, De

13 off. ordin. Officiũ iudicis cõpetere, † ubicunq; aliquis iuſticiã habet, nec aliquã certã habet actionem: eo quod latiſſimum ſit iudicis officiũ, l. j. ff. De iuriſdi. om. iud. Itaq; ſi alicui certa actio ſeu condictio ex le. competat, eũ iudicis officiũ non habiturũ: ad cuius comprobationem adducit l. In cauſæ, la. ij. ff. De minor.

14 Nam ad hoc ipſum ipſe Innoc. in d. c. conquerente in effectu reſpõdet: ꝙ quãdo officiũ iudicis † extraordinariũ eſt cõtra ius, ſicut eſt quãdo datur in integrũ reſtituẽdis (quod tamẽ intelligendũ contra ius ordinarium non autẽ cõmune, ſecundũ Zaſ. in intell. ſuis ſingularib.) tunc non dari, niſi in defectũ aliarum actionum: ſecundũ quã rationẽ omnino et reg. d. l. In cauſæ, limitat Abb. in c. Ex parte, De reſcrip. per no. Ioan. Andr. in c. Non ſolũ, De appell. lib. 6. quòd ea procedat in remedio extraordinario ſeu officio iudicis con

15 tra ius, ſecus ſi ſecundũ ius ſit. nihil itaq; prohibet † officiũ iudicis ſi ordinarium ſit uel extraordinarium, ſecundũ ius concurrere cũ alijs actionibus, cũ ſit latiſſimũ, ſecundũ mentẽ Innoc. Ioan Andr. Abb. in locis

16 præallega Cauſæ uerò l. diffamari † inter cauſſas extraordinarias enumerãtur, in ordin. Imperial. iudicij Cam. in 3. par. tit. 3. & 4. Ex l. itaq; noſtra, cum ipſius cõdictione ſimul & officiũ iudicis rectè coniungi

ac implo-

ac implorari constat: ita uerò & aliàs postulationi huic nostræ condicticiæ & aliæ quædam actiones cumulatiuè & electiuè ancillantur. Etsi enim magnum beneficium sit condictione l. diffamari in iudicio hoc impetrare ac consequi posse, ut diffamatori silentiū perpetuū imponatur: tamen cū ultra hanc perpetui silentij impositionē, alia pœna contra diffamantē ex l. nostra exigi nō poßit, prout Ang. in d. l. j. C. ut nemo inui. interim autē & Reipub. ac priuatorū maximè intersit, & ultra hanc, prauis illis hominibus, qui sine legitima caussa dolosè ac malitiosè quemuis in dispendiū famæ aut rerū suarū diffamare nō uerentur, alias quoq; grauiores pœnas, ne illis omnino id impunè facere liceat, esse constitutas: itaq; cōtra eos ut & † de dolo et interesse agi poßit, meritò quoq; iure prospectū ac consultū esse, quàm diligētißimè hoc in loco notandū est: sicut Spec. in tit. De emp. et uendi. §. Nunc dicendū est de rescindendis uenditionibus, uers. ult. no. cum duob. seq. domino rei, qui ab alio in iure suo diffamatur, ultra remediū l. diffamari rectè subdit, ei etiā competere actionem de dolo & interesse contra diffamantē aut actionē in factum, sed habito respectu ad diffamantē de dolo, ut eum allegat etiā Rom. cons. 53. uiso themate prænarrato. Vbi sequitur & dictū illud specula. decisionē esse quæstionis ait, quā Bal. reliquit indecisam in l. de pupillo, §. si is cui, ff. De no. oper. nuncia. qui licet ibi se remittat ad dicenda in §. si quis ipsi prætori, in ead. l. eū tamen potius uoluisse se remittere ad dicenda per eū in l. Non solū, §. Morte, in examinatione protestationis prohibitoriæ, eod. tit. Sic aūt & Bar. cōtra diffamantē aliquē, quòd sit malæ fidei possessor, et q̄ habeat aliquod ius, dicit posse agi interdicto uti poßidetis, si per hoc in aliquo impediatur, in l. j. §. Huius aūt interdicti, circa prin ff. uti poßidetis. Respectu siquidē possesßionis uidetur illi uim facere: quia molestatio & turbatio præsupponit uim, & quòd sola inquietatio † uerbalis dicatur molestatio, et sic sit uis turbatiua, latè Alex. cons. 52. Viso testamento, nu. 6. & 7. in 2. uol. prout j. cap. 2. latius. Quòd uerò & aliàs condictio ex le. cū † alia actione poßit cōcurrere, decidit Bar. in d. l. un. in fi. ff. De cōdi. ex l. p istū tex. et l. quotiēs, ff. De acc. et obl. 17 18 19

Etsi uerò primitùs l. nostræ cōdictionē intra curtos limites constitutā fuisse uideri potest, ea tamē propter præstantißimas † ac amplißimas rationes, atq; adeò magnū ac saluberrimū eius remediū, etiā Imperatoria accedente authoritate, meritò ampliata est, ut hodie cōdictio ex l. diffamari latißimè pateat, et siue eius amplitudinē ac præstantiā, siue cōmunē ac quotidianū usum ac praxim respicias, facilè inter cæteras omniū actionū ac condictionū formulas præcipuū, principē ac summū locū, ut regia mulier inter plebeias, speciali quodāmodo iure suo sibi uindicet. Hæc siquidē tā in ciuilibus † quàm causis criminalib. omnibus, tā itē realib. quàm personalibus actionibus, & tā in possessore quàm petitore locū, idq; eminenti ac singulari quadā ratione, ut in eius pleno processu porrò uidebitur, obtinet. Quòd autē in omni actione et causa ciuili simul & criminali l. diffamari locū habeat, authoritate tam Legistarū, quàm Canonistarū clarè ac apertè demonstrari potest: sicut & Ioan. Fabri. in hac l. diffamari testatur, quòd licet hæc l. loquatur in quæstione status, tamen glo. & DD. eā planè intelligere in omni actione: quod et ipse adprobat. Sic Bar. in d. l. Papinianus, §. si quis post rem, in fi. ff. De inoff. testam. expressè æquiparat in hoc causas criminales & ciuiles, quòd post terminū à iudice aßignatum quis non audiatur agere uel accusare uolens per l. Titia. ubi idem planè asserit, col. 2. uers. quæro utrū, ibi, est aūt iusta caussa. ff. De accusa. & l. si ea, C. qui accusa. non poss. & l. diffamari, & l. si eo tēpore, C. De remiß. pig. & per no. in l. j. C. ut nemo inuit. et Dyni in c. Indultū, De reg. iur. lib. 6. Idē cōcludit Ioan. de Imo. in l. De pupillo, §. si is cui, ff. De noui op. nunc. & ibi Moderni fi. quæ no. Bar. & DD. in l. Absentē, ff. De pœn. Spec. in tit. De emp. & uendi. §. uidendū restat, uers. ultimo not. cum duob. sequen. Bal. & ibi Alex. in add. Paul de Castr. & Saly. in d. l. una, C. ut nemo inui. Rom. d. cons. 53. uisò themate, Par. de put. in tracta. De syndica. in uerb. Iudex, c. An si iudex, col. 2. uers. Iudex cum causæ cognitione. Cæpoll. d. caut. 110. quando aliquis infamat. Aquens. in l. Et quæ à Diuo Pio. col. pen. uers. in quæstio. C. De eden. & ibi Purpur. nu. 28. allegans Alex. cons. 103. Consideratis. uol. 5. & Socy. cons. 41. col. 3. in prin. uers. subiunxit tamē ibi notabile, uol. j. Sic in eadē planè sententia sunt Canonistæ. Inno. in d. c. Cōquerēte super. 2. glo. De off. ordin. quē ibi Fely. & cæteri sequūtur. Hostiē. in sum. in tit. De libelli obla. uers. utrū poßit actor. Petrus de Anchar. in d. c. licet in beato Petro, col. 3. uers. Habet hic incidenter, De accus. quē ibi etiā sequitur Ioan. de Ana. in fin. Remediū siquidē l. diffamari locū habet in omnib. causis diffamationum, nō solū in actionib. personalibus, sed & in realibus, & non solū in petitore, sed etiā in possessore, ut uolūt DD. in locis supra all. et Are. in c. In præsentia, et ibid Fely. col. 2. in fi. uers. Ex isto textu & in istis uerbis, De proba. quos partim refert & sequitur De sancto Nazaro lib. j. responso. c. 8. nu. 8. fo. 17. ut & eū refert & sequitur. Boer. decis. 255. nu. 7. & in ea quoq; sententia est Parisius in d. c. In præsentia, col. 9. Itaq; hæc res de iure nostro scripto ac cōmuni dubiū amplius nō habet. Verùm ut nulla unquā lex tā bene fuit lata, quin ei statim fraus strueretur, & in abusum sit quādoq; detorta, quasi oporteat boni prætextu q̄ peßimū est nobis obrepere, & uidentib. quoq; fucū facere: ita & huic † l. 20 21 22

diffamari remedio præstãtissimo alioquin ac saluberrimo diu usuuenit. Dum enim frequẽter ueteratores
quidã reperti sunt, qui dũ probationib. suis nõ cõfidere potuerũt, ad quãlibet pecuniariã & quasi obola-
rem causam huius l. subsidiũ, uerùm à sua postulatiõe tã alienũ ut qđ maximè, prætexere, & post habitis
legitimis actionũ formulis etiã bonis & inuitis negociũ temerè facescere, eosq; litibus ac litiũ expensis ue
23 xare indies ausi fuerũt. Idcirco à Romano Imperatore † ac procerib. Imperij in aliquot comitijs & pri-
mũ quidẽ Anno 1530. in comitijs Augustanis, ut hoc ipsum l. diffamari remediũ, qđ de iure nostro, ut su-
prà demonstratũ est, latissimè patet, nec legitimè petentib. à iudicib. denegari debet, aliquantũ quantũ ad
caussas & partes litigãtes in Imperialis Cameræ iudicio atq; huius iurisdictionẽ spectat, limitaretur atq;
cõstringeretur, prospectũ. Dũ etenim indies iudex Cameræ ac assessores ad multorũ supplicationes pro-
cessus ex l. diffamari ederẽt, nec tamẽ causæ ad aliquẽ finẽ perducerẽtur, sed ea solũ rõe instituerẽtur, ut so
lum in iudiciũ Cameræ deducerẽtur, ac dein ita in suspẽso relinquerẽtur, & inuiti sine legitima cã in iudi-
cio ac litiũ sumptib. uexarẽtur: id ipsum in dictis Comitijs, ut eo in recessu cõtinetur, ab Imperatore, electo
ribus, principib. ac statib. Imperij, tanquã iniquũ ac nimis durũ reputatũ est: ac eapropter mandatũ Im-
peratoriũ editũ, ut cõmissarij ad reformationẽ Imperialis iudicij Cameræ singulariter deputati, hoc ipsum
diligẽter ac accuratè inquirerẽt, ac omni cura ac diligẽtia efficerẽt, ut in toto eo negocio legitim⁹ ordo ac
modus seruaretur: ꝙ et cõmissarij, quantũ sanè potuerũt, fecere, ac ea de re in reformatione sua ac imperia
lis iudicij Cameræ ordinatiõe Spiræ Anno Dom. 1531. edita, inter cætera, quãtũ ipsos ex l. diffamari pro
24 cessus spectat, in hũc modũ respõsum exhibuerũt: Postquã nobis id muneris, † ut iã relatũ, iniunctũ: eapro
„ pter nos studiosè inquisiuimus, et insup usq; ad ulteriorẽ Cæsareæ Maiestatis, electorũ, principũ ac statuũ
„ Imperij, prouisionẽ ordinamus, ut ĩ posterũ Iudex Cameræ ac Assessores nullũ ꝓcessũ ex l. diffamari aliũ,
„ quã ex fundamento iuris cõis, etc. decernãt aut edãt, et deinceps ipse Iudex ac Assessores ad eiusmodi editã
„ citationẽ ac partis inuocãtis petitionẽ secundũ præscriptũ iuris cõis & Imperij ordinationẽ, ut iudices se
„ exhibeãt, ne ꝓcessus ita in suspenso relinquãtur, & periculũ euitetur. Cũ igitur sine Imperatoris ac proce
„ rũ Imperij cõsilio, authoritate ac certiore cõstitutiõe, cõmissarij uidissent praxim l. diffamari latissimè pa
25 tentẽ, aliquãtũ cõtra iuris cõis dispositionẽ cõstringere † periculosum, nec sibi solis cõpetere, atq; idcirco
„ ad ulteriorẽ indagationẽ ac Imperatoris ac oĩum statuũ Imperij firmiorẽ ordinationẽ ac dispositionẽ eã rẽ
„ reseruassent: ideo sequẽti Anno 1532. in comitijs Ratisponẽsib. inter alia & cõdictio l. diffamari, ut inde
„ malitijs ac fraudulẽtijs quorũdã actionib. obuiaretur, à Romano Imperatore, procerib. ac statib. Imperij a-
26 liquãtũ, cõtra latã iuris cõis permissionẽ reformata atq; restricta est † ut ex eo recessu Ratisponẽsi in hæc
„ uerba inter alia cõstat: Ex quo aũt illa cõmissariorũ prouisio ad nos & cæteros electores, principes ac sta
„ tus Imperij cũ ulterius examinãdo deuoluta, cũ punctũ nos ac electores, principes ac status latius perpẽdi
„ mus, ac post diligentẽ inquisitionẽ tantũ reperimus ac cognouimus, ꝙ ꝑ processus ex l. diffamari causæ nõ
„ solũ in iudiciũ deducantur, deinde ita in suspenso relinquantur: uerumetiã partes contra nostrã & Impe
„ rij ordinationẽ, ordinario suo iudicio priuentur, &c. Proinde statuimus, ordinamus ac uolumus, quod l.
„ diffamari in nostro iudicio Cameræ intelligi ac usurpari debeat, in fractæ pacis, iniuriarũ ac alijs causis,
„ & inter partes nostro iudicio Cameræ immediatè subiectas, &c. Etsi uerò hunc in modũ l. diffamari, con
tra iuris cõmunis, quod ad omnes generaliter caussas, ut suprà deductũ est, hanc extendit dispositionẽ, ad
certas caussas ac graues tantũ, ut fractæ pacis, iniuriarũ ac alias, ab Imperatore & proceribus Imperij, in
dictis Comitijs seriò ac singulari cura restricta fuit: tamen etiamnũ uersutia ac hominũ malitia ne sic qui-
dem coerceri ac compesci potuit, ut intra huius definitionis & limitationis certos fines ac limites l. diffa-
mari remediũ in Camera Imperiali cõsistere potuerit: uerùm ut antè ex lata interpretatiõe ac ꝑmissiõe iu-
ris, saluberrimo illo l. diffamari beneficio ad quamlibet caussam etiã leuẽ aut sæpe fictã multi temerarij ac
malitiosi, dũ suis probationib. nõ cõfisi sunt, reiectis alijs legitimis ac cõpetentib. actionũ formulis, et ut a-
lijs fraudẽ inferre possent, turpiter abuti cœperũt: ita quoq; et idẽ hic in iã dicta reformatione atq; restri-
ctiõe cõtigit, ut quidã legulei, propter generalẽ illã clausulã, quã Imperator adiecit, & alijs causis, statim
quãlibet iterũ caussã intelligere, ac eadẽ et consimili rõe in iudiciũ deducere cœperint, cũ tamẽ priora uer
ba, fractæ pacis ac iniuriarũ satis demõstrarint similes cãs quoq; et æquè graues per uerbũ, alias, subintel
27 ligi debuisse: cũ uerba † quantũcunq; generalia ad cõsonũ intellectũ dispositionis restringi debeãt, l. j. § ꝗ
ait, ff. Ne qđ in loc. sacr. c. Inter dilectos, §. Cæterũ, De fide instr. Bar. in l. fi. §. Idẽ quæsijt, ff. De cõdi. indeb.
uers. circa prædicta, et ut absurditas excludatur, l. De pup. §. si quis fortè, ff. De no. op. nunc. & l. pen. ff. Ad
exhib. l. Scire oportet, §. Aliud, ff. De excus. tut. latè Ias. in l. Marcellus in 4. no. ff. Ad Trebell. Eã igitur ob
rationẽ ut leguleiorũ in hoc malitia ac uersutia expressius ac penitius excluderetur, Imperator, proceres
ac status Imperij denuò in comitijs Augustanis Anno 1548. moti sunt, ac ut et in quib. caussis in Imperia
li iudicio

li iudicio Cameræ ex l.diffamari in poſterũ agi oporteat ſtrictius ac certius expreſſerũt, † ut in ordin.Im 28
perial.iud.Cam.par.2.tit.25.uiderc eſt,ubi inter cætera ita habetur:Eapropter ſtatuim⁹ atq; ordinamus “
ꝙ l.diffamari in noſtro iudicio Cameræ intelligi ac uſurpari debeat,in fractæ pacis,iniurioſis ac alijs ſimi “
libus caußis,in quib.eiuſmodi diffamationes,malitioſè,dolo malo alioúe modo in præiudiciũ ac grauamẽ “
alterius partis fiũt,&c. Quæ quidẽ l.diff.mari Imperatoria cõtra latiorẽ iuris cõis permißionẽ nouißi= “
ma reſtrictio,ſolũ in Imperiali iudicio Cameræ ſeruãda cõſtituta ac uerbis expreßis præcepta eſt:alijs in
terim inferiorib.Imperij iudicijs,ex certis caußis,reſeruata iuris cõis d.l.diffamari diſpoſitione atq; ſolita
ampliatione:cũ ſpeciale † in uno denotet ius cõe in contrariũ,l.j.in fi.Ad Municip.glo.in l.fi.in uerb.ad/ 29
modũ,in fi.C.De his qui ad eccl. cõfugi.atq; ea diſpoſitio cũ ius cõe reſtringat,ultra eius uerba & caſum
ſpecialiter expreſſum extẽdi nõ debeat,arg.l.ſi ſeruũ,§.Nõ dixit prætor, ff. De adquir.hære.l.Conſtitutio
nibus,ff.Ad Municip.Quod licet ita ſit,interim tamẽ uel hoc Imperiali exemplo atq; authoritate omnino
ad omniũ iudicũ munus ac officiũ ſpectat,ne ſaluberrimo ac Imperiali hoc l.diffamari beneficio ac reme=
dio,ad quaslibet cauſſas leues ac indignas ĩ perniciẽ aliorũ,malos abuti patiãtur:ſed ut iã deductũ in cauſ
ſis † grauibus,ut & turbatæ poſſeßionis & cauſis matrimonialib. ac quoties dolus uel malitia diffaman 30
tis cõſpicitur,atq; ratione famæ uel bonorũ graue præiudiciũ ac periculũ propter diffamationẽ imminet,
eo modo diffamatis ſalubriter ac legitimè uti permittant atq; concedãt.Quo in loco obſeruandũ,cũ in om
ni ut dictũ actione l.noſtra de iure cõi locũ ſibi uindicet,in certis tamen caſib.in iudicio Imperialis Came
ræ reſtricta ſit,ꝙ etiã ibidẽ reſtricta intelligatur in cæteris † cauſis, quæ ſecũdũ earũ naturã ad ſupremũ 31
illud ſacri Imperij iudiciũ nõ ꝑtinere perhibẽtur,iuxta rationẽ reg.Cũ quid una, De reg.iur.in 6. cũ ſim.

Vt uerò in omni generaliter actione boni iudicis officiũ eſt,quã plenißimè cãm & in primis qualitatẽ
rei et facti ueritatẽ † inquirere,l.Iudices,C.de iud.l.2.C.De eden.atq; omnia ſumma cura ac diligẽtia per 32
rimare,c.Iudicantẽ,30.quæ.5.Fely.in Rubr.De iudic.unde et oculus † iuſticiæ iudex dicitur,ut elegãter 33
Math.Boſius in tract. de gerẽdo magiſtra.col.4.ita quã maximè et diligẽtißimè à iudice in hoc l diffama
ri iudicio cauſſa cognoſci,isq; primũ de diffamatiõe certò edoceri debet.Si enim diffamãs dicitur ad cauſ/
ſam † prouocare,atq; adeò actor cẽſendus ac inuitus hic agere cogitur,ut Bal.in l.noſtr.notab. tradit,& 34
tractãt DD.in d.l.unica,C.ut nem.inui.ſequitur iã neceſſariò de diffamatiõe iudici ante omnia ac omnino
certò cõſtare debere,ne quis ſine iuſta, legitima ac probata cauſſa,cõtra regulas iuris inuitus cogatur a=
gere & ius ſuũ in iudicio deducere:neúe innocens iniuſtè cũ periculo famæ & bonorũ ſuorũ litib.expona
tur ac uexetur.quã et rationẽ Inno.in c.j.De confir.ut.uel inuti. ubi de eo agit qui ſe legitimũ pronũciari
petit, adducit:deniq; ne actor per alterius uerſutiã ac calliditatẽ hac rõe ſua inſtantia priuetur.Cũ igitur
Imperator,proceres ac ſtatus Imperij clarè cognouiſſent,multos in Imperiali iudicio Cameræ l.diffamari
remedio,nõ ſolũ ad quaslibet cãs uiles ac indignas,ut hactenus relatũ eſt,abuſos:uerumetiã à multis fictas
ſæpe ac falſas diffamationũ cauſas,ea ſolũ rõe ut cæteris fraudẽ inferre,eosq; litib.ac litiũ ſumptib.uexare
poſſent eſſe propoſitas:atq; ita ſine cauſæ cognitione ac diffamatione minimè probata proceſſus tamẽ im
petraſſe:nõ ſolũ,ut dictũ eſt,ad certas cãs l.diffamari reſtrinxerũt,uerumetiã ut ex hac parte ciuib.Impe=
rij Romani rectius conſultũ meliusq; proſpectũ eſſet,ſummo cõſilio,ſummaq; diligẽtia cõſtituerũt, præce
peruntq; ut in poſterũ nunquã proceſſus ex l.diffamari in Imperiali iudicio Cameræ ad petitionẽ diffama
ti, niſi diffamatione præcedente atq; probata & ita prius cã cognita † decernerẽtur.quod ipſum ſingu= 35
lis in comitijs,quoties tractatio l.diffamari propoſita eſt,ſeriò,diligẽter ac deinuò ſanxerũt.Ita Cõmiſſarij
deputati d.Anno 31.inter alia ſtatuerũt,ut iudex Cameræ ac aſſeſſores in poſterũ nullũ proceſſum ex l.dif
famari,quã cũ aliqua cauſæ cognitione rõe diffamationis decernãt edantúe. In hũc itẽ modũ d. Anno ſeq.
1532.ipſe Imperator,proceres ac ſtatus Imperij diſpoſitionẽ ſuã ſuper l. diffamari ſeriò et in hæc uerba
cõcluſerunt:Vt omnimodo cauſæ cognitio rõe diffamationis præcedere,nec aliqua fraus in hoc adhiberi “
debeat.Eadẽ diligẽtia in hoc et ex d.nouiß.ordinatione Imperialis iud.Cam.pár.2.d.tit.25.cõſpicitur. u/
bi inter alia Imperator in hæc uerba grauiter prorũpit:Quòd etiã iudex noſter Cameræ ac aſſeſſores an= “
tequã eiuſmodi proceſſus decernãt,rõe diffamationis per ſcripta aut alia fide digna teſtimonia ac indicia “
informentur & inſtruãtur. Etſi eiuſmodi proceſſus decreti et diffamatio,ut debet,in iudicio probata:tũc “
diffamanti,&c. Quod ſanè,ut dictũ,optima ac ſaluberrima rõe ab Imperatore,proceribus ac ſtatib. Im= “
perij toties tã diligenter ac ſeriò cautũ:ſicut & antea idipſum iure noſtro cõi receptũ cõſtitutumq;, ac cõi
DD.ſentẽtia in omni generaliter ex l.diffamari inſtituta actione clarißimè cõprobatũ fuerat. in quo licet
pauci quidã uariare aliquantũ ac diſtinguere uideri queant:tamẽ cõſtans, perpetua ac cõis tam iuris Ca=
nonici quã ciuilis interpretũ ſententia eſt,indiſtinctè ſemꝑ ac neceſſariò in hac actione & hoc iudicio,re
quiri diffamationẽ præceßiſſe ac ꝓbatã,et ita omnino cũ cauſæ cognitione † citationẽ à iudice decernẽdã 36

esse. Ita expresse decidit Bar. in d. l. Titia in fi. p gl. in l. j. C. ut nemo inui. & l. si quis instituatur ff. De hær. instit. & l. Mancipiorū, ff. De optio. lega. & l. j. De cura. bon. dan. Idē tenet et Bal. in l. si ea. C. qui acc. non poss. et in l. Minorib. C. de his quib. ut indig. & clarè Saly. in l. si quis homicidij. C. De acc. et inscrip. Et sanè q̄ eiusmodi terminū iudex alicui assignare nō possit, nisi cū causæ cognitiōe † et sic facta prius informatione de dolo uel malitia diffamātis uel quacūq; caussa iusta, ubi imminet periculū, omnino uolūt Host. Io. And. & clarè Inno. in d. c. lator qui filij sint legi. & idē diligēter mouet Host. in sum. in tit. De lib. obl. uers. utrū possit actor, quē cū Inno. in d. c. Cōquerēte in prin. De off. ordin. ad hoc etiā singulariter allegat ac sequitur Io. Fabri. in suo breuiar. sup l. nostra. Idē clarè exponit Inno. in c. j. De cōfir. uti. uel inutil. et Hosti. in lectura sua in c. Cū in tua, §. Alioquin, qui matr. acc. pos. Et uidetur hoc manifestè pbari per c. quoniā ut lite nō cōtest. etc. per tuas, De noto cū sim. Idē uolūt Paul. de Castr. in l. j. C. ut nemo inuit. Saly. in d. l nostra, uers Aut nō cōparet. Ang. Are. in tract. crim. in uerb. Nec nō ad querelā Titij fo. 9. col. 4. uers quæro an iudex possit. et Inst. De excep. in Rub. in 9. quæsito. Alex. cons. 108. uiso themate circa fi. uol. j. Petr. de Ancha. in c. licet in beato Petro, col. 3 uers. habet hic incidēter, De accusatio. Et in effectu Abb. in d. c. Cū in tua circa fi. & Nicol. Mil. in reper. in uerb. actor agēs. Ita & Bal. in l. 2. C. Ne fil. pro patr. notabiliter di-

38 xit nō procedere † libellū in hac materia nisi præcedat actus inquietās, qui et primitùs probari ac cognosci debet, cū super hoc libellus fundetur. Dicitur aūt & sola inquietatio uerbalis molestatio, imò uis turbatiua, ut latè Alex. in d. cōs. 52. uiso testamēto, uol. 2. Et hinc Bar. in d. l. Titia in fi. et in d. l. Mācipiorū, uers.

39 quæro istud officiū. nota. decidit: si iudex statueret istū terminū sine causæ cognitiōe q̄ statim appellari † possit & per appellationē rescindatur, quē simpliciter sequūtur Are. in d. Rub. De excep. in 9. quæsito, et Georg. Natta. in clem. sæpè in prin. col. 34. cū seq. De uerb. signi. & Cagno. in l. nostra, De quo j. De appell. plenius. Et quia hodie multos passim iudices in inferiorib. præsertim iudicijs iuris ualdè imperitos reperire est, & litigādi libido crebra, cautela hic pro citato, maximè si is ex. diffamationis culpā sit, esse po-

40 test, † ut si is ex l. diffamari citetur, ex citatione aūt, diffamationē de se probatā esse minimè appareat: ut mox intra terminū à iudice petat, diffamationis caussam cognosci, nec enim sibi de prætensa diffamatione quidquā cōstare, nec illā de se probari posse: aperti aūt ac expediti iuris esse, citationē à iudice in hoc iudicio, diffamatione nō præcedēte nec plenè probata, nequaquā fieri posse, petēdo igitur ac protestando, etc. Hac siquidē ratione, nisi cognita ac explorata diffamationis causa, ulterius iudex prudēs non procedet, & ipse protinus à citatione & cōparendo etiā ex. appellationis necessitatē liberari poterit, ut sæpè fieri solet. Si uerò nihilominus iudex iners procedat, etiam de nullitate citatus dicere poterit, ut j. De appel. ui debitur. Omnino itaq; in hoc iudicio primitùs causæ cognitio requiritur, & hinc est quod post Anto. de But. in c. Cū olim in uers. Tertius intellectus, De testi. ponit Georg. Natt. in repe. d. clem sæpè col. 35. uers.

41 Nō aūt, De uerb. signi. q̄ hic cū lis non cōtestetur, recipiātur testes super probatione † diffamationis lite nō contestata, cōtra reg. Rub. ut lite non cōtest. & c. fi. c. quoniā in prin. & ibi glo. Ex. ut lite non contest. Atq; in hoc ipsum, q̄ diffamatio primitùs hic deduci debeat, eleganter cōcludit Lud. Rom. d. cons. 53. uiso themate, circa med. Ex suprarelata ratione quod aliàs secundū hoc inuiti cogerentur agere & ius eorū in iudicio deducere, quod fieri nō potest d. l. j. C ut nem. inuit. l. si. C. De usur. pupil. cū sim. Clarū igitur est, q̄ nō tantū quis caussa nō cognita terminū à iudice impetrare nō possit, sed etiā iudex ipse nō possit hoc cōcedere, secundū iā all. et gl. ordi in l. Papinianus, §. si quis post, ff. De inof. test. Quod etiā inde maximè procedit, qd' diffamare species delicti nec minimi habetur, l. nostra in prin. Vnde in hoc quoq; casu locū quodāmodo habere uideri pōt, regulā l. q accusare, C. De edē. ut elegāter p Paris. in c. In præsentia, col. 9. De proba. & fi. c. Cū ecclesia, Ex. De caus. poss. c. ut nostrū, Ex. ut eccl. benefi. c. fin. de iureiuran. Verū licet intelligatur regula hic q̄ citatus absoluatur definitiuè, secūdū gl. in Auth. q semel in uerb. locū habet, C. quom. & quan. iudex. de quo aliàs p Hypp. in l. unus, §. In caussa, ff. De quæst. eatenus tamē ac directè id in hoc iudicio nō pcedit, Cū iudex hic nec possit nec debeat citationē decernere, nisi antea de diffamatione edoctus sit, illiq; certò de ea cōstet, ut dictū. Et si uerò hodie in inferiorib. quibusdā, paucis tamē, necdū satis rectè in-

42 stitutis iudicijs, licet interim priuilegiatis ne ab ijs puocari possit, ut plerūq; multa in ijs † puerse gerūtur, ita etiā et diffamatiōe nō prius pbata, iudices tamē ad citationē et ulterius cōtra prætēsum diffamātē pcedūt, hoc tamē cōtra manifestā æquitatē ac iuris dispositionē fieri manifestū est, ut hoc iudicū uulgꝰ eiusmodi ius minimè cōstituere possit aut debeat, et relinquātur isti homines ueri iuris cōtēptores, suo nescio quo iure antiquo ac cōsuetudinib. eatenus uti, donec aliquādo periculo suo discāt ac experiātur, æquitatē iuris nostri Ro. ac scripti denuò ac omnib. modis recipiēdā atq; restituēdā esse: ea uerò cū in nostro casu, antequàm citatio à iudice fiat, omnino exigat ut antea cā cognoscatur, rectè ac cōuenièter admodū inde Bal. et Paul. Cast. arg. illud, cōtra d. l. nostrā ex l. j. et p tot. C. Cominationes, epist. program. subscr. iud. autho. rei

iud.

iud. nō hab. ex hac ipsa rōe soluūt, qd' hæc cōminatio ac termini aßignatio cū causæ cognitiōe fiat. Sed d. tit. de nuda loqui cōminatiōe et nihil aliud q̄ † causæ cognitionē requirere, igitur, &c. Sicut et Host. loco 43
cita. ad obiectū, qd' nemo inuitus cogatur agere, respōdet, quādo hoc sine causa faciat iudex, etc. Et ex hoc fundamēto Bar. Cœp. d. caut. 242. ex doctrina Bal. in Auth. si qs ab aliquo in 2. col. C. De testib. acute cō sulit, qd' ubi nec speciali materia, puta ex cōtractu uel quasi, delicto uel quasi, est uel esse debet aduersari⁹ certus, nec ex generali materia est aduersarius uerisimilis, et tamē aliquādo aduersarius futurus metuēdus est, tūc ut † poßit fundari ꝓcessus examinis testiū ad ꝑpetuā rei memoriā, qd' ꝑ interpositā ꝑsonā qs fa= 44
ciat se diffamari, tūc enim cū illa ꝑsona fundari iudiciū et cæteros q̄ cōtradicere uellēt citari posse ꝑ Auth. si oēs, C. si ut innu. se ab hære. abstin. l. At qui natura, §. Cū me absente, ff. uego. gestor. quā sanè cautelā ad l. nostræ conditionem cōmodißimè adplicari uideri potest: quod quis ex hac contra eos agere ualeat, à quibus se suosúe hæredes in bonis suis aliquādo molestari posse uerißimiliter metuit, ut si illi de suo quodā dominio antiquitùs super bonis illius instrumenta apud se habeāt, aliòue modo molestationē metuat, &c. Sicut planè in hac opinione, ut si quis diffamationem ab aliquo passus fuerit, hoc prætextu fundari poßit generale iudiciū † cōtra quoscūq; prætēdētes ius in aliqua re intētandò remediū, l. diffamari sunt Bal. & 45
Salyc. in d. Auth. si quis ab aliquo, C. De testib. quos omnino sequitur Georg. Nattan. in clem. sæpè in prin. col. 35. De uerb. signi. quod maximè procedit, si ex causa, ut in hoc omnino iudicio fieri debet, generale ꝓclama cōcedatur, ut hæc uerè sentētia est. Ludo. Ro. in d. cōs. 53. sicut ℸ. de cita. clarius patebit: et quod eius modi citatio propter diffamationē cōcedi debeat, no. Aret. in l. quādiu la. 3. col. 5. ff. De adquir. hære. & Barba. in c. fi. De emp. & uēd. Est igitur iusta causa † statuendi terminū caussa diffamationis, ut si quis ali 46
quē infamet, quod sit debitor suus, uel res quā poßidet, ad se pertineat, uel quod uelit eū de aliquo crimine accusare, &c. Nā istæ sunt iustæ causæ, ut terminus illi statuatur intra quē accusare aut agere poßit, aliàs nō audiatur, ꝑ l. nostrā, & l. ob cōmissa in fi. C. Ad l. Iul. de adul. cū sim. ut uolūt Bar. in d. l. Titia circa fi. ff. De accusa. & Paul. de Castr. & Saly. in d. l. uni. C. ut nemo inui. & Innoc. in d. c. conquerente in gl. 2. Extr. de off. ordinar. quod & sequitur Schurpff. conf. 34. centur. j. nu. 6. Et satis est probari, quod in eius præsentia dixerit uel corā paucis, secūdū Bal. in l. nostra, per l. Apud Labeonē, ff. De iniur. & sequitur Ang. Are. Instit. De exceptio. in Rub. in 9. quæsi. uers. aduertas quod satis est ꝓbari, &c. Idq; & corā iudice solū etiā in figura iudicij non existēte, ut est tex. in l. nostra, in prin. secūdū Bal. ibi. Alias quoq; causas enumerat gl. in d. l. j. ubi & DD. C. ut nemo inui. De iure igitur cōmuni ac unanimi DD. sententia clarè patet diffamantem nisi præcedēte diffamatiōe, terminū eiusmodi à iudice non impetrare, nec iudicē nisi caussa cognita decernere ac cōstituere posse. Eā igitur iuris nostri scriptā æquitatē euidentißimis de causis, meritò ac optimo iure Imperator, proceres ac status Imperij, in aliquot comitijs, ut suprà dictū, sua authoritate denuò cō probarūt, cōfirmarūtq;: Atq; cū ea antiquitùs iuris scripti ac cōmunis fuerit, exindè quoq; omninò indistinctè, in omnibus iudicijs diligēter ac necessariò obseruādā omnibus iudicib. semel ac certò proposuerūt.

Vt uero hoc expediti iuris cōmunis est, ita quoq; hic cōuenienter quæri pōt, si statuto ac iure municipali generaliter inductū ac cautū sit, ut emptor perfecta emptione poßit bānimentis, ut uocāt, publicè propositis, hoc est, programmate omnib. notū facere, si quis sit, qui se aliquid iuris in re sua empta habere cōfidat, intra certū terminū cōpareat, ac de eo in iudicio doceat, alioquin termino elapso cū nō audiēdū fore, &c. An emptor poßit † gridas & bānimēta secūdū formā dicti statuti, nulla præcedēte diffamatione propo= 47
nere? Et cōmuniter respōdetur & ita seruatur quod poßit: Nā cū in hoc dubio certus sit casus statuti æqua ratiōe fundati, ulterius dubitādū nō est, arg. l. Ancillæ, C. De furtis, l. ille aut ille, §. Cū in uerbis, ff. De lega. 3. Atq; huius statuti duplicē † rationē Ro. in d. cōs. 53. uiso themate uers. sed attenta ipsius statuti dispositione, adducit: Nēpe ut litiū finis sit, & ne dominia rerū in incerto maneant: ut in simili ista duo mouerunt 48
Iurisconsultum in l. j. ff. De usucap. & l. fin. ff. pro suo. Instit. De usucap. in princ. quibus duabus & aliæ rationes duæ euidentes addi poßunt, nimirū quod quis præuidere debet, quod cōtingere pōt & damna si qua futura sunt esse ue poßunt præcauere. arg. eorū quæ no. in c. j. in uerb. præcaueri De fer. uō ordin. Dein ut malitijs hominum obuietur & iniquitas remoueatur, l. In fundo, ibi neq; enim malitijs indulgendum est. ubi glo. plura sim. allegat, ff. De rei uind. & arg. l. j ff. De eo quod cer. loc. Et pro quæstio. fa. l. si eo tempore, & quod ibi no. Bat. Ioan. Fabri & DD. C. De alien. pigno. & Auth. si omnes & ibi Cyn. Bar. Bal. & Saly. C. Si minor ab hær. se abstin. & in l. Sed & si pupillus, §. proscribere, ff De insti. action. & tenet Innoc. in c. Cum in tua, quem ibid. sequitur Abb. col. j. uers. dicit etiam Innocentius. qui matr. accusa. poss. & ibi etiam Cardina. Alexandrin. col. 2. in princ. & col. 5. uers. Panormitanus, & Bal. hic in l. nostra uers. ultimo nota. asserit ita cū dictis cridis ac bānimētis cōmuniter per totā seruari Italiam: sicut & in toto regno Franciæ in bonis subhastatis & cridis publicis positis seruari testatur Boer. decisio 158.

An substitutus. ut & non ambigendũ est in Germania, sicubi eiusmodi uiget ius municipale seu statutum, hoc ipsum omnino, cũ id æquißimis rationibus fiat, seruari debere. Neq; dicta bannimenta per emptorem
49 † quo minus fiant aliquo modo, à uenditore impetrari põt. Nec enim hoc bannimentorum beneficium à iure municipali emptori indultum per uenditorem sibi auferendum est, arg. c. Indultũ, De reg. iur. lib. 6. Et eiusmodi uenditoris prohibitio ut planè frustratoria spernẽda uidetur, cũ illi nullũ ius cõpetat emptori auferẽdi beneficiũ ipsi à statuto cõcessum, arg. l. si quis prohibuerit, ff. De publi. l. si fideiussor creditori, ff. De fideiuss. l. si fundũ, C. De rescin. uẽdi. ut Ro. d. cõs. 53. deducit. fi. quòd nullo modo uenire licet cõtra id qđ lex municipalis disponit, l. fi. ff. De decre. ab ordin. faciẽ. Bal. in l. nostra, uers. Itẽ interdũ statuitur, &c. Hic animaduertẽdũ tamẽ, quòd citatio eorũ qui se ius habere prætẽdũt, tũc secũdũ formã dicti statuti fieri põt, si incertæ sunt personæ, secus si certæ: tũc enim specialiter sunt citãdæ, ut Ro. d. cons. 53. circa fi. et dicetur
50 j. c. 6. Hoc in loco uerò & illud notãdũ, quòd necesse est quẽ † poßidere rẽ, super qua silẽtiũ ei, à quo molestari timet, indici petit: ut singulariter probat tex. in l. 3. secundũ Bal. in l. j. uers. quod ut fiat implorare æquitatẽ præsidis debes, C. qui bon. ced. poss. quod alibi nõ reperitur secũdũ eũ ita expressum: unde & ex hac parte iudex certus esse, et causam cognoscere debet, de quo cap. seq. Et suprà traditã doctrinã quòd
51 iudex diffamatione necdũ probata, citationẽ decernere nõ poßit, ampliamus quoq;, ut si diffamatio † leuis sit ac ludicra, nec dolus aliquis aut fraus appareat, atq; inde aliquod periculũ, detrimentũ seu præiudiciũ uel famæ ac existimationi alicuius uel bonis imminere seu inferri neutiquã poßit, quòd similiter & citationẽ ex l. nostra iudex decernere nõ debeat, arg. constitutionis 7. ex ordina. Imperia. iudicij Cam. adductæ, & quòd de minimis prætor nõ curat, &c. Potest uerò præceptum sine causæ cognitione per iudicẽ fieri iustificatũ tamen, ut no. gl. in l. De pupillo, §. Meminisse, ff. De no. op. nuncia. & c. Ex parte, j. De uer. sig. uide Bar. in l. j. C. De exem. rei iudic. Ang. in d. §. Meminisse, & Specula. in tit. De cita. §. Iam de citatione, uers. Si ergo, & Abb. in c. j. De caus. poss. & proprie.

QVIBVS, ET IN QVIBVS CAVSIS SPECIALITER REMEDIVM L. DIFFAMARI COMpetat: & ut id exemplis ex utroq; iure adductis ampliari, atq; iudex secundum eius formam procedere ac decernere, hoc est, terminum alicui ad agendum præfigere, quo neglecto illi porrò iurisdictionem suam denegare poßit.

CAPVT II.

1 l. Diffamari beneficium cui competat.
2 Possessor si diffamatur, ex l. diffamari agere potest, & etiam interdict. uti posſidetis, intentare.
3 Diffamans alterius in possessione ius sibi cõpetere, specificare id tenet.
4 Actori ex caussa etiã directò ad agendum terminus à iudice statui põt.
5 l. purè, ff. De dol. & met. excep. limitatio.
6 Exceptiõe tutus agere põt antequã cõueniat ut silentiũ actori imponat.
7 Exceptiones ad opponẽdas termino lapso, tamẽ adhuc excipiẽs officiũ iudicis contra actorẽ ut illi silentium imponatur implorare poterit.
8 Molestatus de facto uel molestari uerisimiliter timens, petere potest ut aduersario silentium imponatur. (quirit.
9 Molestari in re timẽs ut aduersario silentiũ imponi petat eã posſideat re
10 Episcopo diffamãti aliquem de debito, iudex inuocatus ad agendum terminum constituit.
11 Citatus à fiscali superioris potestatis sub certa pœna ad docẽdã obediẽtiã suã, uel, &c. poterit apud superiorẽ protinus grauamẽ suũ ac innocẽtiã in modũ exceptionis opponere, simulac petere ut fiscali super eo perpetuum imponat silentium.
12 Epistola quorundam Germanorum fidei declaratoria, scripta ad papã Alexandrum Anno Domini 1499.

13 Papa

13 Papa quis credendus sit.
14 Papa habet ligandi & soluendi potestatem, claue non errante.
15 Papæ fiscalis auaritia notatur, atque ut papa ei super iniqua postulatione silentium mandet, petitur.
16 Verbalis inquietatio dicitur molestatio & uis turbatiua.
17 Spoliari se seu molestari uerisimiliter timenti in Imperiali iudicio Cameræ mandata decernuntur.
18 Futuram aduersus calumniam potest quis quem ad iudicium prouocare, aut testes ad perpetuam rei memoriam examinari petere.
19 Testiũ ad receptionẽ, ratiõe diffamatiõis, lite etiã nõ cõtestata, procedit.
20 Exceptionem habens potest petere illam sibi competere, & aduersario imponi silentium.
21 l. Si contendat, ff. De fideiuss. quatenus à l. diffamari differat.
22 Prauidere quis debet quod contingere potest.
23 Fideiussor unus ex pluribus etiam antequam conueniatur, potest petere ut fiat diuisio, & pro parte creditori imponatur silentium.
24 Emptor de iure communi diffamatoribus in re empta terminum ad agendum statui petere potest.
25 Lites ut præcidantur iudex curare debet.
26 l. Diffamari amplitudo exemplis ex utroque iure utiliter declarari illustrarique ut possit.
27 Contumacia eius qui ius dicenti non obtẽperat ut litis dãno coerceat.
28 Hæres si intra annum ab admonitione iudicis non impleat quod dispositum est, omni commodo ultra legitimam priuandus.
29 Iudex absentibus ad petendum illic relictum tempus statuit.
30 Hæredi cõditionem potestatiuã non implenti, iudex terminũ assignat.
31 Conditione casuali pendente hæredi terminus statuitur.
32 Restitutio aduersus aditionem hæreditatis cum petitur, iudex creditoribus terminum statuit.
33 Curator inuitus bonis dari, nec excusationẽ suam iudex admittere põt.
34 Legatario optionis ad eligendum à iudice terminus statuitur.
35 Hęres cui data est optio ĩ legato alternatiuo tẽpore debito optare tenet.
36 Hæreditatis emptor petere põt ut legatario optiõis iudex terminũ pręfigat.
37 Testamẽti executio cui mãdata, si intra annũ non exequatur, exequitur episcopus: quod tamen cautelam recipit.
38 Eligere prælatum ecclesiæ negligens, proximus superior eligit.
39 Præbendæ uacantes infra sex menses conferantur.
40 Confirmatio ut teneat opponẽtes si qui sint, citari debent: idẽ in iure patronatus.
41 Matrimonij ad accusationem iudex terminũ præfigere põt.
42 Sponsus diffamatus honestius ante enunciationem publicam cõdictione ex l. diffamari experitur.
43 Matrimonia contrahenda primitùs in ecclesijs termino præfinito per presbyteros proponi debent.
44 Matrimonia hodie statim post trinam enunciationem nuptijs firmari solent, quo casu ulterius omnis accusatio excluditur.
45 Matrimonij in accusatione termino lapso & aduersario silẽtio imposito, nullatenus ulterius auditur: idem post enunciationes publicas.
46 Matrimonij ab accusatione persona leuis repellitur.
47 Matrimoniales causę summo malo hodie sępius hominibus ineruditis dijudicandæ committuntur.
48 Matrimonij accusator ꝓpter turpẽ quæstũ nõ audiẽdꝰ: similiter indignꝰ.
49 Calũniosẽ qui cõtra quẽ semel processit, ulterius cõtra eundẽ nõ audit.
50 Calumniosè denuncians etiam de calumnia puniendus

51 Crimen

51 Crimē intētans nisi intra terminū à iudice statutū ueniat & ꝓbet, punit.
52 Episcopus accusatus uel accusans, si terminū ad agēdū negligat, punit.
53 Termini assignati neglectio ultra silentij impositionē, grauiorem interdum pœnam importat.
54 Seruus assertus citatus si infra annū nō cōparebat, asserenti assignabat.
55 Actor in actione proposita & reo cognita cogitur persistere.
56 Exceptio infra terminum constitutum à iudice omnino proponenda.
57 Exceptionem non solutæ pecuniæ ut creditor proponat.
58 Exceptio dotis confessatæ ut admittatur.
59 Cautela contra mercatorem, qui pecunias ad partē lucri & dāni recipit.
60 Terminus accusatori ut communiter à iudice constituatur.
61 Infamator occultus ad quid cogi possit.
62 Marito accusare uolenti de adulterio, terminus ad id statuitur.
63 Testamentum falsum arguere minanti iudex ad hoc terminum statuit.
64 Instrumentum uel priuilegium redarguere uolenti terminus, ultra quē id non possit, assignatur.
65 Accusationē infra statutū tēpus non prosequens, ulterius non auditur.
66 Accusare uolenti si desistat, licet nondum incœperit, silentium imponit.
67 Absolutus semel de crimine, de eodem accusari amplius non potest
68 Latrūculatores bis errāt dū cōditionaliter, forma uulgari, reū absoluūt.
69 Accusaturum se non ulterius iurans, ulterius non auditur, & is qui accusationem remisit, uel se non accusaturum dixit.
70 Absolutione finita, ut denuò accusari queat.
71 Accusator post terminum non auditur, licet de crimine ciuiliter agat.
72 Creditores ni intra terminū cōstitutū ius exequant, ulterius nō audiunt.
73 Pupillis status quæstionem mouentibus terminus statui potest, ultra quem agendi uia præclusa.
74 Missus in possessionem licet ipso iure præscribat, potest tamē loco secundi decreti petere ut ad agēdū super ꝓprietate reo terminus assignet.
75 Liberta pro libertate liberorum patrono terminum statui petit.
76 Legitimus ut de legitimitate agat, & ut de illegitimitate diffamantibus terminum constitui petat.
77 Legitimitas hodie ut probetur.
78 Excipienti de natiuitate ad probandum ut terminus statuatur.
79 Excommunicationem actori reus obijciens ut probet.
80 Excipienti de spoliatione ut terminus statuatur.
81 Exceptiones ad proponendas iudex ut terminum statuat.
82 Testium productioni iudex terminum statuere potest.
83 Iudex qui recusatur, ut arbitris ad eā suspicionē finiendā tēpus præfigat.
84 Appellationē ad ꝓsequēdā, iudex ut terminū statuere possit, atq; restringere.
85 Termin⁹ ad diuersos effect⁹ in iudicio partib. à iudice præfigi pōt.
86 Dilatio ad omnem conuincendam malitiam parti interdū à iudice dat.
87 Iusiurandum exigens & ipse conditione iurisiurandi utatur.
88 Filius, cuius pater propter onera ciuilia bonis cessit, non tenetur.
89 Imperator si quid ex plenitudine potestatis faciat, cōtra id qs nō audit.
90 Nouum opus nuncianti ut ab ædificante cautio præstanda.
91 Actori malitiosè tardanti reum conuenire terminus ut statuatur.
92 Scholaris ex Academia discessurus ad euitandū omne periculum, à iudice petere potest, creditoribus si qui sint, ad petendum publicè terminum ut statuat, ultra quem non audiantur.
93 Scholaris à loco discessurus ut creditori satisdet.
94 Fideiussores duo à scholari dati, si alter ab eodem pecuniam accepit, alter eatenus se rectè tuetur.

95 Potestas

95 Poteſtas ſi à loco recedere uelit, officij ratione contra ſe agere uolẽtibus, terminum ſtatui à iudice petere poteſt.
96 Diffamationem debiti non ſoluti ad effugiendã quilibet ex cauſſa à iudice terminum ad id corâm ſtatui petere poteſt.
97 Iuriſdictionem ſuam etiam pœnali poteſt iudex defendere iudicio.
98 Actori, ut diffamãti, agẽti, nihil aũt ꝓbãti, ęquè ac ſi omnino nõ cõparuiſ(ſet ſilẽtiũ imponit.
99 Excõmunicato beneficiũ l. diffamari an cõpetat.
100 Excõmunicatꝰ reus nõ audit niſi omnino ꝓ neceſſaria ipſius defenſiõe.
101 Excommunicatio minor ab agendo non repellit.



VM *hactenus quale beneficiũ l. diffamari ſit, in genere, itẽ q̃ latè pateat & qualiter iudex idipſum cõcedere debeat, dictũ ſit: cõmodè ſequitur nũc dicẽdũ quibus in ſpecie dictũ beneficiũ cõpetere queat, et quoties, ac quib. in cauſis iudex terminũ accuſandi agendiúe diffamãti, ut inuito actori cõſtituere, eiq; nõ cõparẽti poſtmodũ iuriſdictionẽ ſuã denegare poſsit.* Et *quidẽ principaliter* † *quoties quis de ſtatu ſuo diffamatur uel aliquo delicto* 1 *& crimine, uel debito, uel aliàs ratione eius q, ſua intereſt, ut famæ aut bonorũ ſuorũ, &c & qd' loco & tẽpore quis eũ accuſare aut cõtra eũ intendat agere: tũc in eiuſmodi ac ſimilibus & alijs extra diffamationẽ quoq; caſibus ſicut id ꝑ exempla patebit, diffamatus aut is cuius aliàs quid fieri intereſt à iudice petere põt, ut diffamanti uel ei qui id ad quod de iure tenetur minus facit, terminũ ſtatuat intra quẽ agat uel accuſet uel faciat et reſtituat, &c. aut in poſterũ ei perpetuũ imponat ſilentiũ, ſeu tale præiudiciũ incurrat, &c. ſicut in diffamãti quocunq; l. noſtra extat ac præſtò eſt, cũ ibi no. & ſim. ſ. allega. & ſingulariter decidit* Innoc. *in c. cõquerẽte, ſup. 2. gl.* De *off. ordin. quẽ & refert et ſequitur* Ang. Inſtit. De excep. *in 9. quæſi. & fi. optimè tex. & quod ibi no. in c. lator. ubi ſing. gl. in uerb. infra duos,* Extr. *qui filij ſint legi. &c.* Ita *licet regulariter poſſeſſori* † *actio prodita nõ uideatur, fallit id tamẽ ſi alius diffamaret et detraheret iuri poſſeſ* 2 *ſionis ſuæ, c. cauſam* Extr. *qui filij ſint legi. l. diffamari, cũ ſim. ut* Innoc. *in c. j.* Extr. De *cõfirm. uti. uel inuti. quod eatenus etiã* Bar. *in l. j. §.* Huius *aũt interdicti, circa prin. ff. uti poſsidetis, extẽdit, ut etiã cõtra diffamantẽ in poſſeſsiõe, ſi diffamatus in aliquo impediatur, interdictũ uti poſsidetis intẽtari queat.* Sic *aũt eodẽ modo ſi in poſſeſsione ſua, alius quædã iura ſibi cõpetere aſſereret, ea omnino ſpecificare* † *tenetur, ut* 3 *per eã ſpecificationẽ uia in poſterũ litigãdi præcludatur, quod iudex facere debet ut lites dirimãtur, d. c. cõquerẽte, & ibi pulchra gl. in uerb. ſpecificãtes. quæ & ratio ſententiã iudicis in noſtro hic iudicio nõ minima ex parte fulcit ac tuetur: ſicut & hãc iudicis poteſtatẽ & præter diffamationẽ* Ang. *in l. ſi quis liber tatẽ, uerſ. planè, ff.* De *peti. hære. ampliat, ut aſſerat quòd ei etiã qui directò* † *litẽ mouere põt, per uiã agen* 4 *di poſsit cauſſa cognita ſtatui à iudice terminus, infra quẽ agat, quo elapſo ulterius nõ audiatur: quẽadmodũ & regulã,* † *l. pure, ff.* De *doli et met. excep. quòd actor in ſua poteſtate habeat, quãdo utatur iure ſuo,* 5 *&c. eleganter limitat* Cardin. Zabar. *in clem. j.* De *ſen. & re iud. quòd ea locũ nõ habeat in exceptionibus, quæ uim actionis habẽt & ſine expectatione aduerſarij intentari poſſunt: põt ſiquidẽ tutus exceptione antequã* † *cõueniatur agere implorãdo iudicis officiũ ut ſilẽtiũ imponatur actori, ſicut in negatoria quæ da* 6 *tur poſſeſſori, l* Aurelius, §. Centũ, *ubi id gl. apertè ſentit, ff.* De *lib. lega. & probatur l.* Et *ſi fortè, ff. ſi ſer. uind. & no. in c.* Examinata, De *iudic. & no.* Ioan. de Imo. *in c.* Cũ *ſit generale, in princ.* De *for. cõpe. & dicetur infrà. quod adeò etiã ampliatur, ut licet ad exceptiones opponendas terminus ſtatutus fuerit, isq; lapſus ſit, quòd tamen per hoc non* † *præcludatur uia implorandi officiũ iudicis ut imponatur ſilẽtiũ actori* 7 *cõtra quẽ exceptio cõpetebat, licet in termino propoſita minus fuerit, ut no.* Bal. *in l.* Domũ, C. De *rei uind. & tractat* Bar. *in l j. §. j. ff. quod ui aut clã.* Sic *& eũ qui de facto* † *moleſtatur uel uerisimiliter moleſtari* 8 *timet, implorare officiũ iudicis poſſe ut aduerſario ſilẽtiũ imponatur, tradit* Abb. *in c. ſi quis cõtra clericũ, circa prin.* De *for. cõpe. arg. l. diffamari, & d. c. cõquerẽte,* De *off. ordina. iuncto tit.* C. *ut nemo inui ubi gl. &* DD. *& per* Bar. *plenè in l. ſi finita, §.* Elegãter, *ff.* De *dam. infec. & in l. ſi ſocietatẽ, §. arbitrorũ, ff. pro ſocio. unde ex doctrina* Abbatis *manifeſtè colligi põt, etiã in cauſsis turbatæ poſſeſsiõis ex l. noſtra agi poſſe: ſicut et aliàs cõſtat ex ea l. eũ qui in poſſeſsiõe ſua quouis modo turbatur agere poſſe, ut declarat* Alexã. *d. cõſ. 52. uiſo teſtamẽto. uol. 2. quãquã in ijs turbatæ poſſeſsionis cauſis directa protinus ac ordinaria uia uti, ſicut plerũq; ferè ac ſingulariter in* Imperiali *iudicio* Cameræ *ſeruari ac procedi ſolet, cõſultius, cõſiderata tamẽ negocij qualitate, fuerit: ubi tamẽ ſemper meminiſſe neceſſe eſt, eũ qui de alterius moleſtia in rebus ſuis timet* † *eidẽ ſilẽtiũ imponi petere poſsit, requiri ut rẽ poſsideat, ut & ſ. dictũ eſt, & tex. eſt ſing.* 9 *in l. 3. ſecũdũ* Bal. *in l. j.* C. *qui bon. ced. poſ.* Sicut *in ſimili uidemus quòd tertius qui nõ poſsidet rẽ, nõ põt impedire executionẽ ſuã, l. ſi is à quo, et ibi* DD. *ff.* De *rei uind. et no.* Bar. *in l.* A *diuo Pio, §. ſi ſup rcb.* De *re iud.*

iud.et Io.And.Abb.et Fely.in c.ueniẽs,el.2.De testib.et Frãcisc.de Are.cõs.51.col.8.uers.ult.Et qđ Abb. tradit etiã eũ qui uerisimiliter timet molestari,implorare officiũ iudicis posse,&c.cõprobatur quoq; per id quod no.Innoc. in d.c.conquerente. Vbi si monasterium diffamatur ab episcopo, qui illud in quibusdã iuribus sibi debitorem asserit,iam cum episcopus gladium in manu gestet,scilicet excõmunicatiõis,24.q. 3.c.corripiantur,& timor esse poßit ne illud iniustè excommunicet, rectè iam monasterium implorando
10 *iudicis officium petere potest,ut à diffamatione hac cesset,& iudex episcopo † terminum dabit infra quẽ de iure suo doceat,aliàs eum à diffamatione cessare præcipiet per l.diffamari,et d.c.lator.qui filij sint legi. quæ doctrina & ad alios magistratus iniquè interdum ac importunè officium suum exercentes non incommodè referri potest.Atq; ex iam traditis itidem elegans & consimilis doctrina sumi ac colligi potest:*
11 *ut si quis † diffamatus seu apud superiorem potestatem iniquè ac præter meritum delatus,ac alicuius insimulatus sit, per quod protinus in pœnam incidisse uideri poßit, atq; ideo ad docendam innocentiam seu obedientiam suam,uel ad uidẽdum se declarari,&c.à potestatis illius fiscali,præfecto seu iudice deputato, sub certa pœna citetur.Iam quia illi comparere forsan integrum non est,ac metus subesse poßit ne immeritò damnari queat,quòd poßit is protinus grauamen suũ ac suam innocentiam apud ipsum superiorem in scriptis atq; in modum exceptionis competentis contra iniquam delationem & sine causæ cognitione subsequutã citationẽ declarare atq; opponere, similiter ac petere ut eapropter fiscali suo,&c.super hoc perpetuum silentium imponat,&c. Cuius rei exemplum epistolæ cuiusdam ante multos annos ad Papã à quibusdam Germanis scriptæ ueram copiam subiungere libuit, cùm quòd ad præsentem doctrinam commodè uideatur facere, tum quoq; ut inde constet qua libertate in confeßione fidei etiam ante hæc nostra tempora maiores nostri usi sint.Est autem literarum hic tenor.*

SANCTISSIMO IN CHRISTO PATRI ET DOMINO, Domino Alexandro,diuina prouidentia Pontifici Maximo,post humillima V.S. pedum oscula.

12 *VEnit ad nos beatißime pater, † triste nuncium,quo certiores facti sumus nos à fiscali S. V. ad urbem esse citatos sub pœna duorum miliũ ducatorum: ut in proprijs personis coram auditore Cameræ compariturі, doceamus nos quibusdam literis executorialibus paruisse, & nos Christianos esse,aut quid nam de fide sentiamus:alioquin hæreseos & præfatæ summæ reos esse declarandos.Dolemus nostras personas ad tantam distantiam uocari, quos in patria nostra coram nostris ordinarijs & immediatis iudicibus conueniri potius decuit:quoniam Romanæ linguæ ignari,non chartis sed militari disciplinæ hactenus operam dedimus. Verùm ne omnino famam nostram & V. S. fiscalem contempsisse uideamur, cupimus & speramus has nostras agrestes literas pro nobis,quibus graue & molestum est Romam proficisci,excusationis munus supplere. neq; dubitet S. V. nos esse Christianos,& bene de Christiana religione sentire: quippe qui etiam à parentibus nostris, auis & proauis, cæterisq; maioribus Christianis progeniti,ecclesiæ sacramentis initiati, inter Christianos educati, in fide & doctrina Christiana instituti, non aliter sentimus quam quod à doctißimis præstantißimisq; uiris regularibus & secularibus sacerdotibus edocti sumus & indies edocemur.Coniuncti sumus deniq; familiaritate Christianißimo principi, qui Deũ colit,diuinũ cultũ instaurat,templa & aras exornat,rem diuinam & uerbum DEI diligenter audit, clerum obseruat,ecclesiæ defert,iusticiam amat,tyrannidem cauet, omne uitium odit:qui non solum nõ de adulterio,sed neq; de gestu,uerbo aut uisu impudico notatus est: cuius tanta fides est & integritas,ut nullum prorsus non bene de religione Christiana sentientem, in palatio aut quocunq; ministerio suo toleraret & pateretur. Vt uerò significantius & distinctius,quid de fide sentiamus V. S. constare poßit: Nos humiles & deuoti ecclesiæ filij primùm confitemur & credimus unum esse DEVM patrem & filium & spiritum sanctum:filium incarnatum & passum resurrexisse, fuæq; resurrectionis exemplo omnes homines tandem resurrecturos. Credimus unam esse ecclesiam, & unam primam sedem Romanam: in*
13 *quam † quisquis Catholicus non temerè et corruptis suffragijs, sed iusta electione ritè ascenderit, nec supremam illam dignitatem malis moribus & exemplis infecerit, nec omnibus CHRISTI sanguine redemptis scandala præbuerit, in CHRISTI uerò ac Apostolorum doctrina permanserit: eum es-*
14 *se patrem & iudicem uniuersitatis,ei à cunctis obediendum, cum ligandi † & soluendi habere potestatẽ, claue non errante. Credimus DEVM esse iustum iudicem, æternis ignibus punitururm grauia flagitia, ueluti latrocinia,sacrilegia,superbiam,luxum,uanitatem,abusum patrimonij crucifixi,concubinatum,symoniam,*

moniam, cæteraq; enormia peccata, propter quæ Christiana religio labat, & omnis Christianorum cœtus scandalizatur. Hæc *indubitata fide credimus, & quicquid aliud sancta & uniuersalis ecclesia, quæ genera le cōciliū repræsentat, diffinierit.* Orantes *obnixè & supplicantes, ut* S. V. *fiscalem cōpescat, eiq; silentiū mandet.* Nam *si alienam* † *auaritiam explere possemus, non tamen ideò meliores Christiani utiq; iudicare mur.* Memor *sit* S. V. *consolatorij uerbi* CHRISTI, *cuius uicem gerit in terris, quo ait, Misericordiam uolo, & non sacrificium.* Idem Dominus CHRISTVS *uestram Celsitudinem ad regendum feliciter ecclesiam diu conseruet.* Ex Heidelberga *pridiè* Nonas Iulij, *Anno, &c. incarnationis* 1499. 15

Ioannes de Trotta, eques auratus.
Iohannes Morsaim } armigeri.
Henricus Bock }

Et ut ad rem redeamus, omnia quæ de molestatione suprà dicta sunt, adeò ad præsens negocium faciūt atq; etiam procedunt, ut etiam sola inquietatio † *uerbalis dicatur molestatio, & sic uis turbatiua, ut* Bar. *in d. l. j. ff. uti possi. dicit, si quis diffamat me dicendo quòd tale prædium non est meum sed suum, & quòd teneo indebitè, & propter hāc diffamationē nō possum inuenire colonos & laboratores qui uelint prædiū illud colere, & sic in hoc impediar: dicitur ille facere uim mihi respectu possessionis, &c. fa. l. uim facit, ff.* De ui & ui arm. *per quā idē comprobare uidetur* Paul. de Castr. *cons.* 190. In DEI *nomine antequā ueniā ad dicta dubia, &c.* Et *quòd uerbalis contradictio & inquietatio dicatur molestatio, firmat quoq;* Bar. *in l. si prius, in* 5. *opp. j. partis, ff.* De op. nō. nūc. & Iap. *allegatione* 66. & Anton. de Butr. *in c.* Audita, De resti. spolia. & Spec. *in tit.* De actio. *seu peti.* §. *super petitionibus & actionib. uers. Sed nunquid habeo.* Ioan. And. *in c.* Mandatum, De rescrip. & fa. *quæ idē post* Innoc. & *alios no. in c. suborta, in prin.* De re iudi. & Bal. *in l.* Non ab re. C. *unde ui, & in l. ordinarij, in* 5. *col.* C. De rei uind. & *in disputa.* Accusatus *de ui turbatiua, col.* 17. *ac prosequitur* Alex. de Imo. *d. cons.* 52. *uiso testamento, nu.* 6. *et* 7. *in* 2. *col.* Et *sicut suprà dictū est de uerisimiliter timenti molestari, ita quoq; in eundē modū* † *ad supplicationē partis quæ uerisimiliter se spoliari timet, in* Imperiali *iudicio* Cameræ *contra principes mandata decernuntur, planè ut si pars uerisimiliter timet indebitè grauari & molestari, de quo &* Fely. *in* Rub. De treug. & pac. Sic *uerò & aduersus futuram* † *calumniā tutores, licet pupillū cū illis actione tutelæ agere cōpellere non possint, si quid ei debent, ut cursus usurarū inhibeatur denunciationibus frequenter interpositis ad iudiciū eū prouocare, ac si is rē dissimulatione proferat, actis apud præsidē prouinciæ factis, uoluntatis suæ rationē, quo tā ipsis quàm securitati filiorum suorū consultū sit, declarare possunt: quod & in curatoribus locū habet, l. fin.* C. De usur. pup. Sic *& uel maximè aduersus futurā calumniā, ut* j. *patebit, tertiò publicè edicuntur.* Sic *similiter licet regulariter lite non contestata ad receptionē testium procedendū* † *non sit: fallit id tamē si ratione diffamationis alicui periculū status, famæ aut possessionis incumbat, et futurū esse queat, quæ res protinus ad officiū iudicis expeditur, c. quoniā, in prin. & ibi gl.* Extr. *ut lite non contesta. fa. quæ de petenti instrumentū cancellari post* Anton. de Butr. *tradunt* Canonistæ *in c.* Ex literis, De probatio. Quæ *res adeò procedit, ut etiā reus, sicut dictū est, qui exceptionē* † *habet, si actor agere differat, fortè ut moriantur testes, qui exceptionem probare possint, possit ipsum ad iudiciū prouocare, implorādo iudicis officiū, & petendo declarari sibi exceptionē cōpetere, & illi imponi silentiū super actione; & sic nō solū petere examinari testes ad perpetuā rei memoriā, l.* Si contendat. & *ibi* Bar. Paul. Castren. & DD. *ff.* De fideiuss. *in qua l. licet* Ioan. de Imo. *uariare uideatur & aliqua obijci possint, uerior tamen ac cōmunior sententia in contrariū est, ut per* Bar. *in d. l. fin.* C. De usur. pup. Aret. Instit. De excep. *in* Rub. *col.* 17. *uers.* Et *est aduertēdum, & col.* 25. *uers. quarto aduertendum,* Abb. *in d. c. si quis contra clericum, in j. nota.* De for. com pe. *per d. l. si cōtendat, & ibi gl. & c. j.* De iureiuran. & Felyn. *in c.* In præsentia, *col. fin.* De proba. & *in c.* Sin autem, *col. fin. & c. olim, ad fin.* 5. *col.* De rescrip. *unde quoq;* Socy. *cons.* 94. *col.* 2. & 3. *uol.* 3. *inter l. diffamari, &* † *l. si contendat, hoc solū discrimen inesse dicit, quòd in terminis huius actor cogatur agere statim, aliàs iudiciū super exceptione procedere & imponi silentiū: in condictione uerò l.* Diffamari *cogatur actor in constituto termino agere, quo elapso demū imponi silētiū: quod quidē quo ad cōstitutionē temporis uerū, aliàs uerò inter ius certū ac apertum, sicut id in actore, d. l. si contendat, præsupponit & diffamationem, quæ incerta interdū, malitiosa ac uana esse solet, de qua in l. nostra tractatur, non exigua quoq; differentia apparet. Itaq; tutus exceptione contra se potest impetrare à iudice quòd creditori suo imponatur silentium super illo debito, in quo exceptione tutus est, ut dicit* Bar. *in l. si pater, per illū tex.* C. *qui bon.* 16 17 18 19 20 21

c ced.

ced. poss. per l. Aurelius, §. Centum, ubi & glo. est notab. ff. De liber. lega. & d. l. si contendat: & dicit ex d. l. si pater, clarè apparere, quòd quis potest implorare officium iudicis ne fiat sibi molestia uel inquietatio, & sic alteri imponatur silentium: quod bene notandum monet. Idem prosequitur in d. l. si societatem, §. arbitrorum, ff. pro soc. & cæteris præall. ll. Quæ omnia ex bono & æquo ac iisdem omnino rationibus à quibus l. nostra pendet, de quibus ī. cap. ult. procedere clarum est, ut lites amputentur, & quis de
22 rebus suis certus sit, ac quòd præuidere quis debeat † quod contingere potest: arg. l. si quis domum, §. j. ff. loca. & omnino futura præcauenda sunt, 23. distin. In nomine Domini, & dist. 63. Cum Adrianus & c. conuenientibus, circa princ. j. q. 7. gl. in c. j. in uerbo præcaueri, Extr. De ser. non ordin. atq; melius sit, ut elegāter, ibi Hostien. & Ioan. Andr. ante tempus occurrere, quàm post causam uulneratum remediū quæ-
23 rere, per. l. j. C. quan. lic. uni. sine iudi. se uind. Sic licet fideiussor † habeat exceptionem ut non conueniatur in totum, sed ut fiat diuisio inter alios fideiussores, ut quilibet teneatur pro parte sua si sunt omnes soluendo, §. si plures, Instit. De fideiusso. tamen de iure prospectum est, ut unus ex fideiussoribus possit si uelit, antequam conueniatur implorare officium iudicis, ut fiat illa diuisio, & pro reliqua parte imponatur silentium creditori: sicut Abb. in d. c. si quis contra clericum, circa princ. De foro comp. per tex. & gl. in d. l. si
24 contendat, & d. §. centum. Sic emptori de iure communi, † si sint qui illum iniustè emisse diffament, uti ab eo qui ius non habuit prospectum est, ut etiam inuito uenditore à iudice petere possit, illis omnibus ius suum diffamantibus terminum statui intra quem compareant, & de iure suo doceant, quo elapso eos ulterius non audiendos: ut comprobat & asserit Rom. d. cons. 53. uiso themate.

Vnde similiter etiam ex suprà dictis rationibus constat, ut scilicet malitiis hominum obuietur, & quilibet sibi rebusq; suis melius ac certius prospiciat, neq; in incerto dominia rerum maneant, & lites quantum
25 fieri potest diminuantur, † præcidantur, earumq; finis sit: quod omnino iudicem efficere, maximè ad ipsius spectat officium, l. properandum, C. De iudic. l. Quidam, ff. si cert peta. §. Demum, & §. si tibi quoque, Auth. De manda. princ. c. finem, & c. uenerabilis, Extr. De dol. & contuma. d. c. conquerente. ubi glo. notab. in uerb. specificantes, Ext. De off. ordinar. iudici plenam potestatem concessam ex caussa certum tempus alicui ad accusandum aut agendum statuendi, eoq; elapso sibi postea iurisdictionem denegandi, ut hac l. nostra. Vbi licet Accursius hoc ipsum aliquot ll. ac ex iure ciuili deductis exemplis clarè comprobet, ta-
26 men & alia plura eius rei illustria & conuenientia testimonia ac exempla † similia, ex utroq; iure, hic similiter depromere, quibus amplitudo simul & difficultas l. nostræ illustrior ac perspicacior reddi, & eius præstans conditio ac uerus & legitimus in foro usus, latè in uarias ac omnes actionum partes facilius patere ac existere possit, dignum fortè ac operæpretium fuerit. Primùm igitur regulariter contumacia eorū
27 qui ius dicenti † non obtemperat, litis damno coercetur, l. Contumacia, ff. De re iudica. Iudex itaq; ei qui decreto ipsius non obtemperat, iurisdictionem suam denegare potest, l. sed & si per prætorem, §. sed & si dum, ff. Ex quib. caus. maior. ubi notab. gl. in uerb. decreto dictam l. Contumacia, amplians, exemplum dat, ut si iudex statueret tempus alicui, intra quod de iure suo proponeret: is autem id neglexerit, uel iudex decreuerit ut rem aduersario restituat, quod similiter non fecit, quòd possit postea iudex denegare ei iurisdictionem suam, ut cum non adeat in aliqua caussa: & sic d. l. Contumacia intelligi posse. quam licet ibid. Bal. singularem referat ad hoc, quòd cōtumaci in una caussa possit iudex denegare audientiā in altera, idipsum tamen uerum limitat, si inter easdem personas iudex decernat: & quòd contumax in uno actu, debeat citari ad alios, &c. de quo ī. de cita. latius. In hunc modum si hæres cui ex lege portio legitima debetur, li-
28 cet in plus scriptus sit hæres, si tamen decreto † iudicis admonitus annum totum protraxerit, non implere quod dispositum est, ultra legitimam omni cætero commodo priuandus, nec ulterius audiendus uenit, §.
29 si quis autem non implens, Auth. De hæred. & Falci. Ita si quibusdā absentibus † præsentes petant, cum præsenti die relictum sit fideicommissum, caussa cognita statuendum est: explorabitq; iudex, & statuet absentibus tempus, intra quod ueniant & petant si uoluerint: & si non uenerint non admittentur post, eisq; iurisdictio à iudice denegabitur, l. si tamen quibusdam, & ibi glo. in uerb. causa cognita, De lega. 2. Sic si
30 hæres † institutus conditionem potestatiuam & cui facilè parere posset, protrahat, ueluti si seruum quem in potestate habet, manumiserit, nec manumittat, ei ad hoc per iudicem terminus statuetur, post quem ulterius non audiendus erit, l. si quis instituatur, §. j. ff. De hære. instit. Potest siquidem iudex hæredi sub conditione potestatiua instituto ad postulationem creditorum tempus intra quod conditionem impleat & adeat, certum statuere, quo neglecto non amplius audietur, & hæreditate priuabitur, l. si seruus, & ibi
31 Bar. ff. De bon. author. iud. possid. Similiter pendente conditione casuali † iudex statuet terminum, intra quem si non petatur bonorum possessio, uel hæreditas adeatur, amplius hæres institutus non admittetur, & creditores in possessionem mittentur, & curator bonis constituetur, d. l. si quis instituatur, §. Item

si

si conditioni, & ibi Bar. *Sic quoq; quando restitutio aduersus † aditionem hæreditatis petitur, omnes* 32
creditores sunt citandi: qui si intra constitutum tempus non compareant, restitutio conceditur, & curator
hæreditati datur, Auth. *Si omnes, & ibi* Salyc. C. *Si minor ab hære. se abstin.* Itidem *uerò si nullus uo-*
luntarius curator inueniri potest, ne bona dißipentur, atq; ita ex magna neceßitate & Imperatoris *arbi-*
trio si procedat, inuitus curator † creari potest: eiq; si se excusatione coram iudice tueri uelit, neminem 33
inuitum bonorum curatorem fieri cogendum, dicta ex ratione iurisdictio denegari potest, l. 2. §. quæritur,
ff. De *cura. bon. dan.* Eadem *ratione si legatario † optionis terminus à iudice, ad petitionem hæredis, qui* 34
alioquin durante electione de familia disponere non potest, ad eligendum statutus fuerit, isq; intra hunc
eligere superſederit: postmodum ad electionem re non integra non admittetur, l. Mancipiorum, *ubi* Bar.
ff. De *optio. lega.* *Sic si tibi electio serui, & mihi reliqui legati sint, decernendum est à prætore, & cer-*
tum optioni constituendum tempus: intra quod nisi optaueris, petitio ulterius tibi denegabitur, & decæte-
rò mei fient omnes, l. si tibi, cum glo. ff. De *optio. lega. Sicut si hæres † cui data est optio in legato alterna-* 35
tiuo, tempore debito, scilicet tempore recitati testamenti non optauerit, amplius optare non poterit, &
optio ad legatarium transfertur, l. statu liberum, §. Stichum aut Pamphilum, *ff.* De *lega. 2. qui tex. commu-*
niter etiam à DD. *ad casum l. nostræ allegari solet.* Eodem *modo iudex ad postulationem emptoris † hæ-* 36
reditatis, ut is cui serui optio legata sit optet, cogere legatarium, ac sic ei certum terminum intra quem
optet, aut in posterum non admittatur, præfigere debet, quemadmodum si hæres institutus id postularet,
l. si optio, §. fin. ff. De *optio. lega. idq; ex ratione, quam ibi glo. in uerb. hæreditatis, subiungit: quoniam*
emptoris non minus quàm hæredis si non uendidisset, interest, optionem non semper impedire dispositio-
nem seruorum, arg. l. uno. eod. atq; eapropter Bar. *in d. l.* Mancipiorum, *in fin. quærit, ad cuius petitionem*
eiusmodi officium iudicis exerceri poßit? & respondet, ad petitionem hæredis, d. l. Mancipiorum. *item al-*
terius legatarij, d. l. si tibi. item emptoris hæreditatis uel alterius cuius interest, d. l. Si *optio, §. fin.* Econ-
trà autem si cui liberatio ad tempus relicta fuerit, à iudice petere potest, ut interim hæredi silentium impo-
natur, l. Aurelius, *§.* Centum, *ubi glo. &* Bar. *ff.* De *libera. lega.* Eadem *uerò ratione, si infra annum à die*
monitionis † non fit executio testamenti per debentem exequi, deuoluitur executio ad episcopum, c. Nos 37
quidem, Ex̃. De *testam. l.* Nulli, C. De *episc. & cleric. fa.* Auth. *Amplius,* C. De *fideicom. & §. si quis ædifica-*
tionem, Auth. De *ecclesiast. tit. pulchrè* Abb. *cons. 59. uiso. col. ult. in 3. dub. in j. lib. latè* Felyn. *in c. si quis*
contra clericum, in 2. col. uers. quod episcopus, Extr. De *foro compe.* Quod *uerum nisi testator dixisset,* Re-
linquo Titium *executorem meum, et uolo quòd exequatur infra annum, aliàs uolo quòd exequatur* Seius:
eo siquidem casu si primus non est executus, executio non ad episcopum, sed Seium *subrogatum spectabit:*
cum legis prouisionem testatoris prouisio cessare faciat, ut sing. Bal. *per illum tex. in l. si fundum sub con-*
ditione, §. Stichum, De *lega. j. ubi dicit hoc memoria dignum ad cauendum, ne executio testamenti ad epi-*
scopum deuoluatur. quod pro singulari cautela commendat Cæpoll. *caut. 209. quia legimus, ubi hoc*
ipsum copiosè deducit. Simili *modo si ij ad quos † electio prælati cathedralis uel regularis ecclesiæ in-* 38
fra tempus constitutum eligere negligant, electione priuantur, eaq; ad proximum superiorem deuoluitur,
c. Ne *pro defectu, & c.* Cum *in ueteri, in princ.* Extr. De *electio.* Idem *si præbendas uel officia in aliqua*
ecclesia uacare † contigerit, non diu maneant in suspenso, sed infra sex menses conferantur: quibus elapsis 39
de episcopo ad capitulum, & econtrà, demum ad proximum superiorem deuoluitur collatio, c. 2. ad fin.
De *concessio. præbendo, &c. Sic contra confirmationem † alterius se opponẽs, si apparet nominatim uo-* 40
candus, aliàs generaliter in ecclesia citatio facienda, ut si qui sint qui se uelint opponere compareant, aßi-
gnato peremptorio termino competenti: & ita confirmatio semper facienda, aliàs non tenet: ita uerò facta
ualet, nec postea opponere uolens auditur. tex. est & ibi per DD. *in c. fin.* De *electio. lib. 6. quod ipsum ex-*
tenditur etiam quando aliquis præsentatur in iure patronatus, quia debet fieri similis citatio per edictum,
ut no. glo. j. & fin. in d. c. fin. sicut & hodie in eiusmodi præsentationibus seruari solet. Sic *autẽ & de ma-*
trimonio statuitur. omnino enim iudex terminum præfigere potest † ad accusationem matrimonij, c. licet, 41
ubi glo. in uerb. trium mensium, De *proba. id quod nõ solum in ecclesia publicè fieri, more, prout dicetur,*
consueto: uerùm & antè ea de re contra diffamantem ex l. diffamari experiri potest. si enim quis puellam
iam desponsatam habeat, uel illam sibi desponsari cupiat, uerum sit qui ipsum uel ipsam alteri fidem suam
dedisse uel errore uel malignitate dicat, quia matrimonium per hoc facilè impediri potest, eius maximè
interest ne sic diuulgetur: & omnino statuendum † honestiori modo, antequam publicè in templo futurũ 42
matrimonium enuncietur, si de eius diffamatione uel certò constet, uel euidens suspicio esse poßit, prius de
eo ex l. nostra experiri debere: cum alioquin communiter & bona ratione statutum sit, ut cum matrimo-
nia fuerint contrahenda in ecclesijs, per presbyteros † publicè proponantur competẽti termino præfini- 43

to,ut infra illum qui uoluerit & ualuerit legitimum impedimentum opponat, postmodum non audiatur. Hæc siquidem solennitas si omitteretur,matrimonium diceretur clandestinum,text.est & ibi per Cano.in c.Cum inhibitio,Extr.De clandest.desponsa.& in c.Cum in tua,Extr.qui matrim.accusa.poss unde et hodie à ministris uerbi ritè & legitimè seruatur, ut per tres hebdomadas singulis diebus dominicis quodq; matrimonium publicè enuncient hac comminatione,ut si quis sit qui illud accusare possit, id breui ac constituto in tempore faciat,aut porrò taceat,sicut & post statutum tempus ad accusationem matrimonij nullus admittendus:siquidem & si certus terminus præfixus non sit, infra modicum tempus uenire debet, ut Innoc.in d.c.Cum in tua: nec enim postmodum audietur.quod hodie apud nos maximè locum habet, cum
44 post tertiam † publicam enunciationem statim matrimonium perfici, & nuptiæ celebrari soleant: unde distinctione quam facit Innoc.in d.c.Cum in tua,opus sic non erit.ubi putat aliquem ulterius accusare non posse,quando post contractum matrimonium & post terminum transactum accusare uelit: aliud autem esse matrimonio necdum contracto,licet termino elapso,maximè si non cum comminatione ut ultra terminum non audiatur,lata sit sententia,arg.d.l.Mancipiorum,& d.l.si optio,§.ult.ff.De optio.lega.post contractum autem non debere audiri,d.c.Cum in tua,& c.lator.Extr.qui filij sint legi.l.si eo, C.De remissio. pig.d.Auth.Si omnes,C.Si minor ab hæred.se abstin. similiter si sententia lata ut in posterum contra illud
45 matrimonium nullus audiatur:ubi dicit hanc sententiam necessariam,& ad hoc prodesse,ut etiamsi † matrimonium non sequatur,tamen post sententiam neminem audiendum,de quo j.cap.8.copiosius.Hæc etenim Innocentij distinctio locum sibi uindicare potest,cum iudicialiter de diffamatione matrimonij agitur, ut diffamanti silentium imponatur,&c. Verùm ubi statim post trinam publicam enunciationem matrimonium in facie ecclesiæ contrahitur, ibi res planè liquida est, & simpliciter ac indistinctè accusator nullus ulterius admittitur. Atq; cum singulæ enunciationes in publico,maximè prima & secunda, cum comminatione,ut quis intra constitutum terminum accuset,aut deinceps taceat,fieri soleant:etiam indistinctè quem post trinam enunciationem licet necdum contracto matrimonio,admittendum non putarim,arg.l.nostræ, cum sim.s.all.& per iam relatam Innocentij opinionem: nisi denunciationem probabiliter ignorarit, uel iuret de nouo didicisse,& quòd malitiosè non obijciat,d. c. Cum in tua.quod ipsum tamen in alijs accusationibus grauioribus extra diffamationem intelligendum,de qua suprà dictum,item tum locum habere limitandum quoque ubi nullus præcesserat accusator: quia si præcessisset, etiamsi legitimè absens & ignorans superueniret,non tamen audiendum,per no.in c.Cum dilectus,Extr.De electio.& no. Innoc. in d. c. Cum in tua. Constituto igitur termino ad accusandum matrimonium,ut iam dictum, elapso, ulterius quis non audiendus,d.c.Cum inhibitio,& d.c.Cum in tua,cum sim.ut j.suo loco deducetur. Sic similiter ni-
46 si honesta persona † & grauis fuerit, quæ contra matrimonium denunciat, à denunciatione repellitur, arg.c.Cum in tua,Extr.De sponsal.unde argumentum hodie sumi potest, contra leuioris farinæ homines, qui propter munuscula hinc inde data ac accepta,mox matrimonium initum publicè asserere ac præsumere audent,atq; adeò aliud legitimum matrimonium sæpius diffamare,impedire,ac si aliquo modo fieri posset,dissoluere non uerentur:qua re licet nihil stultius sit, uidemus tamen interdum ea sæpe iudices imperi-
47 tos moueri,sicut hodie in multis locis † ferè causæ matrimoniales hominibus ignaris planè ac idiotis dijudicandæ committi solent:quod tamen impiè fit, ubi ubi id fiat,cum ea res etiam animæ periculum contin-
48 gat. Ita uerò & matrimonium accusare uolens propter turpem quæstum,† uel tantum ut noceat, non audiendus,& illi perpetuum imponendum silentium est,c.significante,Extr. qui matrim. accus. poss. ubi ex glo.in uerb.repellentes,generaliter notandum, quòd propter turpem quæstum accusatori iudex denegabit iurisdictionem,c.prohibentur,2.q.j. Sic & accusatori ut indigno silentium imponitur,prout Ho
49 stien.in c.ueniens,De accusa. Is item qui semel calumniosè contra † aliquem processit, contra eundem amplius non auditur, d.c. ueniens, Extr. De accusa.quia præsumitur postea quòd malo animo moueatur: unde ulterius audiendus non est,arg.c.placuit,3.q.10. Ita calumniosè denuncians non solùm non audi-
50 tur,sed & † de calumnia punitur,c.2.Extr.De calumnia. Quemadmodum & is qui crimen publicum instituere properat,si post satisdationem præsens non fuerit, edicto admonendus, ut ad causam agendam ueniat:& si intra terminum non compareat,non solùm amplius non auditur, sed & extra ordinem puni-
51 endus,& aduersario in expensis legitimis condénandus uenit,l.3.C.qui accus.non poss.& fi.† c. Epiphanium,5.q.ult.& c.quisquis,4.q.5.Eandem siquidem pœnam delator ferre debet,si citatus ad edictum nō respōderit,qua teneretur si caussam nō probasset, l.Senatus,§.Diuus,ff.De iure fisci. Sic si tribus edictis à præfecto ærario adesse delator iussus,uenire noluerit,secundū possessorem pronunciandū:sed ab eo qui ita adesse iussus,respōdente possessore, non adfuerit, tantū exigendū quātum apud ærariū ex ea causa quā detulerat,remaneret,si possessionē eā impleßet,d.l.Senatus,§.q. si tribus edictis,fi.l.Arrianus,ff.eod.

Ita

Ita episcopo † accusato similiter accusare uolenti, à primatib. prouinciæ ad comparendum & agendum terminus statuitur: quem ex ijs qui sine necessaria caussa neglexerit, excõmunicatione punitur. Et ita *notandum, quòd interdum accusare uolens, & intra statutum tempus non comparens, non solum non auditur, sed & punitur. unde uel maximè æquitas l. diffamari cum & ea in criminalibus locum habeat, fundari uidetur: sicut & aliàs termini aßignati neglectio grauiorem † sæpè pœnam meretur atq; importat.* 52 53
Sic si seruus assertus legitimè citatus per annum non comparebat, eius domino qui litem ei intulerat, sine ulla dubitatione aßignabatur, † l. j. §. fin. C. *De asser. toll. quod ipsum & quæ hinc inde de seruis in iure utilia ac æquitati naturali conuenientia extant, ad eos rusticos ac subditos, quos homines uocamus proprios,* Leibaigen leuth *(quam nouam in Germania seruitutis speciem, hodie frequenter ac tam dominos* Ecclesiasticos *quàm* Seculares *palàm inducere ac inter subditos suos constituere uidemus: si modò ea seruilis conditionis constitutio diuino ac naturali iure defendi & tueri queat) non incommoda ratione referri adplicariq; possunt.* Ita *uerò & si quis tenens prædium tributarium se absentat, uel illud deseruit, citari potest per edictum: & si non comparet infra sex menses, priuatur prædio, & alij locari potest, tex. est & ibi* Luc. *de penn. in l. locorum,* C. *De omni agro deser. lib.* 11. *Sic ad diem commeatus si quis non ueniebat, perinde in eum statuebatur ac si emansisset uel deseruisset, pro numero temporis, caussa tamen cognita, l. 3. §. si ad diem, ff.* De *re mili.* Sic *& actore absente † & reo præsente, proceditur ad petitionem rei in caussa post legitimas citationes, etiam lite non contestata: & intra anni spacium non comparens, ulterius nisi refusis expensis non auditur: quibus præstitis si denuò legitimè citatus non comparet, omni cadit actione, atq; contumacia pœnam exigit,* Auth. *qui semel, & ibi* Bal *&* Salyc. C. *quomodo & quan. iudex.* Sic *si exceptio infra terminum à iudice constitutum † minus proponatur, non solùm perditur, sed & in libra auri puniendus qui exceptionem dilatoriam post litis ingreßum proponit, c. pastoralis, ubi glo. in uerb. nullatenus, per illum tex. & l si quis aduocatus,* C. *De excep.* Extr. *eod.* Ita *& creditor † qui confessus est sibi satisfactum & solutum à debitore, nisi intra 30. dies exceptionem non solutæ pecuniæ proposuerit, ultrà non poterit, l.* In *contractibus, in princ. & §. j. & ibi* Cyn. Bar. *&* DD. C. De *non num. pec.* Eadem *ratione & in dote † confessata, sicut frequenter fit, cuius exceptio est intra annum, si intra biennium soluatur matrimonium, si autem ultra biennium & ad 10. usq; annum duret, intra 3. menses admittitur: uerùm si ultra decennium transcurrerit matrimonium, tunc ulterius eiusmodi exceptio non admittitur, nisi uir esset minor: quo casu restituitur, ut probatur per l. fin. cum* Auth. *quod locum,* C. De *dote cauta non numera. & ibi per* DD. *quod bene notandum.* Sic *quando quis dat † mercatori pecunias ad partem lucri & damni, si pacisc atur quòd de casu contingente ex quo insurgit damnum, infra certum tempus probare debeat; si id constituto tempore mercator non deduxerit, amplius non audietur. tex. sing. ubi per* DD. *eiusmodi cautela traditur, in l. 2.* C. De *naufrag. lib.* 11. 54 55 56 57 58 59

Aliàs *autem communiter † & regulariter accusatori à iudice terminus ad accusandum sicut & agendum, intra quem in iudicio compareat & accuset, constitui, & si minus intra constitutum tempus comparuerit, illi in posterum iurisdictio denegari, ac perpetuum super accusatione silentium imponi potest, l. ob commissa, & ibi glo.* C. Ad *l. Iul. de adul. l.* Titia *ubi* Bar. *ff.* De *accusa. l. Si ea,* C. *qui accusa. non poss.* Bar. *in l.* Papinianus, *§. si quis post rem, ff.* De *inoff. testam. & d. l. Si ea, & in l. 2. ff.* De *re iudica. & in l. 2.* C. De *eden. & in l.* Edita, *in 3. col. eod. tit & in l.* De *die, ff. qui satisda. cogan. fa. c. licet, cum glo. super uerb. trium mensium,* Extr. De *proba. & c. Cum in tua, ubi glo. in uerb. repellendus,* Extr. *qui matrim. acc. poss.* Idem *esse uult, ut etiam in simili à testimonio quis repellatur per c. Cum inhibitio,* De *clandest. despon. cum sim. fa. bene c accepimus, & ibi glo. in uerb. ulterius arguendi,* Extr. De *fide instrum.* Ita *omnino occultus † infamator uel errorem suum apertè confiteri, uel infamationem suam agendo uel accusando publicè docere cogendus, c. quidam,* 5. *q. j.* Sic *uiro excusanti moram ob publicas functiones non institutæ actionis de adulterio, integra accusandi potestas concessa est, ad quam properare debet, ne effrenata licentia ad terrendam aduersariam futuræ accusationis speciem prætendat, d. l. ob commissa. ubi glo. subiungit, † quòd aliàs ei terminus statuetur, ultra quem non audietur, ne semper iactet se accusaturum eam.* 60 61 62
Eodem *modo testamentum † alicuius falsum arguere minans, si solennia accusationis intra tempus à iudice definitum non impleat, iudex ad hoc pronunciabit, non posse illum amplius de falso testamento dicere: quæ sententia nisi ab ea legitimè appellatum fuerit, in rem iudicatam transit, d. l.* Titia. Similiter *redarguere uolenti priuilegium † uel instrumentum de falso, iudex ad hoc certum statuit terminum, intra quem si hoc minus egerit, pronunciabit hoc ulterius eum arguere non posse, illiq; perpetuum imponet silentium, d. c. accepimus,* 63 64

accepimus, & c. contingit, Extr. de fide instrum. glo. in d. c. quisquis, 4. q. 5. in uerb. accusator. Si enim po-
test iudex statuere terminum ipsi actori ad agendum, quo elapso decæterò non audiatur, l. diffamari, cum
sim. eadem ratione potest denegare alicui audientiam super aliquo instrumento, ut notabiliter decidit
Bar. in l. 2. in j. lectur. uers. Sed circa hoc quæro, ibi, si enim iudex, C. De eden. Ita quoque si quis
65 accusationem infra certum tempus à iudice statutum † non prosequatur, uelut renuncians amplius non
auditur. d. l. Si ea. ubi licet gloss. & Salyc. ad accusationem iam propositam prosequendam arbitrentur
terminum iudicis arbitrio committendum, si fiat præsenti: aliàs tempus absenti à iudice præfigendum es-
se ordinarium, l. qui crimen, C. qui accusa. non poss. tamen & hoc per iudicem abbreuiari posse no. DD.
in d. Auth. qui semel, C. quom. & quan. iudex. Sic licet proferens se aliquem coram iudice accusatu-
66 rum, ante inscriptionem poßit sine pœna desistere & non accusare: tamen ei desistenti silentium † per-
petuum imponitur, etiamsi nondum incœperit, c. licet in beato Petro, & ibi Abb. Extr. De accusa. per
quem tex. etiam ibi Abb. notabiliter inducit, quòd desistens ab accusatione non poßit amplius de illo cri-
mine accusare reum: imò quòd non solum accusans & desistens repellatur, sed etiam ille qui dixit se accu-
saturum coram iudice, &c. & hoc notandum admonet eo quòd nemo istum textum ad hoc alleget: licet
Bar. in simili faciat festum in l. Miles, §. socer, ff. De adul. uerùm illum tex. capituli idipsum longè me-
67 lius probare. Sic uerò & de certo † crimine absolutus de eodem iterum accusari non potest, c. De
his, Extr. De accusa. Et in hunc etiam modum cum finis instantiæ intra biennium in criminalibus, & cau-
sis ciuilibus triennium sit constitutus, l. j. C. ut intra cert. temp. eleganter Dn. Alcia. ait, uulgares la-
68 trunculatores † bis errare, qui dum reum conuincere nequeunt, cum rebus sic stantibus absoluunt, ut
quandocunque uel minima coniectura ducti, rursus in carcerem trudant: elapso siquidem biennio in-
quietari amplius non posse, & cum accusatori statutus sit terminus probationum recipiendarum cau-
sa, si probatum non sit, diffinitiuè reum absoluendum, non autem noua ac uulgari ea qua dictum
est forma.
69 Is etiam qui iurauit † se non accusaturum aliquem, amplius contra illum à iudice audiendus non est,
d. c. ueniens, Extr. De accusa. c. quemadmodum, De iureiuran. sicut & is qui simpliciter remisit accu-
sationem, c. si illic, 13. quæstione 4. & c. diuina, dist. 4. De penu glo. in d. c. ueniens, in uerb. silen-
tium. Et eo ipso quòd quis dixit se nolle accusare aliquem amplius, contra eundem non auditur, l. si ma-
ritus, 2. §. si negauerit, ff. De adulter. Ita quoque generali abolitione à principe concessa finita, ni
70 intra † triginta dies accusatio renouetur repetaturq́;, persequi crimina uolens ulterius audiendus non
est, l. j. C. De gener. aboli. quod idem, & si legitima est abolitio, statuendum, l. libellorum, §. fin. ff. De
accusa. glo. in d. l. j. in uerb. statutum. Et quòd accusator intra terminum illi ad accusandum à iudi-
ce statutum non comparens, dehinc de illo crimine non auditur, d. c. licet, De accusa. & d. l. 3. C. qui
71 accus. non poss. cum sim. Idem etiam dicendum ubi de crimine etiam † ciuiliter agitur, gloss. in c. quis-
quis, 4. quæstione 5. in uerb. accusator, uers. idem fortè, per l. 2. §. senatus, ff. De iure fisci. ubi gloss.
in uerb. tribus, notabiliter dicit ter citatum pro confesso haberi, arg. l. senatus, §. senatus, & l. Arria-
nus, ff. eod. quod & in alijs caußis ciuilibus procedere clarum est, ut per Bar. in l. Papinianus, §. si quis
post rem, ff. De inoff. testam. Et ut ad alia quoque exempla l. nostræ transeamus. Sic credito-
72 res programmate † admoniti, si intra tempus à iudice statutum ius suum non exequantur, amplius eis iu-
risdictio à iudice non tribuitur, & obligationem pignoris amisisse uidentur, l. si eo tempore, ubi Bal. &
DD. C. De remiß. pignor. Arbitratur tamen Ang. in d. Rub. De excep. quando certo creditori in specie ter-
minus aßignari potest, tunc programmata eius efficaciæ non esse, clem. j. De iud. bon. tex. in l. si pater,
& ibi Bar. Bal. & Salyc. C. qui bon. ced. poss. Sed in alijs creditoribus incertis habere locum, & con-
tra eos fieri posse proclamationes publicas, ut intra certum tempus habeant agere, aliàs non audiantur.
Verùm Bar. in d. l. si eo tempore, & alij contrà. de quo j̄. cap. 6. ubi de citatione per edictum uel procla-
ma dicetur, copiosius. Ita uerò si minor adiuit hæreditatem, & postea per in integrum restitutionem
uult se abstinere & illam repudiare, citantur omnes creditores incerti per proclama cum termino trium
mensium, quo elapso non audiuntur ulterius. tex. est in Auth. Si omnes, ubi Bal. in j. col. uers. tertiò quæ-
73 ro, C. Si minor se ab hære. abstin. Sic & iudex aduersarijs pupillis quæstionem status mouentibus †
certum tempus constituit, intra quod necessariò agant, alioquin deinceps ijsdem iurisdictionem denegan-
dam, l. 3. §. Duæ, ubi glo. in uerb. experiri, ff. De Carbon. edi. ubi D. Hadriani rescriptum extat: Quòd
in tempus pubertatis res differri solet, pupillorum caussa fit, ne de statu periclitentur antequam se
tueri poßint. Cæterùm si pupilli qui controuersiam status patiuntur, idoneos habeant à quibus
defendantur,

defendantur, & tam expeditam caussam ut ipsorum intersit, maturè de ea cognitione iudicari, & tutores
eorum iudicio experiri uolunt: non debet aduersus pupillos obseruari, quod pro ipsis excogitatum est,
& pendere status eorum, quum iam possit indubitatus esse. unde d. glo. ad casum nostrum infert, ad cer-
tum tempus agere cogi aduersarios, &c. Sic iudex potest statuere terminum reo † contra quem 74
est facta missio in reali ut ueniat super proprietate. licet enim ita missus in possessionem præscribere pos-
sit proprietatem, postquam post annum efficitur uerus possessor, si per decem annos inter præsentes, &
per 20. inter absentes non uenit reus super proprietate, ut no. glo. in l. 2. C. ubi in rem actio, & ibi Bar.
quem adprobat Abba. post Anton. de Butr. in c. fin. §. quod si super. ut lite non contesta. potest ta-
men is à iudice petere ut loco secundi decreti assignet terminum reo contumaci ad agendum super pro-
prietate, post quem amplius non audiatur, & sic intelligitur l. A quo fundus, ff. De dam. infect. ubi
Bar. & in l. Consentaneum, C. quom. & quan. iudex, & not. Abb. in d. §. quod si super. Ita in diffa-
matione status liberta † pro asserenda libertate filiorum ex feitatorum rectè contra manumissorem 75
suum qui liberos suos, seruos suos dicebat, à iudice petijt, ut certo constituto termino id probaret, uel ei
super ea diffamatione perpetuum indiceretur silentium, c. uno, Extr. De nat. ex lib. uen. ubi obiter
notandum, quòd si cui status quæstio illata fuit, caussam eam etiam post obitum eius propter emolumen
tum successionis durare, cuius igitur interest eam decidi, apud competentem iudicem id efficiet, l. quãuis,
& tot. tit. C. Ne de statu defunct. post quinq. quæra. Ita quoque licet is qui se legitimum asserit, de
hoc pronunciari petere non possit, nisi primò eius aduersarius cuius interest agat uel excipiat, aut aliàs
petat eum pronunciari illegitimum, ut cum agitur de bonis uel dignitatibus, & quæstio illegitimita-
tis incidit, argumen. l. Circa eum, ff. De probat. & ita loquitur c. lator. c. causam, & c. perue-
nit, Extr. qui filij sint legi. & c. Tuam, De ordina. cognit. tamen † si iusta caussa subsit, ut si quis ha- 76
betur legitimus, & aliqui eum de illegitimitate diffament, & hunc contra diffamatores agere posse, re-
ctè concludit Innocen. idq; iuxta naturam ac proprietatem l. nostræ, in c. Causa quæ, Extr. qui filij sint
legi. uerùm hoc casu, licet ibi diuersa uideri queat Innocentij sententia, non poterit petere contra diffa-
matores nisi ut cessent ab eius diffamatione, nec admittetur quòd pronuncietur legitimus iuxta tenorem
l. nostræ, neq; per eam sententiam, qua certis perpetuum imponitur silentium ignorantibus præiudica-
tur, ut Innocen. in d. c. Causa quæ, in uers. Sed quæ res si uno petente. & hoc casu, sicut hic, ut di-
ctum suprà, in alijs omnibus necesse est, quòd præcedat diffamatio, cum alios infra certum tempus agere
compellat, &c. aliàs si directè agatur, quemlibet petere posse pronunciari se legitimum etiam nulla
præcedente diffamatione, & se canonicè institutum, uult Innocen. in c. j. Extr. De confir. uti. uel in-
uti. per c. per tuas, quæ filij sint legit. & c. Ex insinuatione, De procura. Et ei qui se assecurare uult
super sua legitimatione, nec aduersarium habet, Innocen. in d. c. Causa quæ secundum tenorem, c. si-
gnificaret, De testi. procedendum consulit. Hodie ad probandam † legitimitatem solent eius rei à ma- 77
gistratibus loci originis testimonia peti ac accipi, quæ eius rei ubiq; locorum meritò plenam faciunt fi-
dem, quæ ut aperta, ita facilis quoq; ad legitimitatem probandam ratio est. Ac facilius quis dicens se
pronunciari legitimum, quàm aduersarius contrà petens admittitur: quòd hoc odiosum, illud fauora-
bile, ut dicit Innocen. in d. c. Caussa quæ. & quòd præsumptio est pro matrimonio, argum. c. illud, De
præsump. Sic itaq; iudex ecclesiasticus, ad quem causa spiritualis incidens est delata, potest terminum
peremptorium præfigere opponenti † execeptionem quæstionis natiuitatis petenti hæreditatem, infra 78
quem teneatur eam probare, aut illum amplius non audiendum: quod facere debet iudex ubi uehementer
præsumitur de calumnia excipientis, & dictum hoc est notabile, quod alibi non ita bene probatur, secun-
dum Abb. in d. c. lator. Extr. qui filij sint legi. Sicut in simili reus qui contra actorem † de excom- 79
municatione excipit, ut ipsum ab agendo repellat, nisi intra octo dies excommunicationis speciem proba-
rit, iudex in caussa procedet, & illum in expensis condemnabit, c. pia, §. si quis igitur, De excep. in 6.

Sic & excipienti de spoliatione † facta à tertio, iudex tempus certum statuit, intra quod restitutio- 80
nem petere debeat: quod si non fecerit, exceptione non obstante accusabitur, c. j. §. solet aũt, & ibi Io. And.
De resti. spolia. li. 6. Ita iudex tã actori † quàm reo dare tẽpus ad exceptiones proponendas potest, quo e- 81
lapso præclusa excipiendi uia est, d. l. Titia, ubi gl. uerb. definitũ, ff. De accu. c. pastoralis, & ibi gl. in uerb.
nullatenus, Ex̃. De excep. & c. licet, ubi gl. in uerb. trium mensiũ, Ex̃. De prob. plenè Abb. in d. c. pastora.
cũ simi. Similiter si quis unã exceptionẽ proposuit, et succubuit, si uult aliã postea proponere, nisi hoc
intra terminũ à iudice cõstitutũ faciat, ulterius nõ auditur: quod tamẽ in nõ cõtrarijs intelligẽdũ, ut d. gl. in
uerb. nullatenus, per §. qui aũt uult, Insti. De excu. tutor. Eodẽ modo iudex † ex officio suo põt terminũ 82

præfigere productioni testium, quo elapso ulterius non admittet, c. In nomine Domini, Extr. De testibus, c. licet, & ibi glo. in uerb. trium mensium, Extr. De probation. glo. in c. quisquis, 4. quæst. 5. in uerb. accusator. Ita citatus à iudice, & ad audiendum testes certo constituto termino uocatus, si ex ineuitabili quadam necessitate non uenerit, testimonia ualebunt, tanquam si non ex una parte consisterent, sed etiam ipso præsente facta fuissent, §. Et hic uerò, Authentic. De testi. d. c. In nomine Do-
83 mini, &c. Sic & iudex qui recusatur, arbitris ad finiendum suspicionis negocium, competens tempus statuit, quo elapso si minus id finitum fuerit, in principali negocio procedit, c. legitima, De appel-
84 latio. in 6. Sic tam ab interlocutoria quàm à diffinitiua † appellanti potest iudex ad prosequendam appellationem terminum statuere, quo lapso rata manet sententia, ut notabili. Abba. in c. personas, circa princip. De appellat. per lapsum siquidem termini hominis etiam non expectato termino iuris remanet rata sententia. fa. c. licet, De senten. excom. lib. 6. & hoc uult Fre. de senten. consi. 26. & tractat Bal. in l. j. C. ut infra certum temp. Ita & ad appellationem finiendam terminus præfixus ex caussa per iudicem potest restringi, d. c. lator. ubi Abba. cum tex. in hoc argumentum satis notabil. inducit, de quo in c. Cum sit Romana, De appella. siquidem eiusmodi terminus ad appellationem prosequendam potest abbreuiari à iudice uel ab appellante, sed prorogari non potest, c. oblatæ, Extr. eod. Sic ad producendum iura & ad acta, processus & ad audiendam sententiam, & sic
85 ad diuersos † effectus in iudicio, potest per iudicem partibus terminus statui, ultra quem non audiantur,
86 ut c. Cum olim, 2. & quod ibi not. De priuileg. Sic interdum ad omnem † conuincendam malitiam per iudicem parti dilatio dari potest, ultra quam omnis agendi uia præcluditur, c. prout nobis, cum glo. in uerb. ad conuincendam, & c. Cum olim, Extr. De dol. & contum. & c. præsenti, 5. quæ. 2. Sic si una pars renunciauerit allegationibus, alia si quid proponendum habet, ut id intra 30. dies faciat, à iudice cogi debet: & si hoc non fecerit, ad conuincendam omnem eius malitiam, duo adhuc menses à iudice ad proponendum constitui debent, quibus elapsis iudex sententiam proferet. Authen. Iubemus, C. De iudic. & in corpore unde sumitur, Auth. ut cum de appell. cognosc. §. Sed & hoc præsenti sicut in Cameræ iudicio Imperiali multoties ex caussa seruari solet. Ita iurisdictionem ex caussa denegari per
87 iudicem posse patet, ut si quis ab alio iusiurandum † exigat, conditione iurisiurandi non utatur, iudicium principalis debiti prætor ei non dabit, l. Iusiurandum, §. Et si is qui, & ibi glo. ff. De iureiuran.
88 Eadem ratione creditoribus † patris tui, qui propter onera ciuilia bonis cessit, contra te agere uolentibus, ad inuocationem tuam iurisdictionem suam denegabit, l. si pater, C. qui bon. ced. poss. Eodem
89 modo audiri quis non debet, contra id quod Imperator facit † ex plenitudine potestatis, uel ex certa scientia: sed repellendus est, & illi etiam perpetuum imponendum silentium, ut Bal. in c. j. §. si quis autem, in prin. in tit. De pace Constant. quem etiam refert & sequitur Ludo. à Gozad. in consi. 92. nu. 22. & fa. quod no. Dec. consi. 516. quoniam, nu. 8. & consi. 588. uiso puncto, nu. 3. & 4. Quod tamen intelligendum, quando disponit circa ea quæ sunt iuris positiui, ut Fely. in c. quæ in ecclesiarum, Extr.
90 De constit. & Curt. Iun. consi. j. col. 7. Ita si quis alicui nouum opus nunciat, † si is cui nunciatum fuerit satisdationem præstet uel offerat, nunciatio ac si ipso iure omissa esset censetur, l. De pupillo, §. si is cui, ff. De no. op. nunc. quod secundum c. penul. & fin. Extr. eod. uerum est, si is qui nouum opus denunciat recipiat cautionem: aliàs non obstante cautione, cogitur is cui nunciatum fuerit, per trium mensium spacium expectare, intra quod si denuncians iuris sui præiudicium non probauerit, ulterius à iudice non audietur, & ædificari poterit. Sic similes & alios reperire casus est, in quibus agere nolenti terminus à iudice constitui, & intra eum non comparenti, silentium imponi, eiq; in poste-
91 rum iurisdictio denegari poterit: ut actori † malitiosè tardanti reum conuenire, argumen. c. Nonnulli, De rescript. ut gloss. in cap. j. §. solet autem, in uerb. æstimamus, in 17. Casu, De restitut. spolia. libro 6.

92 Sicut ex suprà aliquot adductis argumentis communiter hic DD. exemplum ponunt in scholari, † qui ex Academia discessurus metuit ne in abitu malitiosè conueniatur, eaq; ratione supellex ac bona sua tanquam obligata sequestrentur: unde ne suscepta profectio impediri, & ipse grauioribus expensis in maius detrimentum suum detineri queat, ac se ultra debita præstita redimere cogatur, eum ad omne euitandum periculum, damnum ac futuras lites, & ut malitijs hominum obuietur, maximè posse iudicis implorare officium, ut publicum edictum cum certi termini assignatione, intra quem creditores si qui sint uolentes petere compareant, aut eis in posterum agendi petendiq; uiam fore præclusam, proponat. glo. & DD. in l. nostra hic, & copiosè in d. l. unica, & Rub. C. ut nemo inuitus. Spec. in tit. De actore, in fin.

in fin. uerf. Item excipere poteſt. Rom. in l. quamdiu in mag. nu. 2. ff. De adqui. hære. Ang. Are. Inſtit. De excep. in Rub. colum. 17. uerf. ſecundo fallit. Hoſtieu. in ſum. in tit. De libell. obla. uerf. Contra credo. Dominic. & Petrus de Anchar. poſt Ioan. Andr. & cæteros, in d. c. Nonnulli, §. ſolet autem, De reſcrip. Abb. in d. c. lator. Extr. qui filij ſint legi. & in c. fin. qui matrim. accuſ. poſſ.
Sed an teneatur ſcholaris † ad ſatiſdandum creditori de iudicio ſiſti & iudicato ſolui in ſuo ſoro? & re= 93
ſpondet Bal. hic in l. noſtra circa fin. uerf. Sed pone, teneri, eo modo quo poteſt, uel iuratoria cautione, & per nota. in l. 2. §. penul. ff. De iudic. & eſſe ſpeciale, quòd ſuo nomine conuentus ſatiſdet iudicatum ſolui, quia fiat quodammodo ſuſpectus propter receſſum, de dolo. ſubiungit tamen, forſan non cauere niſi de iudicio ſiſti, per d. §. penul. & §. Sed hodie, Inſtitu. De ſatiſda. quæ & poſterior opinio ueritati legitimæ magis uidetur conſona. Sed quid ſi ſcholaris eſſet obligatus alicui mercatori in centum, pro quo duos dederat fideiuſſores: deinde uolens recedere tradidit pecuniam † uni 94
ex fideiuſſoribus, uel poſt receſſum miſit illi: an iam creditor alium fideiuſſorem qui pecuniam non recepit, conuenire poteſt? & reſpondet Guil. de Cugno. quòd is contra creditorem rectè excipiat, ut primò agat contra alium qui pecuniam recepit: eum ſiquidem quod primò debeat excuti, facere, per glo. in l. unde quæritur, ff. Commoda. & idem in pluribus ſocijs, ut ibi Caſtren. in Rubr.

Et quod ſuprà de ſcholari dictum eſt, idem rectè DD. & de poteſtate & magiſtratu † intelligi poſ= 95
ſe tradunt, ut ſi finito officio à loco receſſuri ſint, ac dubitant ne à quibuſdam ratione adminiſtrati officij malitioſè quandoq; conueniri queant, eos itidem à iudice petere poſſe terminum ſtatui publicè, intra quem contra eos agatur, ſi quis agere intendat, aliàs ulterius non audiatur, &c. pro quo commodè facit, quòd ratio ibi reddenda, ubi adminiſtratio geſta, l. j. & 2. C. Vbi de ratio. agi opor. ex ratione. quòd in loco adminiſtrationis poteſt facilius & plenius ueritas inueniri tam per teſtes, quàm per inſtrumenta. Et quod de poteſtate ſi à loco recedere uelit dictum eſt, quòd à iudice petere poſſit agere uolentibus terminum ſtatui, &c. idem & de ſtipendiario protulit Bal. in d. l. unica, C. ut nemo inui. ut etiam alijs uſuuenit, quando peregrè profecturi diffamationem † debiti non ſoluti deuitare conten= 96
dunt: uel quando teſtamentorum executores, debita ſi qua ſint, defuncti, ſe ad tempus publicè deſignatum, ſoluturos per nunciationem offerunt, per ſimilia ſ. relata, & glo. & DD. in locis ſ. all.

His ſiquidem caſibus omnibus iudex intra terminum à ſe conſtitutum non comparenti nec agenti uel accuſanti, in poſterum agendi uiam præcludere poteſt: ſicut & generaliter iuriſdictionem ſuam bonis largiri, malis negare omnibus, magiſtratibus ſecundum ius poteſtatis ſuæ conceſſum eſt, & cum neceſſitas requirit etiam pœnali † defendere iudicio: ut ex ſuprà adductis quibuſdam patet, & per glo. 97
in l. noſtra, argumen. l. j. ff. ſi quis ius dicen. non obtemp. & l. Eos, in princip. ubi & glo. C. De modo mul. Et quemadmodum iam tradita de reo diffamato iudicis officium imploranti uera ſunt, ut diffamanti non comparenti ac intra terminum agenti ad ipſius petitionem ſilentium perpetuum à iudice imponi queat ac debeat: ita quoq; in directo iudicio actore nil probante † ſeruatis terminis reus ab 98
impetitione actoris, licet nullam petitionem dederit, poteſt & debet abſolui, per regulam actore non probante, &c. c. fin. De iureiuran. quia trahendo reum in cauſam, æquè ac diffamando, ſatis impetijt, moleſtauit & impediuit: & ideo poteſt & debet actori etiam ſuper huiuſmodi moleſtatione & impedimento perpetuum ſilentium imponi, imò ſuper re de qua agitur. ut notabiliter concludunt dom. de Rota, deciſio. 120. Actore, in no. per c. Cum eccleſia, De cauſ. poſſ. & propriè. c. Bartoldus, De re iudica. c. Conſtitutus, De reli. do. d. c. licet, De proba.

Vltimo hic loco conuenienter quæri poteſt, an beneficium l. noſtræ etiam excommunicato † compe 99
tat, & beneficio l. diffamari uti poſſit habens exceptionem, & ſuper ea implorans officium iudicis, petendo perpetuum imponi ſilentium aduerſario, nec exceptione excommunicationis repelli queat? Et quidem in ea opinione quòd poſſit, uidetur hic eſſe Ioan. Ferrarius in ſua practi. in ult. par. cap. ult. referens in hoc Andr. Barbatium. atque idem ſanè firmiter tenuerunt Ioan. de Ana. in c. Dura, colum. 2. poſt princ. uerf. Ex quo ergo, De crim. fal. & Feder. de Seni. in conſ. 275. ex eo quòd omnis legitima defenſio excommunicato ſit ſalua, d. c. Cum inter, §. porrò, & c. j. De excep. lib. 6. & c. Intellteximus, De iudic. Et omne quod agit excommunicatus, ordinetur in finem defenſionis, pro quo Feder. allegat notata Inno. in d. c. lator. qui filij ſint legi. Sed in contrariā ac ueriorē ſententiā ſunt Paul. de Caſt. in l. libertus, la. 2. ff. De in ius uoc. & cōmuniter Canoniſtæ, Anto. de Butr. Abb. Imol. in d. c. Cum inter. ubi idem ſequitur & Felyn. col. 7. poſt prin. uerf. Tamen ſubſtantabiliore, & Dec. col. pen. & Pariſ. col. ult. reprobantes prius relatam Ioan. de Ana. opinionem. Ad hoc ſiquidem ut excommunicatus audiatur, neceſſe eſt ut ſit reus neceſ-

ſarius

100 sarius † & coactus necessitate indicante periculum iustitiæ suæ imminens, d. c. Cum inter, & d. c. Intelleximus. ubi Anto. de Butr. plus dicit, quòd excommunicatus non poßit petere cogi actorem persistere super actione intentata. In hoc uerò iudicio reus esset uoluntarius.licet enim propter diffamationem stimulatus ad iudicium ueniat, non tamen in iudicio comparet pro necessaria ipsius defensione, prout requiritur, sed uoluntariè se offert. Igitur, &c. Et idem probat Boer. decis. Neap. 255. nu. 7. & de-
101 cis. 258. Vbi tamen notandum, quòd minor excommunicatio nihil prohibebit † hac condictione l. experiri: cum ea ab agendo non repellat, c. fin. ubi glo. 3. quæst. 4. Contra ipsum autem excommunicatum ut in cap. sequenti uidebitur, rectè remedium l. nostræ intentari poterit. Et pro sententia quòd excommunicato remedium l. nostræ non competat, facit, quòd bannitus citatus ex l. diffamari propterea nõ habilitatur, ut cap. seq. circa fin. dicetur: cum nulla maior pœna excommunicationis, l. Hi qui sanctam, C. De aposta. c. Corripiantur, 23. quæst. 4.

CONTRA QVOS L. DIFFAMARI REMEDIVM COMPETAT ATQVE locum obtineat.

CAPVT III.

1 Correlatiuorum uno posito, necessariò aliud firmatur.
2 Inuitus agere uel accusare nemo cogitur.
3 Inuitus in quibus casibus agere teneatur.
4 l.Diffamari condictione inuitus ad agendum accusandúmue compellitur.
5 Tit. in C. ut nemo inuitus ag. uel accus. coga. qualem intellectum ac limitationem recipiat.
6 Agere uolenti etiam non directò, sed per obliquum in modum contradictionis, terminus ad id statui potest.
7 l.Diffamari iudicium generaliter contra omnes, etiam contra priuilegiatas personas ac singulariter exemptas, à diffamato coram legitimo suo iudice intentari potest.
8 Excommunicatus licet remedio l. diffamari uti haud queat, contra eundem tamen rectè intentatur.
9 Excommunicatus citatus ex l. diffamari, an in iudicio cõparere poßit.
10 Bannitus licet ex l. diffamari non agat, nec ei ius debeat reddi, &c. contra eundem tamen intentari potest.
11 Bannitus licet ex l. diffamari personaliter citatus sit, ad agendum tamẽ idcirco non habilitatur.



VM superiori capite uisum sit, quibus remedium l. diffamari competat, iam quoq; ex eo ipso facilè constare potest, contra quos id locum habeat: cum correlatiuorum uno † posito, necessariò aliud firmetur, l. j. C. De indi. uidui. l. j. C. De cupreßis, lib. xj. Bal.
1 in l. Cum te Gallia, ff. si cert. peta. l. si seruus iurauerit. ubi Rom. ff. De iureiuran. Etsi igitur exempla non pauca ex utroq; iure huc propriè spectantia suprà, propter commodiorem ac conuenientiorem ordinis rationem & seriem simul sint posita, ex quibus præsens caput absolutum uideri potest: tamen sicut ibidem etiam extra diffamationum casus & alij relati sunt, in quibus beneficium l. nostræ locũ habere uidetur: ita et hic cũ sint, quos ex speciali quodã suo fori priuilegio tutos esse, ne hac l. diffamari cõdictiõe à quibusuis & corã diffamati iudice paßim conueniri poßint aut debeant, forsan uideri queat: præterea uerò et aliquæ psonæ sint, quib. licet pro se ac rebus suis

suis actio aliqua ut & l. diffamari beneficium non competat, id ipsum tamen contra easdem rectè intenta
ri possit: deniq; hoc iudicium aduersus inuitum detur, adeò ut is ius suum in iudicio deducere atq; agere
aut accusare cogatur, contra reg. l. j. C. ut nemo inui. † *& l.* Diui, *ff.* De *accusa. & l. petendæ*, C. De *temp.* 2
in integ. resti. l. Annus, ff. De *calum. c. frequens, §. solet*, De *resti. spolia. lib. 6.* Iacob. *de bell. in tracta. ma-*
lefi. tit. De *quæstioni. fo. 92. col. 3. uers. sed nunquid iudex, &* Bal. *in margar. in uerb. silentium nunquam*
imponitur: & petere uoluntatis sit, l. creditor, C. De *pignor. fa. l. fin.* C. De *usur. pupil. cum sim. nec reus*
priusquam actor ius suum in iudicium deducere possit, l. purè, in fin. ff. De *excep. doli: & quòd actio cer-*
to tempore limitata sit, & sic certum tempus à iure actori concessum, priuatus auferre non possit, ut in §.
quid de augmentis, in fin. Auth. De *nup. &* Auth. Constitutio *quæ de dignitatibus, in fin. col. 6. dist. 38. c.*
De *his, &c.* De *hoc omnino & his ipsis dictis personis, propter clariorem intellectum ac conuenientiorẽ*
dispositionem, hoc singulari in loco dispicere, non ineptum fuerit.

Et *quidem quòd quis agere compellatur,* † *casus plures enumerantur, partim per glo. &* DD. *or-* 3
dinariè in d. l. j. ut nemo inui. & per Hostien. *&* Ioan. Andr. *ut in glo. c. j. §. solet autem, in uerb. æstima-*
mus. De *resti. spolia. lib. 6. & copiosè per* Georg. Natta. *in repe. clem. sæpe in prin. 32. colum. cum seq.* De
uerb. signifi. Inter *quos tamen casus omnes, amplissimum locum casus l. nostræ obtinet: adeò ut apertissi-*
mi iuris sit, l. nostræ † *condictione inuitum planè compelli, ut is agere aut accusare, intra certum à iudi-* 4
ce illi ad hoc constitutum terminum, nisi in totum iuri suo renunciasse uideri uelit, omnino teneatur. Nec
hic quidquam iura in contrarium suprà adducta obstant: ad quæ partim Hostien. *in sum. tit.* De *libelli*
obla. uers. sed nunquid iudex, respondet: dicta nempe iura intelligi, quando non iudex uel sine caussa ter-
minum constituit: neq; iudicem priuatum, & d. c. De *his uoluntatis esse, 22. quæ. j. c.* Integritas *quod i-*
psum etiam magis declarat, in tit. De *mut. peti. §. qualiter procedendum sit, uers.* Et *nunquid. uerb.* Impe-
traui, & tit. De *dila. §.* Et *quare, uersi.* Sed *quod dixi, &c.* Atq; *eiusmodi sanè contrarietatem &* DD.
in d. l. j. C. ut nemo inui. & in l. nostra aptè ac congruenter distinguendo clarè ac rectissimè soluunt atq;
diluunt: quorum rationes ac declarationes quatenus quidem solum l. nostræ casum respiciunt, cæteris iam
omissis, quas in locis hinc inde allegatis uidere est, breuiter hic allegabimus. Et *quidem* Accur. *ut* † *nemo* 5
inuitus, & c. generale, sed hic speciale esse dicit: quem & Salyc. *hic sequitur, ut &* Abb. *in c. lator.* Ex̃ *qui*
filij sint legi. illud regulare esse asserit, &c. Bar. *autem in l.* Mancipiorum *ff.* De *optio. lega. dicit obiectum*
illud fallere ex caussa. unde rectè Odofred. *in d. l. j. respondet, neminem ad agendum cogi, scilicet præci-*
sè, uerùm causatiuè, ut propter malitiam alicuius arctandam posse ipsi terminum assignari, &c. quod si-
militer uolunt Innoc. *in c.* Caussa *quæ*, Extr. *qui filij sint legi. & in c.* Conquerente, *in 2. glo.* De *off. ordin.*
& Ang. *Instit.* De *excep. in* Rubr. *in 9. quæsi. & in eam rationem concludit &* Petr. *de bell. per. in d. l. j.*
quòd nemo cogatur agere, scilicet præcisa coactione, sed non consecutiuè, &c. Et Bal. *in d. l. j. & l. nostra*
clarius ad casum nostrum ait, quòd nemo inuitus cogatur agere nisi se adstrinxerit ad agendum expres-
sè uel tacitè: sed diffamare esse ad iudicum prouocare, secundum tex. l. nostræ igitur, &c: unde nec d. l. pu-
rè, hic obstare potest, cum iam reus ad caussam prouocatus intelligatur. Atq; *in hunc modum* Bal. *hic cir-*
ca fin. uers. Sed *pone, in fin. concludit, quòd causatiuè suadente æquitate, necessitatiuè quis compellitur*
agere, non præcisè. quod in d. l. j. & Salyc. *sequitur. quo in loco licet* Paul. *de* Castren. *dicat, quem nec*
præcisè nec causatiuè ad agendum cogi posse si nolit: id tamen ipsum ibi limitat ratione diffamationis fal-
lere. Ex *quibus & suprà traditis omnibus satis constat, diffamantem aliquem ratione status, famæ seu bo-*
norum suorum, condictione l. diffamari ad agendum uel accusandum, intra terminum à iudice constitu-
tum etiam inuitum, nullis contrarijs obstantibus, nisi ius suum remisisse, ac huic in totum renunciasse uide-
ri ac iure existimari uelit, cogi posse.

Sicut *uerò superiori capite casus, in quibus & beneficium l. nostræ extra diffamationem competit,*
uisi sunt: ita & ex notabili ac singulari doctrina Ang. *in l. si quis libertatem, in uers. planè, ff.* De *peti. hær.*
hic notandum est, remedium l. nostræ non solum contra diffamatores, ac item eos qui directè contra nos
agere possunt, competere: uerumetiã † *contra eum qui non potest agere directò, sed per obliquũ mouẽdo* 6
litẽ cõtra unũ in modũ contradictionis, deducẽdo ius suũ in iudiciũ: ut nẽpe hoc ipsum deducat, aut illi à iu-
dice perpetuũ, super contradictione sua, quã habet uel se habere prætendit, imponatur silentiũ: quã pluri-
mũ notandã doctrinã sequitur & Are. *in l. quamdiu, la. 3. col. 6. ff.* De *acquir. hære. quẽadmodũ & in hãc*
eandẽq; rationẽ ex superiori capite plures huc casus facientes solerter sumi ac depromi possunt. Vt *uerò*
l. nostræ condictione inuitus ad agendum compelli potest, ita etiam † *quemlibet, utcunq; ratione fori pri-* 7
uilegiatum diffamantem, diffamatus coram suo iudice compellare, atq; ut ibidem ius suum proponat, ex l.
diffamari

diffamari cogere poteſt. Nec in hoc quicquam priuilegiatæ aliàs perſonæ, ſuo ſingulari priuilegio gaudent: adeò ut etiam cõtra epiſcopum uel prælatum diffamantem l. noſtræ remedium laicus diffamatus intentare queat, & is coram iudice ſeculari per reum diffamatum trahi, eaq; ratione eccleſiæ præiudicari poßit, non agendo: ut principaliter ac in effectu uoluiſſe uidetur Innoc. in d. c. Conquerente, De off. ordina. & probat id euidenter Alex. conſ. 103. Conſideratis, in 5. uol. ſicut & in idem concludit Anto. Capy. in deciſio. no. Neap. deciſ. 18. In cauſſa nobilis, nu. 7. uerſ. ſed maius dubium: ubi & ita iudicatum refert, ſicut & ex noſtra hac l. diffamari, & contra ſingulariter priuilegiatos aliquos & inter ſe exemptos Imperij ſtatus, ne ſcilicet in Imperiali iudicio Cameræ immediatè ac primitùs conueniri queant: in eo tamen Cameræ iudicio ijs ipſis priuilegijs, receptis conſuetudinibus ac ſingularibus exemptionibus utcunq; denuò confirmatis, non obſtantibus, protinus agi poteſt: ut id cap. ſeq. clarè uidebitur. Præterea quoq; licet hoc remedium aliquibus non detur, contra eoſdem tamen competit & intentari poteſt. Sic & ſi ex-
8 communicati dicta condictione l. noſtræ contra alios experiri haud poßint, † ut ſuperiori cap. circa finẽ deductum eſt: contra excommunicatum tamen rectè remedium l. diffamari intentari poteſt, ut poſt Innoc. Anton. de Butr. & Felyn. in c. Intelleximus, col. 5. uerſ. quarta declaratio. De iudic. ex ratione ne quod contra ipſum excommunicatum inductum, in ipſius fauorem & cõmodum redundet: ueruntamen quum uer-
9 ſetur periculum animæ, & fauor publicæ utilitatis, non attenta nec conſiderata uoluntate diffamati, † eũ à limine iudicij per iudicem poſſe repelli arbitratur Dec. poſt alios Canon. in c. Cum inter, De excep. col. pen. ubi etiam pariter per Pariſ. in pen. col. Ac eadem planè ratio, quæ in excommunicato & in bannito ſeruatur. licet enim is nullo modo beneficio l. noſtræ uti queat, cum extra protectionem iuris communis ſit, ideoq; ei ius non debeat reddi, ut notab. Bal. in Auth. Habita, in 3. col. in 3. notab. C. Ne filius pro patre, & iuxta notata in l. j. ubi Cyn. C. De natur. liber. & planè bannitus pro mortuo habeatuè ſecundũ Bal. in l. ſi qua pœna, in primis uerb. ff. De his qui ſunt ſui uel ali. iur. quod pro ſingulari cõmendat Crom.
10 notab. 12. quid ſi filius, & not. 89. pone, & Iaſ. in Auth. Non licet, ante fin. C. De lib. præteri. † tamen cõtra bannitum intentari poterit uel ex ratione in excõmunicato tradita, & per no. Innoc. Abbd. & Felyn. in c. Exceptionem, in fin. De excep. & Felyn. in d. c. Intelleximus. An uerò is ad comparendum per procuratorem uel perſonaliter citandus ſit, hic quæri poteſt. Et quidem ne putare poßit, propter ordinationem Imperij ſibi ſecuritatem datam eſſe, eum ad comparendum per procuratorem citandum eſſe, uideri poteſt per tex. & ibi Bar. in l. Papinianus, ff. De publici. & quod no. Bar. in l. Is qui, uerſ. ulterius quod, De pub. iud. uerùm in contrarium, eum ſcilicet iuxta Imperialis iudicij Cameræ ſtilum conſuetum, perſonaliter ci-
11 tandum, in eodem iudicio ſeruatũ, ita tamen † ut propter eiuſmodi citationẽ ex hac l. noſtra eum ad agendum habilitari minimè intelligendum ſit: & quòd diſpoſitio ſuper habilitate perſonæ eiuſdem reſeruari debeat uſq; ad determinationem cauſſæ, per no. Iaſ. in l. De pupillo, §. ſeruo, ff. De no. op. nunc. Per ſolum enim neceſſariam citationem bannitus ad agendum habilitatur, ut Bar. in d. l. De pupillo, §. j. & Alex. & Iaſ. in l. libertus, la. j. ff. De in ius uocan. Hæc autem ex l. noſtra citatio uoluntaria eſt, ut poßit comparere ac agere ſi uelit, &c. ut s. traditum eſt, & j. De citatio. plenius dicetur. Idq; adeò etiam Paul. de Caſtr. in d. l. libertus à patrono, in fin. uerùm eſſe ac procedere arbitratur, quòd excommunicatus uel bannitus ex hac l. citatus nec per ſe nec per procuratorem in iudicio comparere ac agere poßit, per no. in l. Ea quidẽ, C. Si man. ita fue. aliena. & quòd uoluntariè uideatur comparere, arg. c. ueniens, De teſti. ſa. quod no. Abb. in d. c. Intelleximus, in uerſ. An autem, ibi, ſecus autem ſi principaliter, &c.

QVIS

QVIS IVDEX, ET QVOD FORVM COMPETENS SIT IN HOC L. DIFFAMARI iudicio: quis item actor aut reus censendus.

CAPVT IIII.

1 Iudex diffamantis in hoc iudicio iudex competens uideri potest.
2 Actor censetur qui prior ad iudicium prouocat.
3 Actor habet in sua potestate, quando utatur iure suo.
4 Iudex diffamati & non diffamantis in hoc iudicio requirendus.
5 Regulæ iuris, quantum fieri potest, sustentandæ ac saluandæ sunt.
6 Regula seruanda, & secundum eam pronunciandum, nisi contrarium probetur.
7 Agens ex l. diffamari actor propterea nequaquam dicendus.
8 Definitio ubi non conuenit, ibi nec definitum.
9 Diffamatus iudicium ut reus, non ut actor accedit.
10 Debitor pecuniam debitam in iudicio deponere uolens, id coram suo uidice faciet.
11 Origo naturalis caussæ magis quàm accidentalis attendenda.
12 Sponsa sponsalia nulla dicere uolens, id coram suo iudice aget.
13 Citatio ex l. diffamari uoluntaria planè est.
14 Silentium alteri imponi petens, si is alter in modum reconuentionis agat, super eius libello principaliter proceditur.
15 Iurauit qui extraneo soluere usuras, absolutionem à iuramento à suo iudice petet.
16 Vocare in ius non uidetur, qui offert se ipsum paratum defendere.
17 Reus trahens aduersarium ad uetitum examen, pro condemnato habetur.
18 l. diffamari remedio qui utitur, reus rectè ac propriè dicitur.
19 Exceptionem habens reus, super ea sui iudicis officium potest implorare.
20 Iudex super lite futurus, super transactione arbitratur.
21 Testes ad perpetuam rei memoriam coram iudice in causa principali futuro examinandi.
22 Iudex partium, non superior arbitratoris requiritur.
23 Appellationes ab arbitramentis in iudicio Imperiali Cameræ recipiuntur.
24 l. Diffamari generaliter de quocunque actore diffamante intelligitur, ut is diffamati rei forum sequatur.
25 Exceptionem reus ut coram suo iudice proponere possit, intelligitur de exceptione propriè dicta.
26 Cautela pro actore ne rei forum sequi teneatur.
27 l. In tribus, ff. De iud. specialiter intelligenda.
28 Ratio ubi non eadem, ibi nec idem ius.
29 Diffamatorem contra non comparentem, in hoc iudicio sententia fertur, propter ipsius scilicet contumaciam.
30 Decisiones contra præstantiores ac communiter receptas rationes non obseruandæ.
31 Decisiones Rotæ reprobari possunt.



VM uisum sit quibus & contra quos iudicium l.nostræ competat, recto ac legitimo nunc ordine & de iudice dispiciendum erit, & an diffamatus uel diffamans reus censendus, & uel huius uel illius iudex hic ordinarius ac competens iudicandus sit. Et quidem quòd iudex diffamantis † in hoc iudicio competens existimandus sit, ex commu- 1
ni regula uideri potest, quòd actor rei forum sequi debet, l.fin.C.ubi in rem actio, l. Iuris ordinem, C. De iurisdict.om.iud.Bar.in l.2.in fin. ff. si quis in ius uoc.non ier. c. si diligenti, c.si quis contra clericum, c.Cum sit generale, De foro compe.cum sim. Iam uerò ille qui ad iudicium alium uocat etiam petendo illi silentium imponi actor dicendus est, quum uoluntariè petat, & prior & principaliter † ad iudicium prouocet, l.In tribus, ff. De iudi.l.libertus à patrono, cum ibi no.per Bar. 2
Bal.Paul.de Castr.ubi quoq; Alexan.contrariam in hoc sententiam Anto.de Butr.in c.Cum inter, De excep.reprobat, ff.De in ius uocan.fi.quod habetur in c.forū, §.accusator, De uerb.signi. Et idem expreßè quoq; uult Paul.de Castr.in l.In criminali, C.De iurisdi.om.iud.ubi extra glo.& Bar.quærit, Si reus traxerit actorem in uetito examine, id est coram iudice incompetente, quis dicatur competens & quis incompetens: & an reus uolens agere condictione ex l.diffamari, poßit hoc coram iudice suo coram quo actor debuisset agere si uoluisset, an autem coram iudice actoris? & respondet quòd coram iudice actoris, ex ratione quòd ipse hic sit actor & alter reus, & si hoc peteret coram suo iudice, quòd id fieret coram incompetente, & esse locum d.l.In criminali.licet DD.non declarent, secundum eum ibi. Et in hunc modū fuisse iudicatum per sententiam consilij Neapolitani, testatur Math. de affli. decisio. 268. incip. In alia caussa fuit dubitatum. & quòd actor debeat super hoc conuenire illum qui se iactat in suo foro, & ideo remißioni locum esse, & sic fuisse executum. In quam etiam sententiam conclusio inclinare uidetur Nicol. Boerij decisio.255.nu. 7. & hanc opinionem comprobat Milis in suo reper. in uerb. Actor agens ex l. diffamari, &c. & eandem etiam opinionem sequitur Paris.in c.In præsentia, col. 10. De proba. & cum ea transire uidetur Dec.consi.487.In quæstione proposita, nu. 10. & cons. 686. Magnificus Pyrrhus, in fin.quòd prouocans alium ad caussam actor censetur. Atq; in hanc rationē & eum qui condi. ex l. diffamari experitur, actorem appellat Odofre.in l.In præsenti, C. De his qui ad eccl. confugi. ibi eodem modo respondetur ad l.diffamari, quia ibi fecit actor, quòd iudex interponeret decretum suum. & diffamatum quo ad l.diffamari, actorem non reum esse, per d. decis.Neapol.268.& generaliter personam diffamati respici, in iudicio quoq; superiori, usq; ad Imperatoriam, certiorem decisionem, ut hic dicetur: licet semper de iudice aliter ac rectè statutum fuerit, conclusum.quo etiam ipsos Imperatores in l. nostra aperte respexisse arbitrari potest, ibi, Vt contradictionem faceret si defensionibus suis confideret, cum id propriè reo competere uideri queat.quod idem quoq; comprobari statuitur ex eo, quòd actor † in sua pote- 3
state habet, quando utatur iure suo, secus uerò is cum quo agitur, quando conueniatur, l. purè, in fin. De doli mal.& met.except.cum sim.sed hic libera facultas agendi diffamanti præciditur, imò ipse conuenitur.igitur is actor dici haud poterit, &c. Ex quibus ac similibus omnibus secundum cōmunem suprà traditam regulam, in hoc iudicio iudicem diffamantis, & non diffamati iudicem competentem ac ordinariū concludendum esse uideri potest.

Verùm his omnibus non obstantibus, contraria sententia ut uerior ac iuri magis consona rectè recepta est: iudicem nempe diffamati † & non diffamantis in hoc iudicio requirendū, ac competentem es- 4
se: imò quòd ubiq; diffamans, tanquam in foro competenti conueniri queat, patet ex l.3.ff.De off.præsid. & l.j.C.ubi de crim.agi.cum sim.cum constet, diffamationem speciem delicti nec minimam esse, l.nostra, in prin. Et in hanc omnino sententiam Alex.d.consi.103.Consideratis, in 5. uol.pluribus in medium adductis rationibus ac argumentis constanter concludit. Ex quo consilio mirum est quosdam quædam in suam ac contrariam sententiam detruncare ac detorquere, cum de mente Alexan. manifestè in contrarium constet: sicut & illud mirum forsan uideri potest, plerosq; qui in hoc iudicio diffamantem reum statuunt.interim in hoc quasi communi consensu concludere, iudicem diffamati non diffamantis competentem hic iudicem asserere: cum ad iuris regulam † defendendam ac sustentandam magis proni, quàm non 5
necessaria nec urgente exceptione inuertendam esse debeamus: arg.c.Cum dilectus, Ex̄ De consue.c.Inter dilectos, Ex̄.De fide instrum.c.j.De constit.lib.6.c.Si papa, De priuileg.lib.6.fi.l. de quibus, ff. De legi. & l.fin.C.De his qui uen.æta.impe.& c.Nihil obstat, Extr. De uerb. sig. Et cum de iure necdum comprobatum sit, seu probari queat, agentem ex l.diffamari actorem censendum, meritò in nostro hoc casu d. regula l.Iuris, C.de iurisdi.om.iud.& d.c.Cum sit generale, De for.compe.uires suas obtinere debet, secundum ea † quæ no.Bar.in l.quoties, ff. Si quis cautio.& in l.2.col.j.ff.si quis in ius uoc.per no.Innoc.in c. 6
præterea, De dila.& quæ no.Bal.in l.si tutor, in fin.C.De ser.pig. dato manu.& in c.j.in 2.col.De alien.

iud.mutan.cauf.fac.per no. in l.qui restituere,ff.De rei uind.& Alber.in 2 par statutorum, quæst.158. Si ex forma statuti,circa fin.& pulchrè Iaf.post DD.in d.l.2.in 7.col. uerf. nota istam doctrinam, ff. si quis in ius uoc non ier & latè Dec.conf. 8. Viso puncto, in prin. Et hac omnino ratione ad propositum nostrum Alexan.d conf.103.consulendo in specie ac finaliter concludit. Quòd autem neutiquam proba
7 tum sit aut comprobari queat, agentem ex l.nostra actorem idcirco propriè dicendum, † ex Alexandri ac alijs item aliquot euidentibus rationibus ac argumentis nullis contrarijs obstantibus facilè liquidum fie ri ac demonstrari potest. Manifestum siquidem est, definitionem atq; doctrinam Baldi hic, quòd diffama re nihil aliud sit, quàm ad iudicium prouocare, ut ueram cõmuniter ac uno quasi calculo à DD. comprobatam esse atq; receptam. Inde igitur necessarium argumentum proficiscitur, agentem ex l. diffamari propter diffamationis periculum atq; discrimen ad defensionem compelli, atq; idcirco uerè ac legitimè ut primitùs prouocatum, reum, minimè autem actorem dici oportere: cum actionem hanc non nisi diffamatione compulsus tanquam defensionem necessariam suscipiat, nihilq; aliud quàm ut diffamans agat aut porrò taceat in iudicio impetrare conetur: quod utiq; agere dici haud poterit, cum hoc nihil aliud sit, quàm iure persequi in iudicio quod sibi debetur, Instit.de actioni.in prin. Cum igitur experienti ex l. diffamari actionis legitima definitio nullo modo competat, illum quoq; recta ratione actorem dici non posse, con-
8 stat † arg.l.2.§.appellata,& ibi DD.ff.si cert.peta & l.j.§.dolum,& quod ibi no Bar ff. De dolo, & quod no.idem Bar.in l.j.ff.De testam.fa.l.Mortis caussa capitur, in prin ff.De don.cauf.mort. & l. quin tus, la.2.§.Cum aurum, ff.De aur.& arg.lega & quod pon.Cæpoll.conf 72.idq; maximè in casu hic no
9 stro dicendum, ubi condictionem ex l. nostra instituentem, iudicium ut reum † accedere constat, non ut actorem. In quem quoq; omnino modum constanter argumentatur Fely.quòd cum ueniat stipulatus propter diffamationem, sicq; necessitate coactus ne in futurum inquietetur & molestetur. uenire igitur cum ut reum, atq; pro reo respectu originalis fori habendum esse: ut per eum in c.Si quis contra, col. j. De for. compe.& in c. Sin autem, in fin.De rescrip.quod idem etiam planè confirmari uidetur per l. In contractibus, § fin.C.De non num.pecu. quam ad hoc ipsum Bal.in l.Acceptam, in 13.quæ.C.De usur. allegat: ubi
10 eam quæstionem, si debitor † uelit pecuniam debitam in iudicio deponere, quam creditor recipere recusauit, ne ullam moram uel pœnam secundum formam d.l.acceptam incurrat, an id coram suo iudice uel ipsius creditoris competenter facere queat? notabiliter decidit, quòd coram suo, cum nõ ut agens sed reus
11 accedat. Naturalis siquidem origo † causæ magis debet attendi, quàm accidentalis, l. qui habent, in prin. ff.De tutel. Sed origo naturalis indicat istam causam coram iudice creditoris principaliter agendam, er-
12 go, &c. Sic quoq; sponsa † si contraxerit sponsalia nulla, & uult petere licentiam discedendi ab illis spõsalibus, id ea non coram iudice mariti, sed suo petere debet: cum coram eo ipsa ut rea principaliter conuenienda esset super matrimonio, nec aliter nunc quàm rea æstimetur, ut uoluit Abb.in c.Ex parte, De resti. spolia.2.col per no.Bar.in l.si societatem, in §.Arbitrorum, ff.pro socio. Sic eadem ratione omnino in casu l. nostræ dicendum, quòd ex consequenti non debet attendi, quòd diffamatus accidentaliter propter diffamationem petat, diffamanti ad agendum terminum statui, ut apertè uoluit Anton. de Butr in c. Si diligenti, De for.compe.col.9.uerf. sed posito quod requiratur sententia, & in c. Cum inter, De except.
13 Vnde & citatio ex l.nostra uoluntaria † nec coactiua est, ut aliquis possit comparere, & si uelit agere, intentionis suæ caussas producere: nec quidquam aliud est nisi admonitio ad explorandam uoluntatem citati, cuius finis, ut si putet sua interesse, & uelit agere ueniat, & intra terminum præfixum agat, si non uelit agere & caussam diffamationis suæ prosequi, caussa cadat: ut rectissimè concludit Bal. in l. Testamenta, circa fin. uerf. Item quia citatio, C.De testam. Butrig.in c.Cum inter, De excep. Innocen. in c. Cum nobis, De electio. quod ipsum item rectissimè confirmatur per doctrinam Are.in c.In præsentia, col. j.
14 & in 5.notab.De proba.ubi dicit tex.esse notabilem, si ille † cui silentium imponi petitur, comparet coram iudice ad quem uocatus est, & per uiam reconuentionis petit, super quo sibi imponi silentium requirebatur, quòd tunc libellus conuentionalis resoluatur in uim exceptionis ac defensionis: & quòd solummodo super secunda petitione procedatur. & licet Felyn.ibid. Aretinum reprehendat, malè tamen, ut ibidem Dec.in 4.nota.& Parif.col.9.id quod j.de libell.cap.seq. latius dicetur. Vnde similiter manifestum est, diffamatum actorem hic dici neutiquam posse, cum actio diffamanti & illi soli in hoc iudicio competat, & libera reseruata sit quo non comparente uel non agente, nulla planè apparet actio ac iuris
15 sui persecutio. In quam etiam rationem notanter decidit Lap. decis. 10. reum qui † iurauit soluere usuras extraneo, posse petere à iudice suo absolutionem à iuramento, tum quia nihil petit ab aduersario, tum quia originaliter est reus. Sic hic nihil prorsus impediet, quòd diffamans in ius primitùs uocatus uideri queat, cum ipse diffamando primùm ac principaliter diffamatum tacitè ad iudicium prouocarit, seq; ad agendum

agendum constituerit, ut ex notab. doctrina Baldi suprà relata patet: neq; uideatur in ius uocare † qui 16
offert se ipsum paratum defendere, ut Bar. ad hoc singulariter commendat l. libertus, la. j. ff. De in ius uoc. Et in hunc omnino modũ Alexan. d. conf. 103. commodè adducit, quod no. Bar. in l. In criminali, C. De iurisdi. om. iud. ubi tex. dicit, reum † qui traxerit aduersarium ad uetitum examen, pro condemnatò habe- 17
ri. ubi glo. & DD. quærunt, quomodo id fieri queat, cum nemo inuitus cogatur agere, C. ut nemo inuit. & respondet Bar. exemplum constitui posse in reo qui facit actori statui terminum ad agendum, iuxta l. diffamari. & ibi intentionem Bartoli Alexan. eam affirmat, quòd reus intentando remedium l. nostræ debeat trahere actorem coram iudice, quem actor fuisset aditurus: hunc enim competentem nec uetitum iudicem esse. quæ & ueritas est, & in eum quoq; modum & sententia apparet Bar. in d. l. libertus, cum seq. ubi inquit, Si libertus petat statui terminum patrono ad agendum, faciendo citari ipsum patronum non petita uenia, dicitur incidere in pœnam edicti, &c. Sed quantum ad alia, dicitur sustinere partes rei non actoris, referens se ad ea quæ dixit in l. De pupillo, in §. Meminisse, & §. qui remißionem, ff. De no. op. nunc. Sic eum qui ex l. diffamari agit, reum propriè † cum alijs uocant Salyc. ibidem, & Ioan. 18
de Imo. & Ang. in l. quamdiu, la. 3. ff. De adquir. hære. & Ang. Institut. De exception. in Rubr. in 9. quæst. ibi, Et ista erit forma libelli mei rei. Et eadem omnino ratione secundum mentem Abb. in d. c. si quis contra clericum, De for. comp. agens ex l. diffamari super negocio principali reus dicendus est, neq; attendendum quòd nunc agit contra Titium ut agat, sed potius id, si Titius ageret iam ipso libellante, agentem ex l. diffamari esse reum, cum caussa naturalis ac principalis accidentalem uincat, d. l. qui habent. quē ibidem, ut s. dictum est, Felyn. pulchrè argumentando sequitur. Et in hunc modum apertè consuluit Socyn. consi. 94. uol. 3. & etiam concludendo consulere uidetur Paris. conf. 80. ad fin. lib. 4. uolens eum qui aduersario silentium imponi petit, merum actorem dici haud posse. quæ omnia etiam ex ipsis uerbis l. nostræ manifestißima fiunt, ibi, Vnde constat meritò rectorem prouinciæ sententiam dedisse, ne decætero inquietudinem sustineres. ubi planè pro diffamato tanquam reo absolutoriam latam esse sententiam constat. & fa. pro speciali casu l. nostræ & in hanc sententiam l. liberis, §. si quis ex seruitute, ff. De libera. cauf. His & similibus rationibus ac argumentis, DD. item authoritatibus facile ulterius quoq; deduci ac demonstrari posset, eum qui ex l. diffamari iudicium intentat, reum nec actorem rectè ac legitimè dici. Veruntamen ne longiore disquisitione hic opus sit, eam rem apud aliquos dubiam adhuc ac incertam, clarā iam, expeditam ac certam, atq; extra omnem dubitationem ponit nouißima Imper. constitutio in ordin. iudicij Imper. Cam. tit. 25. qualiter ex l. diffamari in Camera Imperiali agi poßit, part. 2. ubi in præsentē quæstionem, clara ac manifesta uerba inter cætera in hunc modum extant: Nec aliter quàm si pars petens «
seu supplicans, quæ in caussa principali rea est, nobis ac Imperio immediatè subdita sit, &c. Cum igitur «
hæc posterior sententia ciuili æquitati ac ipsius rei ueritati conuenientior, nec solum cōmuni præstantißimorum DD. authoritate atq; sententia fulcita, uerumetiam denuò Imperatoria constitutione atq; authoritate comprobata confirmataq; splendeat: in angulos iam confugiant qui contrariam sententiam etiamnum aliqua ratione asserendam arbitrantur. Et maneat hic firma regula iuris d. l. 2. C. De iurisdi. om. iud. & d. c. Cum sit generale, ut diffamans qui alterum diffamando se actorem constituit, sequatur forum rei, scilicet diffamati, qui nihil aliud in iudicio quærit aut agit, quàm ut diffamans agat aut taceat, sicut & ea petitio non nisi ad præparationem caussæ tendit, ut no. in Rubr. ff. De interroga. actio. cum sim. In hanc igitur sententiam meritò ac optimo iure præcipui DD. unaminiter concluserunt, ratione nempe ac respectu fori ex l. diffamari agentem reum censendum: quemadmodum & reus cui exceptio competit, † potest 19
super ea sui ordinarij iudicis officium implorare, licet iudex actoris non sit: cum ista exceptio modò examinetur principaliter, quæ aliàs in iudicio actore agente examinaretur incidenter, atq; ex ea ratiōe poßit examinari coram illo iudice, coram quo actor necessariò actionem debuisset proponere: in quo etiam actor non grauatur, cum ad hoc ipse de iure cōmuni teneatur, ut Bar. in d. l. si societatem, §. arbitrorum, nu. 18. ff. pro socio, arg. l. Cum hi, §. Transactiones alimentorum, ff. De transaction. ubi iudex † futurus 20
super lite, super transactione arbitratur: sicut idem planè in excipienti petente aduersario eum inquietanti perpetuum imponi silentium, statuit Ioan. de Imo. in d. c. Cum sit generale, in prin. per no. in d. l. si contendat, ff. De fideiuf. & in l. Aurelius, §. Centum, ff. De libe. lega. & idem uoluit Abb. in d. c. si quis contra clericum, circa prin. De for. compe. Sicuti etiam quotiescunq; super aliqua exceptione debet aliquid principaliter examinari, ut cum reus ad sui defensionem cupit examinari testes † ad perpetuam rei memoriā; 21
semper examinatio coram iudice rei qui futurus esset super caussa principali, facienda est, secundum intellectum l. fin. C. De usur. pup. secundum unam lectur. & idem adprobat Frid. de sen. conf. 231. ut in terminis, c. Albericus, & c. significauit, De testi. ut eum allegat ac sequitur Abb. in d. c. si quis cōtra clericum. &

idem quoq; notat Bar. in d. §. Trāsactiones alimentorum. Ex quo & hic notandum, recurri ad iudicē par-
22 tium † non ad superiorem arbitratoris: sicut idem etiam colligitur ex c. Exposita, Ex. De arbitr. ubi Pa-
pa cognoscit de arbitramento lato à duce Venetiarum qui sibi non suberat: uerùm partes sibi suberant. si-
23 cut in simili, quando à iudice recursus seu reductionis ab arbitramento † appellatur ad Imperiale iudi-
cium Cameræ, eiusmodi appellationes ibidem recipiuntur ac diffiniuntur: cōtra opinionem Bar. in l. j. De
lega. 2. & Ioan. Andr. in add. ad Specula. in tit. De appella. in §. In quibus, in 4. col. & in additione inci-
piente, De hoc plenè scripsi, &c. & aliorum quos enumerat Panor. in cons. 38. in j. uol. Et obseruatur
opinio Baldi, quem Rom. in cons. 261. super eo quod quæritur, in multis locis ita tenere allegat: ubi ean-
dem quoq; sententiam pluribus argumentis confirmat ac comprobat. Vt igitur iam dictum in excipien-
ti, ita eadem omnino ratione in diffamato hic statuendum est: ut siquidem nec sponte nec uoluntariè ue-
nit, sed stimulatus propter diffamationem, & naturalis caussa ac principalis magis attendenda est quàm
accidentalis, ratione fori reus æstimetur, per ī. nota. & c. Damnum, De reg. iur. in 6. Sicut idem quòd
iudex diffamati hic competens sit, asserit Bal. in d. l. unica, C. ut nemo inui. ubi & Alex. in add. Et hanc sen-
tentiam expreßè affirmat Anton. de Butr. in d. c. si diligenti, col. 9. uers. sed posito quòd requiratur senten
tia. & in specie planè in c. si clericus, in ult. quæstio. De for. compe. & in c. quinta uallis, col. antepen. uers.
uenio ad quartum coram quo, De iureiuran. per d. l. fin. C. De usur. pup. & per no. Bar. in d. §. arbitro-
rum ff. quæ idem no. in d. c. Cum inter, in fin. De excep. & hanc opinionem etiam apertè probat Abb. in
d. c. si quis contra clericum, circa prin. uers. Et hoc puto procedere. & sequitur Felyn. ibid. & in c. Ea
quæ, col. j. De re iudica & in c. Sin autem, col. fin. De rescrip. & Dec. quoq; in c. 2. col. 4. De proba. &
24 Socyn. d. cons. 94. uol. 3. Et quòd l. diffamari generaliter † de quocunq; actore diffamante intelligatur,
ut ille sequatur forum rei diffamati, specialiter etiam decidit Ioan de Imo. in l. De pupillo, §. si is cui, ff. De
op. no. nuncia. & idem in eandem sententiam in c. lator. super uerb. omnino, sub. uerb. exceptio, §. Exce-
ptionem habens, Extr. qui filij sint legi. Et hanc tanquam communem ac legitimis rationibus fundatam
nouißimè sequuntur ac adprobant hic Ioan. Ferr. & Hiero. Cagno. Ex adductis itaq; hanc sententiam
communiter receptam, ac iure quoq; expresso comprobari liquet, d. l. qui habent, ff. De tutel. & d. l. In
contractibus, §. fin. C. De non num. pecu. & l. Cum uendente. ubi Iac. Butr. & Bal. C. Vbi causæ fisca-
les, & l. A Diuo Pio, §. si super, ff. De re iudi. & d. l. Cum hi, §. Transactiones, & d. l. fin. De usur. pu-
pill. & quod no. in c. olim, De iniur. cum sim. Irrefragabiliter deniq; atq; luculenter hæc sententia d. no-
uißima Imperiali constitutione confirmatur, ut mox uidebitur. Quod uerò suprà dictum est, reum ex-
ceptionem sibi competentem coram iudice cui ipse subiectus est, proponere posse, licet iudex actoris non
25 sit, putat id Abb. in d. c. si quis contra clericum, procedere in exceptione † propriè dicta, quæ tantum
stimulato seu stimulando stimulo actionis competit: secus esse in exceptione impropriè dicta, quæ compe-
tit etiam non stimulato, & hoc ratione publici interesse, ut quando oponitur contra electum confirman-
dum uel confirmatum consecrandum, ubi satis est quòd actio sit in potentia ut deduci poßit: & hanc ex-
ceptionem quæ intentionis appellatur, non coram iudice rei, id est excipientis, sed coram iudice ipsius ele-
cti discutiendam, ex ratione quòd quæstio principalis sit de per se, nec expectare ad aliud iudicium, ut i-
bid. Abb. per c. fin. De electio. lib. 6.

Atq; ex iam adductis omnibus & ipsa materia l. nostræ fundari quoq; non minima ex parte uide-
tur cautela, quam ponunt DD. in l. Consulta Diualia, C. De testam. & Ang. in l j §. Hæc stipulatio, ff. si cui
26 plus quàm, per l. Falcid. per quam effici posse putant, ut ferè nunquam actor † forum rei sequatur, scili-
cet si ille qui agit, compareat, & dicat iudici, Ego sum acturus ad talem, &c. faciatis fieri proclamare, ut
omnes qui sua interesse putant compareant. Nam hoc casu arbitrantur eum qui putauerit sua interesse,
& comparuerit, etiamsi fuerit clericus, teneri respondere in foro actoris: nec quicquam illum iuuare ex-
ceptionem, quòd actor rei forum sequi debeat. actorem siquidem replicare posse, quòd ipse eum reum
non faciat, sed si putet aliquid sua interesse in præsenti lite, se coram suo iudice defendat: nec eum compel-
li posse ut suum sequatur forum. quam cautelam ut ualde singularem perpetuò in practica notandam mō
net Socyn. in suis fall. in reg. actor regulariter, in fin. Stat igitur firma, ut optimis rationibus ac ex-
presso iure confirmata sententia, quòd agens ex l. diffamari ut reus censendus, & quòd ipsius iudex ut or-
dinarius, ac in hoc iudicio competens, non diffamantis requirendus sit. Nec quidquam hic contra-
ria superius allegata remorantur, quæ ex hactenus traditis facile solutionem recipiunt: & in specie non
27 obstat d. l. In tribus, ff. De iud. † ubi Caius inquit: Sed magis placuit eum uideri actorem qui ad iudi-
cium prouocasset. quia ibi Iurisconsultus non in genere, sed specialiter ac in tribus tantum diuisorijs iudi-
cijs loquitur, rationemq; annectit, scilicet quòd par causa omnium uidetur. Verùm hic longè diuersa
apparet

apparet ratio,& planè dispar & diffamantis & diffamati caussa est:sicut ea diuersitas ex no. Innoc.Ho=
stien.& Ioan Andr.*in c.lator.Extr.qui filij sint legi. clarè sumi ac percipi potest. & fi.c.quidam, 5.q.1.*
unde cùm hic longè diuersa ratio ac caussa utriusq; appareat,diuersum quoq; ius † arbitrari debet, l.In= 28
ter stipulantem,§.sacram,ff.De stipul.l.fin ff.De ritu nup.cum sim.quod maximè hinc inde quoq; proce=
dit,quòd diffamatus primitùs propter diffamationem ad caussam necessitate quadã famæ suæ aut rei tuen=
dæ prouocatus,ut suprà demonstratum est, intelligitur. unde etsi hoc ipsum dictum Caius *generaliter pro*
posuisset,sicut id in specie fecit:falleret id tamen in casu l.nostræ tanquam specialiter exempto: ubi senten=
tiam pro Crescẽte diffamato absolutoriam latam esse constat. Maximè igitur cum & æquitas hic subsit,di
ctum illud Caij in casu nostro nõ fallere ineptum esset,arg.notab.gl.in Auth.ut sine prohibi.matr.in prin.
super uerbo æstimamus.Sic igitur nec d.l.libertus à patrono,cum ibi præall.no. & d.c.forũ, §. accusator,
eum qui primò litem incipit,actorem actorisue loco uideri,hic quidquam obstat.Si enim respiciendũ,quid
& primitùs & principaliter fit,patebit in hoc iudicio diffamatum primum prouocatum, & ut Abb.*in d.*
c.si quis contra clericum,loquitur futuræ actionis accusationisue stimulo stimulatum : dein in ipso iudicio
principaliter diffamationis quæstionem discutiendam. Nec hic quidquam impediet, quod iam obijci pos=
set,contra diffamantem non comparentem nec agentẽ, nihilominus tamen sententiam ferri: quia hoc sicut
in alijs iudicijs ac institutis actionibus, fit † in contumaciam non comparentis,ac mandatum iudicis con= 29
*temnentis,l.*Contumacia,*ff* De re iud.*cum sim.* Vnde *& si quod ius propter quod diffamare cœpit habuit,*
hoc ipsum p eiusmodi sententiã, sicut & actor cõtumax & institutã actionẽ suã intra statutũ tempus non
prosequens,propter ipsius cõtumaciã meritò amittit.Sicut in hãc sententiã Imperatores *in l.nostra euiden*
ter cõcludunt:ibi, Vnde *cõstat meritò rectorẽ prouinciæ cõmotum,&c.*Nec *quidquã etiã hic officit,quod*
post alios Alex.*in d.l.libertus scribit,reprobãdo opinionẽ* Anton.*de Butr.in d.c.Cũ inter,* De excep.*illud*
enim ut satis ex ipsius d.cõs.103.& add.suis ad Bal.*in d.l.unica,C.ut nemo inuitus, uidere est nõ simplici*
ter aut generaliter intelligendũ,sed solũ in excõmunicato,qui nõ põt stare in iudicio nisi pro defensione ur
gente ac necessaria,secũdũ d.c.Cũ inter,& d.c. Intelleximus, De iudic. *Sed in l.nostra magis uoluntaria q̃*
*præcisè necessaria est defensio,ut s.cap. 2.in fi.deductũ.*Nec *hic quidquã* Odofre.*dictũ in d.l.præsenti,re=*
*moratur.cũ ibi ad id quod accidentaliter fiebat,tantũ respexerit.ita nec hic curãdũ uenit quod no.*Paul.*de*
Castr.*in d.l.In criminali,C.* De *iurisdi.om.iud.ibi enim ut planè singularis est,nec aliqua euidẽti ratiõe di=*
ctũ suũ cõprobat,ita illud & ex superiorib.facilè solutionẽ capit. Quod aũt pro contraria opinione cons.
Neapolitan.*iudicauit ut* Matth.*de affli.d.deci.268.refert,&* Nic.Boer *d.decis.255.sequi & aliqui ad=*
probare uidẽtur,nihil etiã hic obstare põt.Id siquidẽ † cõtra cõmunẽ DD.*sententiã ac præstãtiorib.ratio* 30
nibus fundatã,factũ esse ex s.deductis apparet:ideoq; eiusmodi decisio.reprobari posse, constat ex notab.
tex.in c.Neq;,dist.9.ubi etiã Domi. *dicit,q decisiões †*Rot*æ reprobari possunt, ut & illas reprobat in c.* 31
*duob.*De *rescrip.in 6.ad qđ idẽ refert* Cardin.*et* Petr.*de* Anchar.*et ibi declarat,quòd licet* Domini *de* Ro
ta à decisionib.suis recedere nolint,licet in cõtrariũ rationes ualidiores adducãtur, q tamẽ nõ nisi secundũ
ius iudicare habeãt:cũ ius nouũ cõdere,solius sit principis,&c. Sicut & nõ exemplis, † sed legib.iudican 32
*dũ esse,rectè sancitũ est l.*Nemo,C.De *sen.& interlo.om.iud.Ang.de Are in l.Si expressum,col.2.*De *ap=*
*pell.*Cæpoll.*cõs.8.*Pan.*in c.si quãdo,sup gl.penu.& fi.*De *rescrip.*Felyn.*&* Dec.*in* Rub.*eod. quod maxi*
mè hic dicẽdũ est,cũ ius expressum in cõtrariũ extet arg.gl.in c.fi.dist.20.queãdmodũ in hãc ipsam sentẽ=
tiã,quòd remediũ l.diffamari intẽtare uolẽs,illud corã suo iudice licet seculari, etiã cõtra prælatũ propo=
*nere possit,*Regiũ *cõciliũ* Neapoli.*postmodũ rectè pronunciauit,ut id refert ac comprobat* Anton.Cappy.
*in decis.no.*Neap.*decis.28.*In *caussa nobilis,referens ac adprobans in hoc* Alexan.*d.cons.103. uol.5.&*
*fi.pro ea decisione quod in specie no.*Innoc.*in c.cõquerente,* De *off.ordina. ita licet* Paris. *quoq; cõtrariã*
*opinionẽ sequi uideatur in d.c.*In *præsentia,* De *proba. cõtra tamẽ eũ certius cõcludere apparet ex d.cõs.*
*80.in fi.li 4.*Nec *etiã* Decij *authoritas quidquã hic impedit.quod enim d.cõs.487.& d.cõs.686.in par*
tẽ aduersam scripsit,manifestũ est eũ ibidẽ hoc ipsum magis exempli gratia, cũ id inter alia quoq; admini=
cula,cõplura cumulãdo secũdũ cõmunẽ cõsuletiũ cõsuetudinẽ,& regulã † l.spadonẽ,§.qui iura multa,ff. 33
De *excus.tuto.ad materiã duelli infrat fecisse,q̃ ut simpliciter eã opinionẽ adprobandã censeret.quod in=*
de etiã liquidũ sit,q docendo planè cõtrariũ expressè ac in specie asseruit,in d.c.lator.col.4.uers.secũdo,
Abb. *quærit post* Anton. *de* Butr. *qui fil. sin.legi. & in d.c.2.col. 4.* De *proba. Sic quoq;* Imperatorum
uerba in l. nostra, ibi, Vt *contradictionem faceret si defensionibus suis consideret, &c. nullam hic hæsita=*
tionẽ pariunt,ut s.in interpretatione uerborum declaratum est.ita nec d.l.purè, etiamsi directè intelliga=
tur, quidquam hic obstare potest,cum diffamare ad iudiciũ prouocare sit, ideoq; reus iam prouocatus ad
caussam censeatur, ut Bal. *hic circa fin. uers. item in l. nostra. Sic & quæ similia hic obijci possunt, sine*

aliqua ambiguitate seu difficultate ex suprà dictis, & finaliter ex nouißima Imperatoria constitutione resolutionem suam accipiunt.

Quemadmodũ igitur ex iã adductis omnibus euidẽter cõstat, diffamatũ quo ad beneficiũ fori, singulariter ut reũ priuilegiatũ: ita quoq; dici uix põt, q̃ homines quidã malitiosi in iudicio Imperialis Cameræ hoc beneficio ac priuilegio fori turpiter abuti cœperint: ex occasione q̃, cõtra omniũ tyrannidẽ ac iniquitatẽ
34 *omnib. in Imp. Rom. sacrosanctũ ac extremũ iusticiæ perfugiũ † Imperialis Cameræ iudiciũ existere creditur, omniũq; ciuiũ Romani Impe. paucis exemptis, ut supremũ ita & cõmune iudiciũ inuicẽ præstò est: tũ quoq; q̃, hoc beneficiũ ac priuilegiũ fori ex l. nostra diffamato cõpetẽs q̃ latißimè patet, ut etiã citatio hic à*
35 *iudicib. omnino extraneis fieri poßit: sicut in pũcto l. nostræ in Imperia. iudicio † Came. cõtra quẽcunq; diffamatorẽ, pceßus decernũtur, per no. Ro. in d. cõs. 53 & add. ad Bal. in d. l. unica, C. ut nemo inuit. cũ sim. etiã cõtra eos qui à iurisdictiõe iudicij Imper. Cameræ iure quodã suo singulari ac fori priuilegio exempti sunt, uel inuicẽ singularib. ac receptis exemptionibus uti cõsueuerũt: idq; adeò, ut hic nullus in uniuerso Imperio Ro. aliquo iure seu priuilegio suo, aliquáue exceptione cõtra citationẽ ex l. nostra in Imper. iudicio Cam. aduersum se impetratã, pmulgatã ac editã se tueri queat: idq; simpliciter ac indistinctè omnino, si diffamatus in prima instãtia Camerã, ut infrà dicetur, iudicẽ habeat: ut etiã hoc nomine cõdictio ex l. nostra*
36 *supra cæteras actionũ formulas singulariter triũphet. Etsi enim dicta priuilegia † fori, ac singulares istæ exemptiones in d. ordinatione iudicij Imper. Cam. denuò quib. inter se cõpetũt, Imperiali authoritate comprobatæ cõfirmatæq; sunt, atq; ibidẽ Imperialis sanctio extet: singulares, cõsuetas ac cõstitutas inter certas personas exemptiones, inuicẽ omnino retinẽdas seruãdasq; esse. sic enim in d. ordina. par. 2. tit. 2. quom. et corã quo iudice electores, principes, ac eiusmodi psonæ illustres inuicẽ iudicialiter cõueniri queãt. Inter cætera in prin. in hæc uerba habetur: Itẽ in cõtrouersijs iudicialib. inter electores, principes, ac eiusmodi psonas illustres, spirituales & laicos ita seruetur, qui singulares receptas legitimas exemptiones inuicẽ habẽt, his secũdũ earũ præscriptũ inuicẽ utãtur: qui uerò eiusmodi exẽptiones inuicẽ nõ habẽt, &c. de qua re etiã quo ad alias psonas in seq. tit. 4. §. 3. & seq. tractatur. itẽ quo ad eos qui singulariter à iurisdictiõe Imper. iudicij exempti sunt, cõstitutio Imperatoria d. par. 2. tit. 27. in hũc modũ extat: Cæterùm ordinamus, statuimus ac uolumus, ut oẽs ac singulæ psonæ & causæ, quæ nostræ Imperatoriæ iurisdictioni immediatè subiectæ, neq; p singulares exemptiones, huius nostræ ordinationis aut alia priuilegia, libertates, receptas ac legitimas cõsuetudines exceptæ sunt, in nostro Imper. Cam. iudicio cõueniantur, ac in cõtrouersiã uocẽtur.*
37 *His tamẽ omnib. exẽptionibus, † inquã, ac singularib. priuilegijs utcũq; cõfirmatis, diffamãs quo minus in iudicio Imperial. Cam. citatus cõparere cogatur, nullo modo gaudere poterit: sicuti hactenus in Imperiali iudicio cõtra quoscũq; laudabiliter seruatũ esse constat, etiã cõtra ipsos electores priuilegiatos. Nec quidquã enim priuilegia seu exemptiones dictæ, pceßus ex l. diffamari impedire poßunt. quod nũc clarũ ac expeditũ esse, ex nouißima ac singulari Imperatoria cõstitutione mox subnectenda in specie ac luculẽter apparebit: quãquã et olim ac semper ita in Camerã cõstãter obtinuit: licet antiqua ordinatio iudicij Cam. Anno 1532. Ratisbonæ edita, ut dicetur, utrãq; partẽ Cameræ subiectã esse requirat, & l. nostram solùm ad immediatè Imperiali iudicio subditos restringere, quãquã nõ dextrè, ut dicetur, uideri queat. siquidẽ ordi-*
38 *natio de exemptionib. † loquitur in casu cũ quis agit aut uult agere, nõ aũt cũ quis diffamat, & sic nõ uult agere: qui casus est omißus, & relinquitur dispositioni iuris cõmunis, quo in pũcto diffamatiõis etiã iudex planè extraneus habet cognoscere. Igitur tũc Camera iudex est, nõ attẽto q̃, diffamans inmediatè eo tribunali subiectus nõ sit, cũ iudex diffamationis sit: sicut semper ac rectè in iudicio Cameræ hactenus obtinuit. Cũ igitur Imperiale iudiciũ omniũ in Imperio iudiciorũ cõpetens ac supremum sit, dein beneficiũ l. nostræ latißimè pateat, ac constet omnem Imperiali Cameræ subditũ, quemlibet in Imperio, ratione diffamationis ibidẽ, nullis priuilegijs ac exemptionibus obstantibus, liberè ac rectè cõuenire posse: factum est, in quã, ut hac latã permißione iuris cõmunis simul & tanta beneficentia Cameræ Imperialis multi turpiter abuti, atq; exin & iudiciũ Imperiale caussarum impertinentiũ multitudine & partes temerè citatæ plurimũ grauari cœperint: quæ res postmodum cũ Imperatori, proceribus ac statibus Imperij, in aliquot comitijs manifestata ac proposita esset, inde quoq; ex illorũ pietate & prudentia remediũ accepit: atq; eapropter quibus qualiter ac quatenus, in puncto l nostræ, Imperialis Cameræ iurisdictione uti cõceßum, ne cuilibet Imper. hac amplißima iurisdictione ad libitũ hic suũ ac in alterius detrimẽtũ abuti apertũ ac permissum ulterius sit, accuratè ordinatũ atq; prouisum. Et quidem in comitijs Ratisbon. Anno 1532. ubi de ordina. iudicij Imper. Cam. tractatur, eo in receßu, inter cætera qualiter ibidem ex l. diffamari agi ac cognosci opor-*
39 *teat, in hæc uerba cautum ac constitutum habetur: † Postquam uerò ille articulus ad nostram ac electorum, principum ac statuum Imperij ulteriorem prouisionem deuolutus, cum punctum nos ac electores,*

principes

principes ac statua latius expendimus, et post diligentem habitam inquisitionem tantum reperimus, quod per «
processus ex l. diffamari causse non solū in iudicium deducantur, ac dein ita in suspenso relinquantur: uerū «
etiā partes cōtra nostrā ac Imperij ordinationē eorū ordinario iudicio atq; instātia excludantur atq; pri- «
uētur: quapropter statuimus, ordinamus ac uolumus, quòd l. diffamari in Cameræ nostræ iudicio intelligi «
ac usurpari debeat in fractæ pacis, iniuriosis, ac alijs caußis, & inter partes nostræ Cameræ iudicio imme «
diatè subiectas, eoue secūdū nostrā ac Imperij ordinationē pertinētes. Quod alias uerò psonas & caussas «
spectat, debēt hæ suis ordinarijs iudicibus relinqui, & casus in prima instātia ad iudiciū nostrum Cameræ «
haud spectātes ad ordinarios suos iudices remitti, &c. Ex qua ordinatiōe quidā cōcludēdū arbitrati sunt, «
l. diffamari in iudicio Cameræ solū ad immediatè & ex utraq; parte subditos Cameræ esse restrictā. quem
sensum licet ipsa cōstitutiōis uerba præ se ferre uideātur, eiusmodi tamē interpretationē & olim ac semper
cōtrarius usus, quod ex ea magna absurditas, & diffamatū immediatè Imperio ac Cameræ iudicio subditū or-
dinario suo iudicio, cōtra legitimū l. diffamari beneficiū priuari sequeretur, rectißimè reprobauit: cū quæ-
libet dispositio ita sanè intelligēda ac moderāda sit, ut omnis absurditas ac incōueniētia excludatur, l. de pu
pillo, §. si quis fortè, ff. De no. op. nūcia. l. pe. ff. Ad exhib. cū sim. De eadē igitur re in sequētib. comitijs Au-
gustanis Anno 1548. in noua illa ac pfecta iudicij Imperial. Cā. ordinatiōe plenius denuò ac certius à Ro.
Imperatore, &c. tractatū cōstitutumq; est, prout inibi in par. 2. tit. 25. q est, Quomodo in iudicio Cameræ
ex l. diffamari agi poßit, cōstitutio integra extat, in hūc modū Latinè se habēs: Quòd etiā † p processus ex 40
l. diffamari caussæ interdū in iudiciū deducūtur, ac dein ita in suspēso relinquūtur: unde quoq; partes con- "
tra nostrā ac Imperij ordinationē, ordinario suo iudicio atq; instātia excludūtur atq; priuātur. Eapropter "
statuimus atq; ordinamus, quod l. diffamari in Cameræ iudicio nostro intelligi ac usurpari debeat, in fractæ pa "
cis, iniuriosis ac alijs similib. causis, in quib. eiusmodi diffamatiōes uersutè, dolo malo, aliòue modo in alte- "
rius partis præiudiciū ac grauamen fiūt: neq; aliter † q si pars petēs, quæ in caussa principali rea, nobis ac 41
Imperio aliàs immediatè subiecta, uel ad nostrū Cameræ iudiciū, ex nostra ac Imperij ordinatiōe immedia- "
tè ptinet. Quòd etiā iudex noster Camer. ac assessores, priusquā eiusmodi pcessus decernāt, ratiōe diffama "
tiōis p scripta aut alia fide digna testimonia ac indicia informētur ac instruātur: et si eiusmodi pcessus de- "
creti, & diffamatio insuper, ut debet, pbata: tūc diffamāti † si diffamatus iudicio Cameræ in prima instan 42
tia immediatè subditus, uel aliàs caussa secūdū naturā eius cò ptinet, corā hoc nostro iudicio Cameræ: si ue "
rò diffamatus immediatè Imperio, uerùm in prima instātia iudicio Cameræ nō subditus, corā iudice ad quē "
caussa ordinariè spectat, certus terminus actionē suā pponēdi, hac clausula, si id minus faciat, qd' ipsi ppe "
tuū silētiū impositū esse debeat, statuatur: ac aliàs secūdū nostra ac Imperij cōmunia iura & ordinatiōes a- "
gatur & procedatur. Si uerò diffamatus Imperio nō immediatè subditus, neq; ipse uel caussa secūdū eius "
naturā eò in prima instātia ptinet, tūc ad instātiā eius partis in nostro iudicio Cameræ cōtra diffamātē, nō "
attēto, cuiuscūq; iurisdictionis sit, nullus pcessus decerni, uerùm caussa in ambob. pūctis diffamatiōis ac "
caussæ principalis ad ordinaria iudicia remitti debet. Quæ cōstititutio ppter breuitatē, qua hodie lin- "
gua nostra Germanica † accuratè ac elegāter admodū exornari solet, et tamē hic à stricta uerborū inter- 43
pretatiōe recedēdū minimè fuit, aliquā forsan difficultatē præ se ferre uidetur. Ea igitur in effectu quo ad
iurisdictionē diffamato in iudicio Cameræ tribuēdā, tres † casus distinctos ponit. Primò, quādo diffamatus 44
Imperio immediatè ac in prima instātia iudicio Cameræ subditus est, tūc † pcessus debēt decerni. Idq; ut su 45
prà satis demōstratū est, & ex hac cōstitutiōe Imperatoria clarè patet, cōtra quēcūq; diffamātē, nullis pri
uilegijs aut singularib. exemptionibus omninò obstātibus: ex suprà tradita ratione, quod ordinatio de exēptio
nib. de ijs q agere intendūt, loquitur: deinde quod diffamās hic licet agere omnino nō uel necdū uelit, tamen in
odiū eius tanquā actor habeatur. Si igitur status Imperij quantūcunq; priuilegiatus contra eum qui imme
diatè Imper. iudicio subiect⁹ est, uellet agere, hoc omnino corā ordinario suo iudice, hoc est iudicio Imper.
Cā. facere cogeretur. Igitur similiter et in hoc casu rectè ibidē, ne illi malitia sua lucrosa sit, cōuenitur, &c.

Secūdò, quādo diffamatus Imperio quidē immediatè subditus, † uerùtamē in prima instātia iudicio Ca 46
meræ nō subiectus est (de quib. in d. ordina. par. 2. post primū tit. titulus singularis extat) tūc ad petitionē
eius, diffamāti certus termin⁹, intra quē corā ordinario iudice diffamati diffamationē suā deducat, à Came
ra hac comminatione constitui debet, ut si id minus egerit, quod illi perpetuū silentium impositum esse debeat.

Tertiò, quādo diffamat⁹ Imperio nō immediatè † neq; itē iudicio Cam. in prima instātia subiectus est, tūc 47
in Cam. cōtra diffamātē, etiā si is imperio ac iudicio Cam. in prima instātia immediatè subiectus esset, nullus
omnino pcessus decerni, uerū caussa ad ordinariū iudicē, diffamati s. remitti debet. Ex hac igitur cōstitutio
ne, ut iurisdi. Cameræ Impe. cōpetat in pūcto l. diffamari satis patet, illā itē l. de quocūq; actore diffamāte in
telligi, ut ille sequatur forū diffamati rei: et ita iudicē diffamati omnimodo iudicē cōpetētē ac ordinariū in

hoc

hoc iudicio esse sine omni ulterius scrupulo ac contradictione constat. Et quidem primus ille casus clarus
48 est. quod uerò in textu d. constitutionis dicitur de caussis secundum naturam suam † ad iudiciũ Imper. Cameræ spectantibus, de fractæ pacis ac alijs, de quibus in d. ordina. par. 2. post tit. 8. tit. singularis extat, intelligendũ uenit. Quòd itẽ in secundo casu d. cõstitutionis remißionis ad iudicẽ ordinariũ cũ certi termini
49 præfixione, mentio fit: id nũc expeditũ est, ad cuius petitionẽ, ad quẽ & qualiter ea à Camera † fieri possit ac debeat: tamẽ & antea si citatus petebat caussam remitti, remißio iuxta suprà dictã ordinationem de anno 32. fiebat, quãdo cõstabat de diffamatiõe remißio. Ita quòd statuebatur diffamanti terminus ad agendũ corã iudice ordinario nominando seu nominato, p reũ originariũ, infra quẽ terminũ, si idem diffamãs actionẽ nõ proposuisset, quòd tũc in puncto absolutionis, impositionis silentiũ fieri deberet in Camera ad instantiã rei originarij: quod iustũ est. & sic ex utraq; ordinatione patet, q. licet reus diffamatus immedia-
50 tè † Imperio, uerùm in prima instantia iudicio Cameræ subiectus nõ sit: ad ordinariũ tamẽ suũ iudicẽ remißionẽ caussæ fieri debere. Quod ipsum recto, legitimo ac cõmuni ordine ,pcedit. quẽadmodũ enim reus hoc beneficio gaudet, ut nõ nisi corã ordinario suo, in prima instantia cõueniri poßit ac debeat: sic quoq;
51 & hic in præiudiciũ inuiti actoris hũc omittere nõ põt; q. hic is reus reputetur, et q. fauor actoris sit † plures habere iudices, cui reus renunciare non põt: per ea quæ pulchrè no. Socyn. in c. proposuisti, & in c. Cũ sit generale, De for. cõpe. Vltimus casus d. cõstitutionis hic dubiũ nullũ habet: tota caussa siquidẽ diffamationis atq; si nunquã quidquã in iudicio Cameræ petitũ ac deductũ fuisset, corã ordinario diffamati, licet diffamãs in prima instãtia immediatè iudicio Imperiali subiectus sit, peragenda atq; tractanda erit. Et sic ex Imperiali hac cõstitutione patet, eorũ petulantiã ac uersutiã, qui beneficio hoc l. diffamari latißimè patente in amplißimo illo Imperiali iudicio Cameræ aliàs omniũ Imperij ciuiũ atq; adeò ipsius sacrosanctæ iusticiæ in orbe Romano unico ferè ac supremo asylo, in aliorũ detrimẽtũ abuti nõ uerebãtur, egregiè ac prudenter coarctatam atq; restrictam.

Etsi uerò ex superius traditis, quẽlibet iudicẽ diffamati in hoc nostro iudicio iudicẽ cõpetentẽ ac ordi-
52 nariũ esse satis cõstat: tamẽ cũ etiãnũ apud quosdã, an quilibet iudex poßit silentiũ † imponere, quæstio in dubio relicta supersit, & ea hic certius ac specialius necessariò diffinienda erit. Et quidẽ nõ quẽlibet iudicẽ posse, uult Andr. Barba. in c. In præsentia, nu. 37. De proba. Et quis iudex processus, & quãdo citationem cõtra nõ subditũ poßit decernere, decidit Dyn. in c. Ea quæ, De reg. iur. in 6. et tractat plenè Socyn. in d. c. Proposuisti, De for. cõpe. Verũtamen ne hic lõgiore disquisitione opus sit, q. quilibet iudex ordinarius aut præses prouinciæ idipsum ac ex l. nostra decernere poßit, ex textu ipsius l. diffamari luculenter ac aliquoties patet, ut ibi, Cũ affirmes diu præsidẽ unũ atq; alterũ. & ibi, Vnde cõstat meritò rectorẽ prouinciæ. itẽ ibi, Aditus præses prouinciæ, &c. sicut in hoc & Boer. d. decisio. 255. nu. 12. in fi. rectè cõcludit. Atq; cũ diffamare species delicti sit, ubiq; diffamantẽ, ut & suprà deductũ, tanquã corã iudice cõpetente ac ordinario cõueniri posse, similiter satis liquet iuxta l. 3. ff. De off. præsid. cũ sim. Et sicuti cõdictio l. nostræ in
53 omnibus caußis diffamationũ locũ habet: sic etiã in istiusmodi caußis decerni ac citatio fieri, nõ solùm † à superiore, sed etiã ab inferioribus & omnino iudicib. extraneis põt. fa. d. c. conquerenti, & quod ibi no. De off. ordin. Neq; hic aliqua alicuius priuilegij allegatio locũ meretur: sicut in Imperiali iudicio cõtra electores priuilegiatos alioquin aut exemptos, ut satis suprà ostensum, cõstanter seruatur. Vnde hic nõ solùm de-
54 cisio illa cessat, q. † citatus nõ teneatur cõparere ad allegandũ priuilegiũ suum, si notoriũ est iudicẽ nõ habere iurisdictionẽ, uel habere eligibilẽ in caussa, prout no. gl. in c. si duob. ubi & Abb. De appell. & in clẽ. pastoralis, §. Pisana, De re iudi. et c. ueniẽs, De accusa. et c. si episcop⁹, 3. q. 2. sed ne qdẽ hic ulla ulli⁹ priuilegij seu exẽptiõis ,pductio quidquã iuris uel aliqua ratiõe, sibi uindicare põt: sicut ex ſ. traditis clarè elucet.

Atqui postremò hoc in loco cõmodè adhuc ac utiliter quæstio illa enodari poterit: Si diffamatus plures
55 iudices habeat, † & condictionem ex l. nostra cõpetentẽ corã uno intentauerit, petendo perpetuũ silentiũ imponi creditori, qui illũ debitorẽ suũ esse diffamauit: inde prouocatus corã alio ex prædictis iudicib. compareat, atq; agẽdo petat id quod sibi deberi prætẽdit: utrũ iã exceptio litis pẽdẽtiæ obstare queat, et ad quẽ caussa remittẽda sit? Et quidẽ Socyn. cõs. 94. uol. 3. cõsuluit electionẽ iudicis actoris esse, scilicet creditoris. pro quo etiã fa. quæ idẽ no. in d. c. proposuisti, & d. c. Cũ sit generale, De for. cõp. Sed in cõtraria sententia, q. corã eo iudice corã quo primo beneficiũ l. nostræ intentatũ est, caussa peragi debeat, est Felyn. in d. c. Cũ sit generale, col. 4. Verùm in hac quæstione ritè ac legitimè discutienda, quo ad iudices distinguẽdũ omnino esse uidetur. Aut enim diffamatus qui plures iudices habuit, inferiore ac ordinario suo iudice præterito,
56 superiorẽ protinus à quo ulterius appellare nullo modo datũ accesit: & sanè † hoc casu opinio Socyni procedere põt, per ea quæ & suprà dicta sunt, & q. fauor actoris sit plures habere iudices, cui reus renunciare nõ põt, ut Socyn. in d. c. proposuisti, &c. et q. actori hic eodẽ priuilegio ac iure uti cõcessum, quo ipse reus,

reus, si primò ab actore fuisset cõuentus, uti potuisset: ut scilicet primũ corã ordinario suo & ordinatim ac gradatim, nõ ꝑtinus corã superiore à quo nulla amplius daretur seu cõcederetur appellatio, cõueniretur: sicut ex d. ordina. iud. Cam. secũdus casus exemplũ esse põt. ubi licet diffamatus immediatè quidẽ imperio, tamen si in prima instantia iudicio Cameræ Imperialis immediatè subiectus haud sit, caussam ad ordinariũ suũ iudicẽ remittẽdã esse cõstat. Neq; uerò hic ad rẽ pertinet quærere, si diffamatus iudicẽ aliquẽ ex ordinarijs diffamantis accessisset, per quod magis Socyni opinionẽ ut ueriorẽ cõprobari uideri posset, cũ is planè hic iudex incõpetens sit, nec diffamatus hũc inter suos iudices ordinarios aliquo modo habere intelligatur ꝑ hactenus tradita & ea quæ no. Bar. in l. In criminali, C. De iurisdi. om. iud. ut eum allegat Alexan. d. cons. 103. nu. 2. uol. 5. cũ sim. s. latè deductis. Aut igitur ipsa quæstio de iudicib. inferioribus ac ijs qui superiorẽ agnoscũt, & ad quẽ postmodũ appellare iure permissum, uel alijs ordinarijs parẽ potestatẽ habẽtibus, & ita ubi nullũ actoris periculũ seu præiudiciũ uertitur, siue aliquo iuris beneficio priuari præter iuris ratio nẽ põt, intelligẽda est. Et tũc quidẽ si corã uno ex his ordinarijs diffamatus cõdictionẽ ex l. nostra instituisset, ex in iã diffamãtẽ corã alio iudice cõparere, & diffamationis caussam ac principalẽ peragere nõ posse. & sic Felyn. sententiã magis probãdã ac firmiorẽ esse meritò existimari põt: ꝙ primũ ex ipsis uerbis l. diffamari ꝓbari uidetur, ibi, Præsertim cũ affirmes diu præsidẽ unũ atq; alterũ. ubi uerbũ alterũ nõ solũ ad successorẽ, ut ibi gl. et Bal. uoluerũt, sed ad quẽlibet aliũ alterius prouinciæ præsidẽ referẽdũ esse, suprà in uerborũ interpretatione ostẽdimus. Fuit igitur diffamato libera electio inter præsides atq; rectores, quorũ singuli in singulis suis prouincijs parẽ potestatẽ habuere, cõcessa. & fa. d l. 3 ff. De off præsid. & quod diffamare delictũ, &c. Deinde si opinio Socyni generaliter ac simpliciter uera ac intelligẽda esset, sequeretur quoties diffamatus plures haberet iudices, omnẽ institutã ex hac l. nostra condictionẽ ad uolũtatẽ diffamãtis agere uolẽtis eludi ac frustrari posse, & licitũ esse præsidis authoritatẽ cõtẽnere, cõtra l. si prætor, ff De iudi. & l. fi. ff. Ne quid in loco pub. cũ sim. Et sic beneficiũ l nostræ quo ad forũ diffamato cõcessum auferretur, atq; in ipsius dispẽdiũ retorqueretur, cõtra reg. Indultũ, & c. quod ob gratiã, De reg. iur. in. 6. quod esset absurdũ. quare præsens quæstio † ita tẽperari ac moderari debet, ut omnis iniquitas ac absurditas excludatur, arg. l. Nam absurdũ, ff. De bon. liber. c. In Genesi, De electio. & c. quẽadmodũ, De iureiurã. cũ sim. 57

QVID ET QVA RATIONE PETENDVM, AC QVALITER IN HOC IVDICIO LIbellus rectè formari posit ac debeat.

CAPVT V.

1 Citatio fundamentum ordinis iudiciarij.
2 Libelli porrectio de processu iudicij non est.
3 Libellus primitùs iudici offerendus, ut super eo rectè expediat citatio.
4 Supplicatio ꝓ citatione ipsam libelli ac petitionis substantiã præ se fert.
5 Libellus diffamati nihil aliud est, ꝙ exploratio uoluntatis diffamãtis.
6 l. diffamari iudicium super solo diffamati libello fundatur & procedit.
7 Libellum an offerre teneatur, qui l. diffamari iudicium intentat.
8 Libellus in scriptis generaliter porrigendus est
9 Libellus in scriptis in iudicio l. diffamari rectè exhibetur.
10 Libelli duo, unus ad tempus præfigendum, alter ad silentium imponendum, an in hoc iudicio exhibendi, an uerò unicus sufficiat.
11 Silentium de natura litis imponendum uenit.
12 Libello an addi uel detrahi posit in tribus suis substantialib. partibus.
13 Sententiæ confirmationem quis à iudice petere potest.
14 Libellus denuò, si citatus in termino non cõparuit, ut in cõtumacia contra eũ ad silẽtij impositionẽ procedatur in iudicio Cam. exhibẽdus.
15 Petitione duplici interdum etiam post citationem contra diffamantem non comparentem in Imperiali iudicio diffamatus utitur.

16 Citationis

53 Libelli

53 Libelli ſeu petitionis ſummariæ forma, in cauſa ead. & ibid.
54 Supplicationis pro manda. & citatione iuxta l. diffamari forma, in cauſa turbatæ poſſeſsionis.
55 Turbatus in poſſeſsione etiam de facto, remedio l. diffamari uti poteſt.
56 Verbalis inquietatio etiam moleſtatio dicitur, & contra eam interdictū unde ui intentari poteſt.
57 Turbatæ poſſeſsionis in cauſis ipſa Imperialis ordinatio timorem armorum præſumit.
58 Turbata pro poſſeſsione directè protinus & conſultò in iudicio Cam. & quomodo agi poſsit.
59 Turbato decernitur cautio de amplius non turbando, unà cum intereſſe & expenſis.
60 Turbantis poſt mortem ſententia in filium & hæredem fertur.
61 Supplicationis pro manda. & citatione iuxta l. diffamari forma in cauſa famoſi libelli.
62 Libelli ſeu petitionis ſummariæ forma, in ead. cauſa.
63 Libelli in quo poſt citationem diffamanti denuò terminus conſtitui petitur, finalis petitionis ſeu concluſionis forma.
64 Supplicatio pro citatione expedita ratione in ſe complecti poteſt, ut ſimul citato ſi minus comparuerit, terminus ſibi ad uidendum & audiend. imponi ſilentium conſtituatur.
65 Libelli forma ubi poſt citationē protinus ad impoſitionē ſilentij agit.
66 Supplicatio pro citatione, & ipſa citatio in iudicio l. diffamari, eſt tantū exploratio uoluntatis diffamantis.
67 Contumacem contra, niſi inſtante altera parte, non proceditur.
68 Sententia contra in termino non comparentem ut feratur, à diffamato peti debet.
69 Libellus in iudicio Cam. poſt citationem cū comminatione ſilentij emanatam oblatus, tantū cōtumaciæ eſt accuſatio, & iudicis cōminatio.
70 Citatus ad comparendum primitùs ſub pœna ſilentij in iudicio Cameræ idcirco non grauatur.
71 Citatio interdum cum comminatione pœnæ fit in iudicio Cam. Imp.
72 Supplicationis pro citatione cum comminatione ſilentij, finalis petitio ut formari poſsit.
73 Libelli pro citatione ex l. diffamari in cauſſa matrimoniali, forma.
74 Citationis ac proceſſus iuxta l. diffamari in cauſſa matrimoniali, prout in Conſiſtorijs ſpiritualib. forma.
75 Matrimonij fauore multa cōtra iuris cōmunis ſeriē ſpecialia cōcedunt.
76 Libelli ex l. diffamari in cauſſa criminali, ſcilicet homicidij, &c. forma.
77 Diffamans de crimine falſo non ſolum ex l. diffamari conueniri, ſed & accuſari poteſt.



ICET *citatio † fundamentum ordinis iudiciarij ſit, ut* Specula. *in tit.* De *cita. in princ.* 1
& regulariter ab ea iudicium incipiat, §. fi. Inſtit. De *pœn. tem. litigan. atq; hoc nomine*
à practicis ſcriptoribus plerunq; citatio conceptioni libelli præponi ac tradi ſoleat: ma-
ximè cū ipſa libelli porrectio † de proceſſu iudicij non æſtimetur, ut Bal. *in* Rub. C. De 2
in ius uoc. & Bal. *&* Alex. *in l. j. ff. eod. &* Felyn. *in c. j. col. j.* De *lib. obla. & de iure ue*
rius eſſe exiſtimet, q́ quis prius citari debeat, q̃ libellus offerri. Petr. Ferr. *in ſua. pra. ſub*
Rub. *form. actio. real. §.* Ad *euidentiam, nu.* 12. *iuxta glo. in c.* Eccle. *ſanctæ* Mariæ, Extr. De *conſtitutio. &*
c. quoniam contra falſam, Ext. De *proba. tamen cum conſtet, meliori ac luculenta ratione eum in practica*
ordinem in omnibus bene inſtitutis iudicijs ſeruari, ut primò iudici offeratur libellus, & poſtea ſuper eo
expediatur citatio, eo q́ iudex † primò uidere libellum debet, ut rem acutius perpēdere, ac deliberare poſ 3
ſit, an libellus iuſtus ſit ut ſuper eo procedatur, ſicut Bar. *&* Bal. *in* Auth. *offeratur,* C. De *litis conteſta. &*

Bal.in l.Cũ clericis,C.De episcop.& cler.& Ioan.de Imo.Panor.& multũ notabiliter Felyn.in d.c.j.col. j.& sequitur Maran.in sua practi.in 6.par.uerb.libellus,nu.17.Sicut in supremo Cameræ Imperialis iudicio primũ pro citatione supplicandũ esse antequã decernatur citatio,notum est: in qua planè supplica-
4 tione ipsa requisita † substantialia,licet denuò libellus summarius post citationẽ exhibendus sit,exquisita ratione cõtineri necesse est:uti & in cæteris hinc inde claris iudicijs uidere est,ubi ipse ferè libellus ex parte iudicis loco citationis ad citandos mittitur.sicut & hãc cõmunem practicã esse Petr.Ferr.loco allega.asserit,et hãc fundari ex c.significauit,Extr.De libelli obla.Id ipsum uerò cũ in nullo alio iudicio atq; in hoc
5 nostro adeò locũ solidũ sibi uindicet,ut libellus hic noster nihil aliud † q̃ diffamãtis citationẽ ad explorandã ipsius uoluntatẽ an ipse agere uel accusare nec ne uelit,requirat ac impetret: meritò in hoc iudicio nostro legitimũ principiũ libelli oblationẽ cõstituimus,eamq; citationi debito ac rectißimo ordine præponi-
6 mus:cũ iudiciũ hic quantũ l.nostræ processum spectat,super diffamati libello † tanquã unico ac principalißimo fundamento fundetur ac dirigatur:idq; in tantũ ut si diffamans legitimè citatus nõ cõpareat, probata diffamatione super solo libello hic iudiciũ procedat,ac sententia planè condẽnatoria cõtra diffamatorẽ feratur.Itaq; in hoc nostro iudicio,quod suprà dictũ est libelli porrectionem de processu iudicij nõ esse, omnino limitationẽ recipit:ubi uel maximè uerũ est ac procedit,quod de libello, q; is de substantia ordinis iudicij sit,not.Abb.in c.Cũ i & a,De re iudica.& in c.Examinata,De iudic. & fa.c.unic. De lit.contesta.
Quæ res tamẽ cũ aliquod scrupulũ hic habere uideatur,nõ inconuenienter nũc primùm ea quæstio tractabi-
7 tur,An in hoc nostro iudicio libelli oblatio † necessaria sit,nec ne:q; etenim is qui remedio l.diffamari in iudicio uti uult,nõ teneatur libellũ offerre,nec litẽ cõtestari,nec aliũ iudiciariũ ordinẽ obseruare,sed solum petere poßit ac debeat terminũ aduersario aßignari,infra quẽ doceat de iure suo,aliàs si nõ doceat postea nõ audiẽdũ,no.Bal.in l.nostra,& Bar.in l.Mancipiorũ,De op.lega.& Inno.in c.cõquerente,in 2.gl.De off.ordina.& in c.lator.Extr.qui filij sint legi.& clarè in c.In præsentia,Extr. De proba. ubi dicit, q; iudex ex officio suo & de plano & sine libello cognoscet quis poßideat,quãdo uterq; dicit se poßidere.sicut in simili uidemus,cũ terminus actori statuitur ad eligendũ,d.l.Mancipiorũ,& ibi Bar.putat istud officium nõ implorandũ dato libello ordinario,sed summariè tãtũ de plano,& sine causæ cognitione, secũdũ Dyni opinionẽ in l.Titia,ff.De accusa.& in c.Inoultũ,De reg.iur.lib.6. Atq; adeò Bal.hic procedere putat, q; aßignatio termini ad probãdũ sine libello fiat:ut & quãdo neutra partiũ uult libellũ offerre,sed armis & uiribus de facto litigare,allegat l.liberis,§.ult.ff.De liber.caus.Verùm his nihil impediẽtib. ut generaliter libel-
8 lus † in scriptis porrigẽdus est,ut rectè Io.de Imo.Panor.et Felyn.in d.c.j.De lib.obla.ita q; in hoc nostro iudicio libellus in scriptis planè offerri debeat,legitimè rectèq; usu ac hodierna fori ac iudiciorũ cõsuetudi-
9 ne seruatur: † primùm ut iudex super libello,an super eo ad citationẽ hic,quæ protinus præiudiciũ totius causæ in se cõplectitur,procedẽdũ nec ne sit deliberare secũ & cognoscere,similiter & postmodũ,ut aliàs regulariter,formare sententiã sciat,quæ secũdũ petitionis formã ferẽda est,c.licet Heli.Extr.de symo.Id qd' ratione citationis maximè hic iudici primitùs cogitãdũ erit,cũ ipsius sententiæ in hoc iudicio & uis & specialis quodãmodo forma,in citatione repræsentata sit,ut infrà suo loco uidebitur.Dein ut citatus quoq; diffamationis caussam animo rationeq; cõplecti,& de probation.b suis dispicere,atq; an cedere uel cõcedere è re sua sit ac expediat,cõsiliũ exquirere atq; deliberare ualeat: præsertim cum hic de pleno ipsius agatur præiudicio,atq; idcirco cautius agẽdũ sit,iuxta c.ubi periculũ, De electio. in 6 præterea q; totũ iudiciũ l. diffamari per se,super solo diffamati libello ac ipsa legitima iudicis citatione procedit,ut dictũ est, & in processu uidebitur. deniq; q; hic nõ nisi cũ aliqua caussæ cognitione ratione diffamationis iudex citationẽ ac processus decernere põt,sicut & iure cõmuni & nouißima Imperiali cõstitutione summa ratione sancitum ac ordinatũ esse,s.cap.j euidenter deductũ est.ex quo,quod no.Bar.in d.l.Mancipiorũ, hic nõ obstat, cũ ibi caussa manifesta ac plana sit,q; hæres durante electione,nõ poßit de familia disponere,ideoq; probatione nõ indigeat,ut l.j.cum sim.De exerci.hic uerò diffamatio omnino probari, ac de ea iudex plenè instrui debeat:unde rectè hic libellus cũ probatione diffamationis in scriptis iudici exhibẽdus, isq; exin citationi omnimodo inserendus uenit,ex rationibus suprà positis:& quod hodie ferè, & alijs de causis præstantib. in iudicijs legitimè institutis,in scriptis procedi solet.fa.Auth.offeratur, C.De lit.cõtesta.et quod no.Instit. De actio.in §.Tripli. Secũdo igitur loco bono ordine quæstio,quã hic Ioan.Fabri obiter mouet, an duo
10 libelli † dari debeant,unus ut tẽpus præfigatur,alius elapso termino ut silentiũ imponatur,sicut ex casu ferè l.nostræ colligere est:an uerò unus, in quo cõcludatur,ut cessetur,sufficiat,tractanda ac discutienda uenit.Et quidẽ prima facie, q; hæc quæstio exigui momẽti æstimari ac facilè subuerti poßit,uideri põt ex eo, q; licet in eiusmodi petitione uel libello nõ peteretur ut silentiũ imponeretur,tamẽ iudicẽ id supplere posse,cũ
11 silentiũ † de natura litis ueniat:ideoq; id specificè peti necesse nõ esse,secũdũ Bal.in quæst.per eũ disputata quæ

quæ incipit, Accusatus de ui turbatiua, col. 3. post prin. uers. Silentiũ enim qđ' uenit. unde facilè colligi põt
unicũ hic libellũ sufficere, licet in eo ut cessetur haud petatur. & rationẽ annectit Bal. q̃ ad iudicẽ pertineat
sententiã formare secundũ ius, c. Cũ dilectus, De ele. cũ sim. & si iudex secũdũ eũ nollet imponere silentium
nisi per partẽ peteretur, posse hãc additionẽ fieri in libello lite etiã cõtestata, cùm potius declaratio q̃ noua
petitio sit: nec obstare l. Edita actio, C. De eden. Nã licet, ut inquit, sit uerũ q̃ in libello † nõ possit addi uel 12
detrahi in tribus substãtialibus partibus libelli, facti scilicet narratione, obligationis uel iuris suppositione
& cõclusione post litẽ contestatã: tamẽ secus esse in his quæ incidenter petũtur, in quib. pars põt petẽdo et
iudex decernendo supplere, donec sit impositus terminus liti. & sic cum Bal. uideri põt simpliciter trãsire
Boer. decis. 255. nu. 9. Verùm hac obiectiõe ac similib. propter cõtemptã hic authoritatẽ iudicis, &c. neutiquã obstantib. constat hanc quæstionẽ ut dignã nõ immeritò à Io. Fab. hic motã: cùm ob doctrinã Bar. in d.
l. Titia, ff. De accusatio. in prin. ubi primò notat iudicẽ posse accusatori statuere tẽpus intra quod accusare
possit: secũdò, q̃ iudex elapso termino possit pronũciare eũ nõ esse audiendũ: tũ uerò maximè, q̃ in hoc iudicio in effectu & quo ad processum secundũ hãc distinctionẽ proceditur. Etsi enim unico & primo libello
peti põt & debet ut aduersario tẽpus præfigatur, et in eo nõ cõparenti silentiũ imponatur: tamẽ manifestũ
est, legitimè citato intra cõstitutũ terminũ nõ cõparenti, ut silentiũ imponatur, denuò à diffamato peti debere: sicut & secundã hãc petitionẽ primæ similẽ Ang. Are. Instit. in Rub. De excep. in 9. quæst. quẽ & hic
Cagno. adprobat, omnino requirit: sicut & j. ca. 8. plenius dicetur. Atq; hinc Io. Fab. hic infert, legẽ nostrã
ad hoc facere, q̃ † quis põt petere cõfirmationẽ sententiæ, ꝓ quo remittit ad ea quæ no. Inno. in c. j. Extr. 13
De cõfir. uti. uel inuti. Et hoc casu, q̃ cõtra citatũ in termino nõ cõparentẽ denuò libellus † exhibẽdus sit, 14
& stilo iudicij Cameræ Imp. cõprobatur. Etsi enim ibidẽ pro citatione primitùs rectè supplicatur, ut diffamatori ad agendũ terminus cõstituatur, aut si id minus egerit, ad uidẽdũ & audiendũ ipsi imponi silentiũ,
&c. tamẽ in ipso termino citato nõ cõparente seu agente, denuò ꝑ libellũ peti necesse est, propter hãc non
paritionẽ illi ꝑ sententiã silentiũ imponi. quod adeò quoq; uerum est, ut in dicto Imperiali iudicio etiã post
† emanatã citationẽ duplici quodãmodo libello seu petitione interdũ opus sit, ut si alia q̃ iã dictũ ratione 15
ex l. nostra agatur ac procedatur, sicut ante ordinationẽ nouissimã, ubi nõ admodũ strictè antequã citatio
aut processus decernerẽtur, diffamationis probatio ac deductio requirebatur, processum esse ac etiãnũ interdũ agi, & ex formis libellorũ inferius patet: ubi primitùs in supplicatione narrata diffamatione simpliciter petitur, citationẽ iuxta l. diffamari in cõmuni forma decerni: atq; exin in citatione diffamãti ad cõparẽdũ ac agẽdũ certus terminus, seu uerò ad uidẽdũ ac audiẽdũ illi ad hoc agẽdũ certũ tẽpus ꝑ sententiã cõstitui, intra qđ' si id minus egerit, tũc illi ꝑpetuũ silẽtiũ insuper imponi, &c. assignatur: ac postmodũ diffamatore in termino nõ cõparẽte nec agẽte libell⁹ à reo exhibetur, quo demũ petitur actori certũ cõstitui terminũ ad agẽdũ, intra quẽ si min⁹ egerit, ad uidẽdũ & audiẽdũ illi ꝑpetuũ imponi silẽtiũ: ubi in effectu secũdũ
Fabri ꝓpositã quæstionẽ ꝓceditur. imò et in hoc processu si nec in denuò cõstituto termino diffamator cõparuerit, & tertia petitione opus esse cõspicitur, licet ea sine scriptis forsan fieri queat: cũ cõtumacẽ cõtra
nõ procedatur nisi altera parte instãte, ut clarus textus est, & ibi DD. in l. properãdũ, §. Et siquidẽ, C. De
iudic. sicut & id infrà ulterius deducetur. uerũtamẽ cũ nõ ad cõparendũ ac audiendũ solũ sibi cõstitui terminũ, diffamãs ex l. diffamari, uerũetiã secundũ eius † energiã ac efficaciã ad cõparendũ protinus & ad 16
agẽdũ, idq; sub pœna impositionis ꝑpetui silẽtij citari possit: atq; hodie iudiciũ Cam. antequã processus ex
l. diffamari decernat, antea de diffamatione cognoscere habeat: cõueniẽtior forsan, † utilior ac expeditior 17
agẽdi hic modus erit, ut primitùs in supplicatione ꝓ citatione petatur actori terminus ad comparendũ ac
agẽdũ constitui, intra quẽ si id minus egerit, ad uidẽdũ & audiendũ illi insuper perpetuũ imponi silentiũ:
atq; si citatus in termino minus cõparuerit ac egerit, mox eodẽ in termino, ꝑ libellũ iã expeditũ contumacia nõ cõparentis accusetur, eidẽq; ꝑ sentẽtiã ut perpetuũ imponatur silẽtiũ, petatur, sicut & id diligenter
monet Ang. in d. Rub. De excep. in 9. quæst. uers. unde tu causidice sis cautus. & in idẽ hic cõcludit Io. Fab.
& Inno. in c. j. Extr. de cõfirm. util. uel inut. sicut & hæc agẽdi ratio infrà in libell. form. ulterius deducetur. In quæstione itaq; ꝓposita licet Io. Fab. & quidẽ quo ad dictã duplicẽ † petitionẽ simul in libello iungẽdã rectè in eã partẽ inclinare uideatur, q̃ unus libellus sufficiat, in quo & cõcludatur q̃ cessetur: in quã 18
etiã sentẽtiã adducit Inno. in c. Cõquerẽte, Extr. De off. ordinar. tamẽ & iã manifestũ est, si actor legitimè
citatus in termino minus cõpareat, ut eidẽ ꝑ sentẽtiã iudicis imponatur silẽtiũ, denuò à diffamato peti necesse esse: quæ ipsa petitio, ut ꝑ formã † libelli in iudicio Cameræ Imp. exhibetur, ita quoq; eiusmodi secũdã 19
petitionẽ, quo ad cõfirmationẽ cõminatiõis ac quasi sentẽtiæ in citatiõe adumbratæ, hoc est ut citato nõ cõparẽti silẽtiũ imponatur, etiã in inferiorib. iudicijs, ubi omnia certo ordine ac in scriptis agũtur, ꝑ libellũ
ac in scriptis cõmodè exhiberi posse nõ inficiari põt: sicut et j. c. 7. dicetur. Et ex his satis apparet, qualiter

adducta quæstio Fabri hic discutienda atq; moderãda sit, ꝓ duplici nẽpe petitione duplici libello distinctè opus nõ esse: unico siquidẽ libello & terminũ aßignari, & ut cesſetur peti posse: interim tamẽ cõtra nõ cõparentẽ secũdã petitionẽ, ad impositionẽ s. silentij, denuò repetẽdã in iudicio, &c. Nec ol stat quod superius contra hanc disquisitionẽ nostrã ex disputa. Baldi adductũ est. silentiũ de natura litis uenire, & quòd in his quæ incidenter petũtur pars petẽdo & iudex decernendo usq; ad terminũ litis supplere poßit: neq; enim id quidquã ad præsens negociũ nostrũ facit. principaliter siquidẽ hic de condictione quæ ex l. nostra cõpetit, loquimur: quæ ꝑ se sola si subsistat, licet post libellũ rei ac iudicis legitimã subsequutã citationẽ ac cõtumaciæ accusationẽ, ulteriorẽ processum secũ nõ producat, sententiã tamen iudicis æquè ac alia actio solẽniter in iudicio peracta, meretur. Cũ igitur in hoc nostro iudicio causam cognoscendã ac iudici libellũ exhibẽdũ atq; super eo sententiãdũ esse cõstet: sequitur quoq; libelli substantialia libellũ hic secundũ naturã
20 suã cõplecti debere. Et sicut in cæteris actionibus actor in † libello cõcludere habet necesse, l. fi. C. De fidei. lib. ita & hic omnino, cũ iudex nõ nisi quatenus petatur, officiũ suũ interponat, l. ut fundus, ff. Com. diuid. & l. 4. §. Hoc aũt iudiciũ, ff. De dam. infec. Itaq; ut aliàs, sic quoq; & hic petitio in libello secundũ l. diffa-
21 mari naturã neutiquã omittenda: cũ tota uis libelli in petitiõe uertatur, & iudex potißimũ ad cõclusionẽ † respicere debeat, quæ regulat, ampliat, restringit & determinat: ut dicit Ang. Instit. De action. circa prin. et ibid. sequitur Zas. & dicit Bar. in l. Aurelius, §. Sticho, ff. De lib. leg. ex cõclusione libelli apparere, qualiter præcedẽtia intelligãtur. Vnde quod frequẽter traditũ, libelli cõclusionẽ diligenter attendendã esse, adeò etiã procedit, ut si unũ narretur in libello, & aliud cõcludatur, ꝙ isto casu potius cõclusio inspicienda sit, ut Imo. notabiliter in c. super literis, Extr. De rescrip. quẽ etiã refert Bal in l. Edita, in repe. Paduana, in 9. col. & Ang. cõs. 25. pro decisione quæstionũ in j. col. in fi. Et hoc est qd' DD. in l. nostra & in uarijs hinc
22 inde iuris locis mox allegãd. tã diligẽter formã libelli nostri, præcipuè uerò eius cõclusionis tradũt: ubi † adprimè monẽt hic in cõclusione, iudicis omnino implorãdũ officiũ, ut actori nõ cõparenti nec agẽti ꝑ sententiã suã perpetuũ imponat silentiũ. Sic qd' Bal. in d. sua dispu. subiungit, si iudex nollet imponere silentiũ nisi ꝑ partẽ peteretur, sicut nec tenetur, ꝙ põt hæc additio fieri in libello lite etiã cõtestata: hic similiter pœnè impertinẽter quoq; adducitur, et à principali nostra cõdictione prorsus alienũ est: hoc est, si diffamator nõ cõpareat nec agat. ibi siquidẽ nec lis cõtestatur, nec ulterior processus requiritur, sed protinus ad instantiã diffamati ad sententiã cõtra nõ cõparentẽ proceditur. Cæterùm si diffamator cõparet, & per uiã recon
23 uentionis petit id super quo silẽtiũ sibi imponi petebatur, tũc hoc iudiciũ planè immutatur, & libellus † diffamati in uim exceptiõis resoluitur, ut Aret. in c. In præsentia, col. j et in 5. nota. De proba. de quo ĩ. latius.
24 Et ꝙ omnino dicta cõclusio in libello † ponẽda, sicut & à iudice in citatione inserẽda, ut & infrà suo loco dicetur, cõprobatur ꝑ ea quæ no. Imo. in c. Cũ in tua, ꝗ matrim. accus. poss. & in d. c. cõquerẽte, De off. ordin. & Ang. in l. quãdiu magna illa, uers. Et ideo sit semper cautus aduocatus rei, De adq. hær. ubi & Io. de Imo. et idẽ expreßè uidetur tradere Bal. in l. nostra, uers. modò quæro, & Salyc. ibid. uers. Itẽ nota cõclusionẽ libelli. & in ead. l. nostra Io. Fab. & Ang. Are. in d. Rub. De excep. in 9. quæst. uers. Et ista erit forma, & quæ plenè Barba. in d. c. In præsentia, nu. 37. & probat Boer. d. decis. 255. nu. 9 & Georg Natta in repe. clem. sæpe, col 35. De uerb. sig. & Cagno. hic. Sicut et oẽs DD. quoties ex l. nostra agitur, dictã cõclusionẽ uel maximè petitioni annectendã, simulq; in libello exprimẽdã, tradũt & seruant. Nũc igitur tertio loco cõuenienter cur & quatenus petendũ sit, dispiciendũ uenit. et quidẽ sicut regulariter omnis libellus tria
25 principaliter cõtinere debet: † primùm scilicet factũ seu caussam, dein obligationẽ quæ ex facto descẽdit, et iuris uinculũ est, Instit. De obliga. in prin. tertiò actionẽ ex obligatiõe quæ ꝓfluit: ita omnino hic loco facti ipsa diffamatio in libello recẽsenda est, de qua etiã iudex plenè instrui ac edoceri debet, ut s. c. j. deductũ est: dein loco obligationis quãtũ periculi ac præiudicij ex eiusmodi diffamatione, quæ et ꝑ se nõ minima delicti species est, immineat, & quatenus nõ ita diffamari sua intersit narrãdũ: tertio loco cõmodo ordine exponetur, quo iure, nẽpe secũdũ naturã atq; officiũ legis nostræ, ut ulterius indicabitur, petatur. Quousq; aũt sese
26 hæc petitio extẽdat, diffamatus diligẽter quoq; expendet: siquidẽ in petitione hic limites † ac fines l. nostræ transilire nullo modo licet, sicut nec iudex ulterius pronunciare põt. Saltẽ igitur in hoc iudicio libello petendũ, ut diffamatori certus aßignetur terminus, ac de iure suo quod se diffamando habere prætendit doceat: ꝙ si minus egerit, ei lapso termino super diffamatione & prætenso iure suo perpetuum imponatur si-
27 lentium. Et in his terminis † diffamato in libello suo consistendũ omnino erit, nec si super crimine aliquo uel statu suo uel certæ rei possesſione diffamatus sit, ulterius progredi ac petere poterit, ideo se à crimine per sententiam iudicis penitus absolui, uel liberum se uel possessorem pronunciari debere: sicut nec iudex, cum hoc non actum neque probatum sit, pronunciare potest, ut hic per Bal. Vnde error eorum manifestus fit, qui asseuerant de ingenuitate uel alia de re diffamatum, hoc iudicio se ingenuum,

legitimũ uel certæ rei poſſeſſorẽ pronunciari petere poſſe. nec enim hæc cõdictio eatenus ſeſe extẽdit, arg.
eorũ quæ no.in Rub.ff.De interroga.action.& quæ hic no.Bal.circa finẽ,uerſ.ſed nũquid iudex. Sicut nec
hic ſentẽtia inter certos lata,ignorãtibus præiudicare põt aut debet,iuxta l.Etiã,ff.De minor.ut eius regu
læ exẽplũ de legitimitate latè deducit ac explicat Inno.in c.Cauſa quæ,uerſ.ſed quæ res ſi uno petẽte,Extr.
qui filij ſint legi.Idipſum uerò ſicut in publicis citationib.cũ oẽs quorũ intereſt citãtur, limitetur,cap.ſeq.
clarius patebit.Et hæc quidẽ ex natura condictionis noſtræ uera ſunt.Cæterũm ſi diffamator cõpareret, † 28
ac de iure ſuo cõtra diffamatũ in iudicio experiretur,tũc ſanè ſi ſuccũberet,diffamatus legitimè petere poſ
ſet de crimine ſe p ſententiã abſolui,uel legitimũ ſe uel poſſeſſorẽ pronunciari: idq; tamen quatenus eũ ad
uerſariũ certũ ſpectat,ut j.ca.7.clarius.Neq; in hoc puncto alteratio † iudicis quidquã immutare põt,cũ 29
apud ſucceſſorẽ eadẽ uentilari ac proſequi debeant,quæ apud prædeceſſorẽ uentilanda erãt,ac proſequen
da etiã iudicio nondũ inchoato,ut notab.hic ex l.noſtra Bal.colligit. Quid aũt de expenſis in hoc iudi-
cio,an illas quoq; † diffamatus in libello ſuo petere poßit ac debeat?nũc omnino diſpiciendũ uenit.Et pri- 30
mùm quidẽ,licet aliàs quo tẽpore expenſarũ condẽnatio fieri debeat,conſtitutũ ſit ut per Panor.in c.Cũ di-
lecti,circa fi.De dol. & cõtum.& de expẽſis quoq; circa teſtes ſit cautũ,ut latè Ioan.And.in add. ad Spe-
cula.in tit.De teſte,§.qualiter,ſuper uerſ.teſtes aũt:cõſultò tamen ac ſingulariter in has litis † expenſas & 31
eas referimus,quas diffamatus primitùs ratione probandæ diffamationis fecit,quæ uel maximè hãc litẽ re-
ſpiciunt,cũ ante legitimã diffamationis deductionẽ atq; probationẽ,ut ſuprà dictũ eſt, iudex hic citationẽ
ac proceſſus decernere nequeat. Et quidẽ prima facie uidetur in libello diffamati expẽſas peti iure haud
poſſe:cùm citatio hic uoluntaria nec coactiua ſit,ut poßit cõparere ſi uelit,&c.ſicut dictũ,& cap.ſeq. ul-
terius dicetur:& hic præter perpetui ſilentij impoſitionẽ ulterior ac alia pœna diffamatori in iudicio hoc
cõſtituta nõ appareat:& abundè ſatis pœnas dediſſe uideatur is,qui protinus & penitus cauſſa cadit,om-
niq; iure ſuo aſſerto priuatur: nec uerißimile ſit, delictũ unum eadẽ lege uarijs æſtimationibus coerceri, ut
præclarè Papinianus in l.ſanctio legũ,ff.De pœn.Verùm his & ſimilibus neutiquã obſtantibus,uidetur de
cõmuni ſtilo Imp. Cameræ iudicij,aliorumq; bene inſtitutorũ iudiciorũ rectè ſeruari, † ut in libello diffa- 32
mati expenſæ circa hanc litẽ factæ,ſicut & in cæteris caußis regulariter ac cõmuniter fieri conſueuit, pe-
tantur:& in hac diffamator intra terminũ non cõparens,præterquã ꝙ illi perpetuũ à iudice imponitur ſi-
lentiũ, legitimè quoq; diffamato condẽnandus ueniat:cũ manifeſtũ ſit,& duplici † ratione diffamatorem 33
hanc ipſam expenſarũ pœnã incurrere:& quidẽ primùm,ꝙ diffamãdo grauiter , perniciosè ac periniquè
deliquit:deinde ꝙ & authoritatẽ iudicis in non cõparendo manifeſtè contemnit.Si igitur actori etiã meliorẽ
cauſſam habenti,propter ſolã abſentiæ contumaciã,pœna impoſita eſt,ut reo licet uicto,expenſas ſuas re-
fundat,† l.properandum,§.ſin aũt ex geſtis,ubi Alex.& Iaſ.C.De iudic. multo magis diffamator & ra- 34
tione calumniæ,& ratione contumaciæ,ut qui & iniquã cauſſam habuit, & legitimè citatus in termino il
li à iudice legitimè conſtituto cõparere contempſit,atq; adeò ſententia iudicis protinus condemnandus ue-
nit,expenſas ratione litis factas,reo diffamato refundere tenebitur:quẽ malitioſa diffamatione ſua ad iudi-
ciũ prouocaſſe,eumq; & immeritũ & inuitũ ad defenſionẽ neceſſariã compuliſſe cenſetur.Quod & inde
magis procedit,ꝙ lex noſtra hac in ratione præcipuè fundatur,ut malitijs hominũ obuietur,ut j. cap. ult.
uidebitur:& ꝙ hic de fraude remouenda † principaliter agatur.meritò itaq; pœna extendenda , arg.l.j. 35
§.fi.ff De calum.& l.ſed Iulianus,§.Mutui dationẽ,ff.De S.C.Maced.Sic ꝙ diffamato in hoc noſtro iudi-
cio expenſæ maximè debeantur,inde quoq; clarũ ſit, ꝙ diffamato præter remediũ legis noſtræ & actio in
factũ,& de dolo & intereſſe contra diffamantem competit,ut refert & proſequitur Ro.conſ.53. uiſo the
mate prænarrato. Præterea cũ certum ſit,propter lapſum inſtantiæ reũ petere poſſe ſe abſolui ab obſerua
tione iudicij,& actorem in expenſis condemnari,ut Cyn.in d.l.properandũ , in fi. & in §. illo proculdu-
bio:& ſequitur Ferrar.in ſua practi.ſub Rub.form.lib.in actio.rea.dela.§.Et expenſis,nu.6.ut & idem ꝙ
iudex in ſententia abſolutoria ab obſeruatione iudicij,actorẽ in expenſis condemnare debeat, uoluit Inno.
in c.finẽ litibus,De dol.& contum.& Bal.pulchrè in d.§.Illo proculdubio. Poterit igitur & maximè hic
reus expenſas petere , propter manifeſtam diffamantis malitiam ſimul ac contumaciam. Deniq; ſi ratione
contumaciæ expenſæ reo debentur,d.§.ſin autem ex geſtis:ſimiliter & expenſæ † ratione uictoriæ, & ra 36
tione temeritatis,& ratione calumniæ rectè petantur , ut Bar. in l.Eum quem temerè, ff. De iudi. certè in
hoc noſtro iudicio reo diffamato expenſas factas præſtare, cum hic ſimul & ſemel ſingulæ rationes poſitæ
concurrant, meritò ac optimo iure actor non comparens tenetur. Et cum ſuprà ca.j.dictum ſit,in hoc iu-
dicio tam officium iudicis implorari quàm condictionem ex l.intentari, omiſſa hic diſtinctione, quam faci-
unt Inno.& gl.in d.c.finẽ litibus,an expenſæ officio iudicis,an iure actionis petantur,ſtatuendũ eſt hic ſim
pliciter,ꝙ officiũ iudicis poſtuletur:ſicut id generaliter † certißimũ ac conſultißimũ aſſerit Petr. Ferr. in 37

loco all. nu. 4. in fin. & regulariter quoq; uerum est, ut gl. & DD. in d. c. finem litibus, et fa. tex. in l. Terminato, C. De fructi. & lit. expen. Et quanquam iudex ex officio, etiamsi expensæ non petantur, potest condemnare uictum uictori ad expensas, l. Aediles, §. Item sciendum, ff. De Aedil. edi & no. in d. c. finem litibus: tamen cum ad id non adstringatur si non petantur, ut uult Dyn. & Bar in l. 4. §. Hoc autem iudicium, ff. De dam. infect. maximè uerò in hoc iudicio cum lis non cōtestatur, propterea omnino necesse sit super expensis iudicis officium requiri, ut Petr. Ferr. loco all. nu. 6. planè cautus esse debet diffamatus, ut
38 † semper in libello suo damna & expensas ratione litis factas petat. Tunc enim declarare super expensis iudex tenetur, & diffamantem non comparentem per rationes suprà positas diffamato in expensas cōdemnare: aliàs faceret litem suam, per ea quæ no Bar. in d. l. properandum, §. Sin autem alterutra, col. fin. ubi & Bal & per no. Abb. in c. auditis, De procur. & quæ DD. communiter in d. § Hoc autem iudicium.
Et quod dictum est, diffamantem diffamato in expensas omnino condemnandum, hoc secundum proprie-
39 tatem huius nostri iudicij intelligendum uenit: hoc est, si diffamator in termino non comparuit, † nec egit, & ratione diffamationis ac contumaciæ condemnandus est. Aliud est si in termino statuto comparuit, & in iudicium ius suum deduxit: tunc enim iudiciū modò incohoatur, & iudiciario ordine atq; processu caussa tractatur. propterea quantum condemnationem expensarum spectat, pro ratione ac qualitate ipsius caussæ, iudicij finis expectandus est, p no. Cal. in c. Nicolao, De appell & ibi Abb in fin. & Io. And. in c. j. De ele lib. 6. in nouell. Et quidem tum si diffamator in iudicio probationibus destituitur, quin similiter in expensis condemnetur, dubium nō est. Nec illum iuramentum calumniæ à condemnatione expensarum tueri
40 poterit. † Etsi enim ratione præsumptæ calumniæ, ut hic difficilimè poterit, excusaretur: non tamen ratione temeritatis, quæ contra uictum præsumitur. & ideo regula habebit locum, quòd uictus uictori, &c. per no. Bar. & DD in d l. Eum qui temerè, ff. De iudic. & Abb & Canonist. in d. c finem litibus, cum seq. quæ cōmunis ac regularis traditio licet limitari queat in uiro bono & integræ opinionis, ut licet iustè suc-
41 cumbat, † ab expensis tamen excusetur, ut no. Hostien. in d. c finē litibus, in pen. col. quod dictum pro singulari reputat ac sequitur Andr Sicul. in repe. Rub. Extr De fide instrum. col. 38. in prin & in cons. 3. Clementissimi Dei, col. 16 post prin. li. 2. Ias. in d. l. properandum. §. sin autem alterutra, in 3. col ad fi. & seq. & in repetitio. l. admonendi, col. 74. in fin. & seq. ff De iureiuran. & in l. j. col. 2. ff. De eo per quem fa. er. & fa. quod no. Felyn. in c. super his, col fin. De accusa. tamen hæc limitatio in nostro iudicio in diffamāte neutiquā locū habere pōt. ut enim uiri boni est, de causa, si quā iustā habere se arbitratur, in iudicio palàm ac legitimè experiri: ita econtrà improbi hominis esse censetur, nec solùm causæ suæ diffidere, sed & iniquè & dolosè agere præsumitur, qui iudiciū subterfugiendo, interim tamē absentē hinc inde diffamare non ueretur, arg. l nostræ, in prin. & hæc de expensarum ratione hic sufficiant. Porrò nunc quæstio hoc loco admodum conueniens discutienda occurrit. Si diffamator cui silentium à diffamato im-
42 poni petitur, coram iudice ad quem uocatus est † comparet, & per uiam reconuentionis petit id super quo silentium sibi imponi requirebatur: an super libello conuentionali uel reconuentionali procedendum sit, uel super utroque? Et quidem rectè hanc quæstionem discutere uidetur Are. in d. c. In præsentia, col. j. & in 5 nota. De proba. ubi dicit tex. esse notab. quòd prima petitio & libellus conuentionalis resoluitur in uim exceptionis & defensionis, & quòd solummodo proceditur super 2. petitione, ut in fin. c. probatur: idq; ex materia ac natura condictionis nostræ longè clarius conspicitur, quæ in hoc tantum consistit ut diffamans agat aut taceat. Si igitur agit, iam prior libellus diffamati in uim defensionis ac exceptionis planè conuertitur: ut diffamatus suis iuribus ac defensionibus nunc in legitimè constituto iudicio utatur tanquam reus, & diffamator tanquam actor ius suum prosequatur. pro quo optimè faciunt argumenta suprà adducta, quibus diffamatum hic reum non actorem censendum esse, demonstratum
43 est. Et pro sententia Are. egregia est ratio, quòd † attendi debet ordinarius originalisq; libellus ac magis naturalis, licet secundo loco datus, non autem primus & licet in d. c. In præsentia, Felyn. Aretini sententiam damnet: ibidem tamen Dec. in 4. not. & plenius Paris. col. 9. Aretinum bonis rationibus defendunt, ac motiuis Felyni respondent. in quam etiam sententiam & Cagno. hic rectè ire & concludere uidetur, sicut id j. cap. 7. de processu in hoc iudicio manifestius tradetur. Et ex his colligitur, duos
44 † libellos contrarios circa idem non admitti, de quo Paul. Castren. & Lanc. Dec. in l. In tribus, ff. De iudic. Felyn. in c. Inter monasterium, col. 10. De re iudic. Perusin. in c. Dilecto, quæst. 16. num. seq. De appell.
45 Vltimo deniq; hic loco † de conceptione ac forma libelli ac petitionis cōclusionisq; dicendū erit Et quidē qualiter in casu l. nostræ uariè libelli formari possint, copiosè tradere uidetur Spec. in tit. De nat. ex lib. nētr. sicut et formā petitiōis et cōclusiōis libelli hic diligēter ponūt Bal. Salyc. Io. Fabri, et nouissimè Cagno.

hic

hic in l.nostra, Ang.in d.Rub.De exce.in 9.quæst.uers.Et ista erit forma petitionis, et Boer. d.decis.255. nu.9.et Natta.in d.repe.clem.sæpe,in prin.35.col.De uerb.sig.scilicet ut diffamatus de crimine uel super statu,uel existimatione,aut super possessione seu iure suo, in sui dedecus, ignominiã aut extremã perniciẽ seu damnũ,ac futurã bonorũ suorũ iacturã,eiusmodi diffamationẽ fieri in libello exprimat, de qua (ut dictũ) & iudici cõstare necesse est,& q, sua ita iniquè diffamari unicè interfit,indicet:ideoq; petat aduersarium suũ ad iudiciũ euocari,illiq; certũ statui terminũ,infra quẽ agere uel accusare debeat, si quod ius habeat delictũ aliquod contra eũ prætendat,cum de hoc ubiq; eum diffamet:& eo intra terminũ constitutũ non agente uel accusante,pronunciari eũ decætero non esse audiendũ,quinimò eidem per sententiã ac officium iudicis,quod implorat super eiusmodi impetitione,turbatione & diffamatione secundũ beneficiũ ac remediũ l.diffamari perpetuũ imponi silentiũ:sicut DD.in prædictis ac uarijs hinc inde iuris locis unaniter sentiunt ac declarãt,ac ex suprà adductis quoq; satis ac clarè cõstat. Sit igitur cautus aduocatus rei diffamati,ut in duobus punctis quo ad termini aßignationẽ & silentij impositionẽ, semper cõclusionẽ † 46
in libello,secundũ naturã condictionis nostræ formet ac integrã ponat. Hodie enim multos libellos in iudicijs hinc inde afferri conspicuũ est:in quibus ubi de diffamatione narratũ est,mox iudicis officiũ imploratur,ac protinus diffamatori,sine alicuius termini aßignatione,propter iniquã suã diffamationẽ perpetuum imponi silentiũ petitur:quæ res forsan in iudicijs,ubi iudices æquè ac procuratores imperiti habentur,aliquẽ successum sortiri potest. Cæterùm eiusmodi libelli propter ineptã conclusionẽ & ab hac legis nostræ condictione alienã,à iudicibus omnino reijci debent:cum tota uis libelli in petitione & conclusiõe uertatur,ut Inno.in c.super literis,De rescrip.& Bar.in l. Aurelius,§. Sticho,ff.De lib.leg.cum simi.s.all. Cũ uerò sufficere & libellus sustineri poßit,si exposita diffamatione in libello generaliter ac simpliciter petatur,citationẽ iuxta l diffamari decerni:hanc sanè generalẽ hic petitionẽ ac conclusionẽ, hinc inde in inferioribus iudicijs procuratores non satis instructi,ne errent,& integrum reijciendi processum occasionem præbeant,in libellis suis amplectantur. Cum uerò res exemplis maximè illustretur, † l.prætor.§. 47
Iulianus.ff.De colla.bon.nunc in gratiã tyronũ iuris,ac eorũ quibus modus procedendi ex l diffamari in iudicio Cameræ Imperialis non perspectus ac cognitus est,aliquot hic supplicationũ, libellorum ac petitionum prout ibidẽ offerri solent, formas subiungere ac apponere operæpreciũ uisum est: † cùm ob hoc 48
ipsum,tum quoq; ut iisdem qualiter & qua ratione l.diffamari in fractæ pacis, iniuriosis ex dolo,ac alijs similib. causßis.prout id ordinatio cõplectitur ac exigit, in dicto supremo Imperiali iudicio locũ habeat, clarũ ac perspicuum fieri queat. quas equidẽ formas pro modo huius repetitionis Latinè quidẽ,sed simplicißimè,nec secundũ consuetum stilum cæterarum curiarũ,in quibus Latinè agi ac procedi solet, exhibemus: eo quòd non Latina sed uernacula ac lingua Germanica in dicto laudatißimo Cameræ iudicio ex ueteri omnino consuetudine ac cõstitutione Imperatoria agatur atq; procedatur. Quare in ijs formis saltem modum hic ac processum utcunq; ostendisse sufficerit.

FORMA † SVPPLICATIONIS PRO CITATIONE IVXTA l.diffamari,& pro mandato de non offendendo, in caussa iniuriosa,&c. 49

GEnerose,Romanæ Cæsareæ Maiestatis Cameræ iudex,domine gratiose.Corã M. V. nomine Titij propono,quòd N.& N.nuper in quibusdã ipsorũ literis,aliquot sibi iura ac actiones contra Titiũ cõpetere,sine omni tamen ueritatis argumento ac causa legitima asserere, similiter & eundẽ ac si contra ius,honestatem ac fidem datã egisset,atrociter insectari atq; iniuriari non sunt ueriti:insuper quoq; quòd eidẽ adeò grauiter cõminati sunt,ut ipsum planè cum suis magna indies solicitudine teneri necesse sit, ne à N.& N.citra omne meritũ grauius offendantur atq; lædantur,sicut hoc ipsum ex dictis ipsorũ literis,quarũ copias litera A.& B.signatas procurator hic simul exhibet,cũ oblatione si opus fuerit,ipsa originalia se ꝑducturũ ac ostensurũ,facilè ac clarè animaduertere est.Cũ uerò iure cõmuni aurea bulla,sacri Imperij ordinationib.ac nouißima Cõstitutiõe de pace publica tenẽda,ꝓhibitũ sit,ne qs cuiuscunq; status,ordinis seu cõditionis is fuerit, alterũ sine cõceßiõe ac ꝑmißione iuris uiolẽter inuadat, turbet aut molestet:præterea quoq; ex nouißima reformatiõe Augustana manifestũ sit, in fractæ pacis,iniuriosis ex dolo,ac alijs similib. caußis,si diffamatꝰ Imperio immediatè subiectus sit,diffamãtes corã M.V.et hoc laudatißimo Imp.Cam.iudicio iuxta l.diffamari citari posse ac debere:atq; Titius cõtra aduersæ partis prætẽsum ius,assertas actiões ac iniuriã sibi illatã iure ac legitimè defendere se ac tueri,rẽq; eò deducere, ut omnib. notũ esse ac manifestò cõstare queat,cõtra omne ius ac omnẽ honestatis ac æquitatis rationẽ eiusmodi

iniuriam sibi factam, aduersariosq; falsò ius prætendere. Eapropter *nomine dicti* Titij *humiliter peto, ut* V. M. *contra dictos* N. *&* N. *ratione diffamationis citationem iuxta* l. *diffamari: similiter quoque contra eosdem nomine cōminationis mandatum, ne quid contra ius cōmune ac suprà dicta statuta, ordinationes & constitutiones ipso facto ac propria ui moliantur, uerùm dicto principali suo ordinarium ius integrum permittant ac inuiolatum seruent, in forma solita decernere clemēter dignetur. In his* M.V. *pro administranda iusticia ac competentibus remedijs iuris humiliter implorans.*

N. & N. Aduocatus ac
Procurator, &c.

5. SEQVITVR CITATIO † AC MANDATVM, ead. in caussa.

C*Arolus, &c. notum facimus* N. *&* N. *quòd coram nostro* Imperiali *iudicio Cameræ* Titius *supplicando proposuit, uos in aliquot uestris editis scriptis, quædam uobis iura ac actiones contra eum competere, sine omni tamen ueritatis argumento ac caussa probabili, asseruisse: simul etiam ipsum atq; si contra honestatem, iuris æquitatem ac fidem datam egisset, alijsq; modis summa contumelia ac iniuria affecisse: præterea quoq; ipsi ac suis in tantum cōminatos esse, ut in dies ipsum ac suos, ne à uobis grauius offendantur, suspensos ac anxios teneri necesse sit: sicut idipsum ex suprà dictis scriptis uestris ac earum copijs in nostrum iudicium productis, satis & liquidò constare queat.* Propterea *cum iure cōmuni, aurea bulla, nostris ac* Imperij *ordinationibus, ac edita constitutione de pace publica tenenda, expresse prohibitum sit: ne quis cuiuscunq; status, ordinis seu cōditionis is fuerit, alterum sine iuris permißione ac concesßione uiolenter inuadat, turbet, seu quouis modo molestet, &c. præterea quoq; ex nouißima reformatione* Augustæ *edita perspicuum sit, in fractæ pacis, iniuriosis ex dolo, ac alijs similibus caußis, si diffamatus* Imperio *immediatè subiectus sit, diffamantes ratione diffamationis coram dicto nostro iudicio* Cameræ *iuxta* l. *diffamari citari posse ac debere: atq; ipse contra omnia prætensa iura uestra ac actiones assertas, ipsi item à uobis illatam iniuriam ac contumeliam iure ac legitimè se defendere ac tueri possit: ad eorundem legitimam ac iudicialem determinationem consequendam, pro citatione contra uos omnes ac singulos, præcipuè uerò ratione uestræ cōminationis, pro mandato decernendo illi atq; impertiendo sedulò rogauit ac petijt. Cum igitur uos singulis ius ac iusticiam administrare, ac omnes uiolentas actiones præcauere teneamur ac cupiamus, atq; illi hac ratione citatio ac mandatum decreta sint: eapropter citamus uos omnes ac singulos ex potestate* Imperatoria *hisce, ut ad* 33. *diem proximam, postmodū uobis hæ nostræ* Imperatoriæ *literæ insinuatæ fuerint, quorum nos uobis undecim pro prima, undecim pro secunda, ac undecim pro tertia, ultima ac postrema iudiciali die statuimus ac designamus peremptoriè: aut si ea dies iudicialis dies non fuerit, sequenti die iuridica per uosmetipsos aut per procuratores uestros, in dicto nostro iudicio* Cameræ *compareatis, ad prædictum ius uestrum ac actiones contra* Titium *assertas, iuxta suprà dictam, propositā ac probatam uestram diffamationem, in iudicio proponendum ac deducendum, uel ad uidendum ac audiendum ad id agendum uobis certum tempus aßignari: sicq; id in statuto tempore minus egeritis, tunc insuper uobis perpetuum per sententiam imponi silentium, seu ad proponendum legitimas caussas (si quas habetis) quare id fieri minus debeat: ac proinde his causis ac omnibus suis diebus iuridicis ac terminis ut usq; ad finalem conclusionem ac sententiam præstò sitis. Siue igitur singuli uos ueniatis ac compareatis, uel minus, tunc nihilominus ad partis obsequentis, eiúsue procuratoris postulationem ac petitionem, in hoc iudicio agetur ac procedetur, sicut id iuxta ordinem suum fieri conuenit.* Quocirca *quilibet uestrûm cōsultò agere ac se gerere poterit.* Nos *quoq; mandamus uobis* N. *&* N. *ex suprà dicta nostra* Cæsarea *potestate, sub pœna in nostra ac* Imperij *de pace publica constitutione comprehensa, præsertim nostro ac* Imperij *banno, hisce seriò, ac uolumus, ut contra dictū* Titiū *et suos suprà dictarum uel aliarum caussarum nomine, propria ui contra cōmemoratā nostrā constitutionem, ius cōmune, statuta ac ordinationes nihil præsumatis, moliamini, cōmittatis aut agatis per uos ipsos uel alios, clàm palámue, nulla uia aut ratione: uerùm pro uestris assertis iuribus ac actionibus iudiciali deductione ac determinatione utamini atq; contenti sitis: nec in his omnibus inobedientes uos præstetis, quatenus pœnas antè dictas, ac nostrum &* Imperij *bannum euitare mauultis.* Quare *seriam uoluntatem nostram exequemini.* Datæ Spiræ, *&c.*

FORMA

FORMA EXEQVENDI PROCESSVS.

Huiusmodi citationẽ,&c. cum nuncius parti insinuat,statim pro certa executione eiusdem,secũdũ ordinationẽ,nomen suũ,annũ,mẽsem ac diẽ,prǽterea locũ ubi executionem fecerit,& cui,et qualiter,quidq; ei respõsum sit,diligẽter,plenè ac perfectè in ipso citationis originali uel copia eiusdẽ adscribet:quæ & executio reo & actori æqualiter tradenda.prout in d.ordina.tit.38.§.5.& §.19.in j.par.accuratè requiritur. Et huiusmodi relationi nunciorum omnino creditur,ut Bar.in l.Tres denunciationes,C.quom.& quan.iudex.& Panor.in c.Cum parati,De appell.& in c.fin.De dol.& contumacia,in fin.atq; etiam in præiudicium tertij,ut glo.in d.c.Cum parati. quod etiam d.nouiss.ordinatio iudicij Imp.Cam.comprobat in j.par.tit.36.ubi in prin.dicitur,plurimum sanè in nuncijs iudicij Cameræ esse situm,eo quòd ipsis in eorum relationibus credatur,atq; super ijs semper processus contra inobedientes in contumaciam constituantur,&c.

SEQVITVR † PETITIO AC LIBELLVS SVMmarius,cad. in caussa. 51

Generose,&c. Ad postulationem Titij edita est citatio iuxta l.diffamari contra N.& N.Procurator itaq; Titij comparet, reproducit dictam citationem cum eius executione,repetit narrata eiusdem loco petitionis,dicit eã esse uera atq; probata.Petit proinde dictis N. & N.iuxta eorum diffamationem ac iactationem ad agendum certum tempus statui, cum tali appositione, si intra id statutum tempus minus agant,ipsis simul ac cuiq; eorum singulariter perpetuum tum silentium per sententiam imponi:& aliàs decerni ac pronunciari quòd hoc loci in emolumentum sui principalis de iure decerni potest,cum refusione expensarum,damnorum ac interesse.De his omnibus M.V. iudiciale officium humiliter implorans.

Saluo iure,&c.

Ad hanc petitionem summariam diffamantibus certum tempus ad agendum constituitur, cum hac comminatione, si minus egerint, ad uidendum & audiendum illis per sententiam perpetuum imponi silentium. Itaq; si & in hoc assignato tempore non agant, iam denuò necesse erit eorum contumaciam accusare,ac propterea petere, ut ijsdem per sententiam super prætensis actionibus suis,&c. imponatur silentium:cum contumacia parti non obsit,nisi altera parte instante, ut apertus tex. & ibi DD. in l.properandum,§.Et siquidem, C. De iudic.cum sim. j. allegan. quod ipsum etsi forsan uideri potest breuiter per recessum oretenus fieri posse:tamen & id per libellum in scriptis fieri non inconueniens fuerit, cùm ob certas causas prægnantes,tum quoq; propter ipsam ordinatio.tit. 23.§.3.& §. 4. in j par. Huiusmodi igitur postremi libelli forma ferè, mutatis mutandis, ex ultima hic forma libelli sumi poterit.ubi primum exponitur qualiter in citatione actori diffamanti terminus ad agendum fuerit constitutus cum comminatione, &c. dein eapropter ipsius contumacia accusatur,ac eidem iuxta editam comminationem silentium ut imponatur petitur.Atq; id hic obseruandum semper faciendum esse:quoties demum post citationem in libello diffamati petitur actori ad agendum terminum cum dicta cõminatione constitui, ex ratione adducta, quæ & iudicij Cameræ Imper.stilo semper seruatur ac comprobatur.

ALIA FORMA † SVPPLICATIONIS PRO CITATIOne ex l. diffamari, ac pro mandato,&c. in caussa fractæ pacis. 52

Generose,&c.Corã V.M.proponit procurator Lucij, quòd licet iure cõmuni, Imperialibus ordinationibus,statutis,& præsertim nouissima constitutione de pace publica,&c.salubriter prospectum,& sub grauissimis pœnis prohibitum sit,ne quis alterum cuiuscunq; status,ordinis, conditionisue is fuerit,uiolenter inuadere,capere, alijsue modis turbare ac molestare præsumat: uerùm quilibet si quid iuris contra alterũ habere se arbitretur,super eo iure ordinario cõtra eundẽ experiatur,eidẽq; id integrũ ac inuiolatũ permittat ac seruet:tamen hoc nõ attento Sempronius,eo quòd ipsi propter quandam prætensum suũ ius ac debitũ,quod tamen nulla ratione principalem suum Luciũ,sed tertiũ quendam Caium,&c.cõtingit,minus hactenus à Lucio satisfactum sit, licet idem Lucius super eo prætenso iure ipsi semper

ſemper ſeſe exhibuerit, ac etiamnum exhibeat ad ſuſcipiendum iudicium, ſi eum conuenire uoluerit, paratiſsimum: nuper quibuſdam ſuis ſcriptis ac oretenus quoq; eidem Lucio acriter comminatus eſt, niſi ipſi ab eo infra feſtum S. Iacobi dicti debiti ratione ſatisfactum fuerit: quòd ipſe eiuſmodi ius ſuum nequaquã remittere, ſed uel ipſo facto ac propria ui, & ita omnino contra dictam conſtitutionem de pace publica tenenda, ſicut id aliter interpretari non poteſt, contra ipſum ac item omnes ſuos agere ac ſe gerere uelit, ut ipſum & ſuos omnes perpetuò pœnitere debeat, ipſi dicti debiti nomine ab eo minus ſatisfactum fuiſſe, ſicut id ipſum ex aliquot ſcriptis ſuis, quorum auſcultatas copias hic procurator A.B. & C. literis ſignatas ad probandam eiuſmodi diffamationem, comminationem ac præſumptam uiolentiam ſimul exhibet, ſatis ac clarè intelligi ac percipi poteſt: quæ ſingula dicto iuri communi, ordinationibus ac ſtatutis maximè cõtraria ſunt. Quapropter cum Lucius ac omnes ſui propter eiuſmodi periculi ac uiolentiæ denunciationẽ, plurimum iam anxij ac ſoliciti teneãtur, ac niſi cautio ac prouiſio fiat, eos etiamnum ac indies ita in ſuſpẽſo teneri neceſſe ſit: præterea quoq; eiuſmodi diffamationem diutius ferre ipſi incõmodum planè ac graue ſit. Eapropter procurator ipſius Lucij domini principalis ſui nomine humiliter rogat ac petit, iuxta nouiſsimam reformationem Auguſtanam, cum & hoc factum pacem publicã reſpiciat, ac in eiuſmodi cauſis citatio ac proceſſus iuxta l. diffamari decernendi ſint, principali ſuo contra dictum Sempronium, propter allegatum ac aſſertum ius ſuum, citationem: ac propter comminationem, ne quid grauius & de facto contra ipſum Lucium ac ſuos, contra ſuprà adducta iura, ſtatuta ac conſtitutiones quouis modo moliatur ac tentet, mandatum in forma ſolita decerni. In his M. V. pro opportunis ac neceſſarijs beneficijs iuris humiliter implorans.

Ad hanc ſupplicationem decreta citatio eſt, cum mandato de non offendendo, ut ſuperius ſimilis forma extat. Quare nunc poſt eam citationẽ eiusq; executionem libellus ſequitur. Et eſt hic etiam uidere quodammodo caſum & practicam l. Negantes, C. De action. & obliga.

51 FORMA PETITIONIS † AC LIBELLI SVMMArij, in eadem cauſa.

GEneroſe, &c. In cauſſa emanatæ citationis ſuper l. diffamari, ſimul & annexi pœnalis mandati de non offendendo, coram M. V. controuerſa inter Lucium ex una, ac Sempronium ex altera parte: comparet procurator dicti Lucij, uigore proximè exhibiti mandati, ac repetit contra & aduerſus dictum Sempronium, ac contra quamcunq; aliam perſonam pro illo & illius nomine in iudicio legitimè comparentem, narrata & contenta dictæ, emanatæ, executæ & proximè præterita 27. die Septemb. iudicialiter reproductæ citationis. Veruntamen non in modum ſolennis libelli, uerùm ſimplicis ac ſummariæ petitionis & facti narrationis & dicit ea eſſe uera. quapropter petit procurator nomine Lucij principalis ſui humiliter, dicto Sempronio diffamanti per M. V. certum tempus præfigi, ad prætenſum ius ſuum, quod contra Titium ſe habere contra omnem æquitatis rationem palàm aſſeruit ac diffamauit, prout ex citatione & productis ſcriptis ſuis diffamationis ac atrocitatis plenis clarè patet, coram M. V. & hoc laudatiſsimo Imperialis Cameræ iudicio proponendum: intra quod ſi id minus fiat, tunc ad uidendum & audiendum ipſi ſuper eiuſmodi ſua diffamatione, iactatione ac aſſertione dicti prætenſi iuris ac debiti per V. M perpetuum ſilentium per ſententiam imponi, cum refuſione omnium huc uſq; factarum expenſarum (de futuris proteſtando) damnorum ac intereſſe. Quæ omnia petit procurator in meliori forma iuris, & ſi quæ ulterius in commodum, fauorem ac utilitatem principali ſuo, ſecundum huius cauſæ conditionem ac iuris æquitatisq; ratione, & ex officio M. V. peti, fieri ac decerni poſſunt & debent, pro complemento iuſticiæ eidem decerni. In his omnibus & ſingulis M. V. officium ad hoc opportunum, & quæcunq; alia remedia iuris neceſſaria petendo, & humiliter implorando.

Saluo iure, &c.

ALIA

ALIA FORMA SVPPLICATIONIS, PRO MANDATO de non offendendo, & citatione † iuxta l. diffamari, in caussa turbatæ possessionis, &c. 54

GEnerose, &c. Titius habet quædam bona immobilia in Imperio sita, in diœcesi ciuitatis N. quæ illi ex auita ac paterna hæreditate tanquam bona propria ac allodialia obuenerunt, quæ & ipse annis iam 30. uel pluribus proximè elapsis tanquam allodialia tenuit & possedit continuè, pacificè, liberè & quietè. quæ & si ita sint ac omnino probari queant: Caius tamen contra omnem æquitatis rationem diffamando asserere non ueretur, sibi in ijs bonis quædam iura competere, & præsertim prædium Cornelianum iure directi dominij ad se spectare, & Titium tantum ut uasallum suum utile dominiū eius prædij tanquam clientelaris habere: idq; ab eo in feudum tenere, & de eo etiam inuestiri debere, sicut & nuper quòd inuestituram à se petere debeat, postulauit: quanquam id sine omni titulo ac legitima caussa. Titius igitur cum ad id se iure adstringi posse meritò inficietur: conatur iam Caius de facto ac propria ui ad hoc eum compellere: sicut nuper aliquot equitibus eundem insectatus est. ex quo uerò illum cōsequi non potuit, agros suos populari ac uastare cœpit, ac equorum transitu hinc inde frumentum in agris conculcauit: existimans per eiusmodi uiolentiam Titium propria ac hæreditaria sua possessione, præsertim prædio suo Corneliano deijcere, ac se uoti sui compotem facere posse: quemadmodū & nuper literis quibusdam atrociter ipsi minitatus est, quarum ueram copiam litera A. signatam procurator ad probandam diffamationem ac prædictam uiolentiam simul hic exhibet. Et quanquā dictus Titius de eiusmodi ui ac uiolentia apud Senatum ciuitatis N. in cuius diœcesi ea bona sita sunt, ac ipse quoq; domicilium suum habet, oretenus primùm, dein & in scriptis conquestus est, simulac petijt, ut eiusmodi uiolentiam, sicuti bonum magistratum decet, prohibere ac deprimere uelit: & quòd planè Caio semper exhibuerit, ac etiamnum se exhibeat ad suscipiendum iudicium super ea re si eum conuenire uoluerit, paratissimum: tamen ne & hanc quidem æquissimam ac iustissimam petitionē Senatus recepit, uerùm eam recusauit: sicut ex præsenti & hic adiuncto instrumento litera B. signato, clarè intelligi potest. Et hac ratione bonus ac integer uir à magistratu suo indefensus, omniq; consilio ac auxilio destitutus relinquitur: ac insuper indies cū summa solicitudine teneri necesse est, ne quandocunq; ab aduersa parte utpote potentiore grauius in corpore quoq; uel bonis suis lædatur atq; offendatur. quod tamen iuri cōmuni, sacri Imperij ordinationibus, ac nouissimæ constitutioni de pace publica tenenda, omniq; æquitati maximè cōtrarium. Quapropter procuratoris dicti Titij humilis est petitio, V. M. uelit eundem principalem suum habere cōmendatum: ac Caio aduersario suo sub pœna fractæ pacis mandare, ne contra ipsum ac suos quidquam uiolenter tentet: neq; eum in dictis suis bonis præsertim prædio Corneliano quoquam modo ulterius molestet, inquietet aut turbet: præterea ratione diffamationis contra eundem Caium citationem iuxta l. diffamari in consueta forma decernere, M. V. in his nobile officiū implorando.

Hæc supplicatio ac petitio fundatur & ex l. diffamari, quatenus ipsam diffamationē spectat: & per ea quæ ponit Panor. in c. si quis contra clericū, circa prin. De for. compe. quod etiam is qui in possessione sua † turbatur ac molestatur, hoc remedio l. diffamari uti queat: per c. conquerente, De off. ordin. & per 55 *ea quæ no. glo. & DD. in l. j. & Rub. C. ut nemo inui. & Bar. in l. si finita, §. Eleganter, ff. De dam. infe. & in l. Si societatem, §. arbitrorum, ff. pro socio, & quæ latè refert Alex. consi. 52. uiso testamento, uol. 2. uerumtamen potuisset & hoc casu super fracta pace ad pœnam banni agi, ex quo diffamans Titium in publico itinere Imperiali cum aliquot suis equitibus insectatus est, & exin bonis suis damna uiolenter ac armata manu intulit. Et si enim uis publica seu pœna pacis publicæ turbatæ uerum dolum requirat: iste tamen dolus probatur etiam præsumptiuè ex qualitate & euidentia facti, ut manus armatæ & inuasionis alieni loci, ut Salyc. in l. Senatus, C. De his qui sibi in testa. adscrib. & ipsa uiolentia probat dolum, l. 2. §. doli mali, ff. ui bon. rap. ut Alexan. euidenter consi. 103. uidetur prima, nu. 8. uol. j. ubi etiamsi sit parata tantum uiolentia & nondum facta, tamen si quis instet attenditur propositum, & dicitur uiolentia, per l. Si quis ex domo, in prin. ff. De furt. Violentia siquidem ex animo & proposito attenditur, ut dicatur uis esse ubi non fuit, ut glo. in d. §. doli mali. Itaq; in his decerni possunt processus & citatio ad uidendum, &c.*

Potuisset item & hoc casu in iudicio Cameræ Imper. directè ac protinus pro turbata possessione agi, atque interdictum uti possidetis intentari, ut id ex ipsa facti narratione liquet: atque eo magis quoque probatur, quòd etiam propter solam † inquietationem ac turbationem uerbalē ex eo interdicto agi 56 *queat, cū & ea molestatio dicatur, & sic uis turbatiua, ut Bar. in l. j. §. Huius aūt interdicti, ff. ubi possid. & latè*

& latè Alexan. in d. consf. 52. nu. 6. & 7. & dictum est s. cap. 2. nu. 26. Quod ipsum etiam non parum confirmari uidetur ex constitutione in ordina. iudicij Cam. Imper. par. 2. tit. 21. in princip. ubi nimirum iuxta l. Aequißimum, & quæ ibi no. ff. De usufru. & quemad. Ipsa constitutio in huiusmodi possessionis
57 contentionibus † timorem armorum præsumit, eamq; rationem clarè in se complectitur ac exprimit: ut inde etiam necesse non uideatur in supplicationibus specificè exprimi, dummodò cætera conueniant ad
58 præsumendum illum metum. Atq; hoc sanè pro turbata poss. agendi modo † potuisset hic primum peti ut aduersarius cessaret à turbatione, dein ne ulterius molestaret, quòd item de obseruatione promissorum idoneè caueret ac satisdaret, deniq; quòd damna illata ac expensas protinus restitueret, sicut & in Came-
59 ræ iudicio turbato uincenti † cautio decernitur de amplius non turbando, unà cum interesse & expensis: secundum ea quæ no. in l. pe. ff. De aq. quo. & æsti. & ea quæ no. Bar. in d. l. j. §. Interdictum, ff. uti possid. & ut no. Ferr. in form. libelli turbatæ possess. in uerb. ad cessandum, in prin. In quo & iudicio notandũ
60 & post mortem turbantis, † in eius tamen hæredem sententiam ferri. Vnde quoq; in his turbatæ possessionis caußis, licet in ijs expedita quoq; ratione ex l. diffamari agi queat: tamen ad magis firmandam stabiliendamq; possessionem, protinus directè pro turbata possessione agere consultius atq; utilius esse apparet: cum sententia l. diffamari, eiusq; executio non nisi certum diffamantem contingat, ut j. suo loco uidebitur, & uide tamen j. cap. 8. nu. 62. Potuisset deniq; in iam posita supplicatione petitio ac conclusio expeditiori ratione protinus ad impositionem silentij formari, &c. prout in finali hic libelli forma uidebitur.

FORMA PETITIONIS AC LIBELLI SVMMArij, in eadem causa.

GEnerose, &c. In caussa pœnalis mandati & insertæ citationis, controuersa inter Titium ex una, ac Caium ex altera parte. porrò ut fieri debet procedendo, primitùs procurator dicti Titij, pœnale id mandatum cum inserta citatione iuxta l. diffamari, eiusq; executione iudicialiter hic reproducit, ac narrata eiusdem loco petitionis repetit, ac illa uera esse asserit. Eaq; propter petit dicto Caio secũdum iactationem ac diffamationem suam certum tempus ad agendum, sub pœna perpetui silentij constitui, cum refusione expensarum ac damnorum. Pro quibus omnibus ac singulis petit procurator ipsi ac principali suo ius ac iusticiam, non solùm eo modo quo petitum est: uerùm prout hoc ipsum in principalis sui summum commodum ac emolumentum fieri potest aut debet, administrari: officium M. V. iudiciale pro opportunis beneficijs iuris humiliter implorando.

Saluo iure, &c.

ALIA FORMA SVPPLICATIONIS, PRO MANDATO
61 & citatione iuxta l. Diffamari, † in causa famosi libelli.

GEnerose, &c. Contra ordinationem iuris cõmunis N. & N. fictum famosum libellum contra Senatum ciuitatis C. publicè ediderunt: in quo ipsi præter alias contumelias ac iniurias multa quoq; iura contra eundem Senatum sibi competere prætendunt, intolerantius iactant atq; (quanquam sine omni ueritatis specie ac argumento) diffamãt: simul quoq; multifariam ac atrociter minitantur, se aduersus dictam ciuitatem propria ui acturos, &c. sicut idipsum ex hic simul adiuncto impresso libello per totum respectiuè: præcipuè uerò quantum præsumptam uiolentiam spectat, in fine eius clarè perspici potest. Etsi uerò ipsi N. & N. reuera nullum ius, nec aliquam actionem competentem ac legitimam cõtra dictum Senatũ habere, aut aliqua probabili ratione prætendere seu asserere possunt, sicut id ipsum M. V. ex instructione simul hic exhibita satis ac apertè intelligere ac uidere potest: tamen Senatus omnino intolerabile, nec aliquo modo diutius ferendum sibi statuit, eam rem diutius silentio prætereundam, ac in suspenso ita relinquendam esse. Ne igitur de se dicti N. & N. aliquo modo iure conqueri poßint: offert se illis Senatus super ea caussa, si agere uoluerint, ad suscipiendum iudicium coram V. M. & hoc Imperiali iudicio nunc planè paratum: ueruntamen in alijs causis ac contra alios iuribus suis singularibus ac priuilegijs saluis. Quapropter nomine dicti Senatus syndicus humiliter petit, sibi à V. M. contra nominatos N. & N, iuxta l. diffamari in forma solita citationem, dein quoq; ratione commemoratæ comminationis

tionis contra ipsos ac omnes eorum complices,qui iam propria ui se acturos uel minitati sunt,aut etiam= num minitari ac id agere possent, contra omnes ac singulos mandatum, ne quid contra ius commune ac nouißimam constitutionem de pace publica tenenda aduersus Senatum,eius ciues,inhabitatores,coniunctos ac subditos uiolenter moliantur ac tentent:uerùm eo ipso quòd se illis ad suscipiendum iudicium Senatus paratißimum offert contenti sint,ac ex omni parte quoq; ius ordinarium Senatui in hoc integrum ac inuiolatum permittant ac seruent,decerni.In hoc V.M.pro administratione iusticiæ,ac competentibus iuris remedijs humiliter implorans.

FORMA PETITIONIS † SVMMARIAE IVXTA l.diffamari,in eadem causa. 62

G Enerose,&c. Syndicus ciuitatis C.in caussa l.diffamari emanatæ,executæ & iudicialiter reproductæ citationis,&c.contra N.& N. ulterius progrediendo, repetit loco citationis narrata dictæ citationis,ac dicit ea esse uera.Ideoq; petit dictis N. & N. secundum diffamationem suam ad ius suum prætensum ac assertum in iudicium deducendum tempus certum sub pœna perpetui silentij aßignari,ac aliàs decerni ac pronunciari:quod hic in commodum,fauorem ac emolumentum ipsius ciuitatis C.ac eius Senatus, & de iure decerni debet ac potest:omnia cum refusione expensarum ac damnorum, huius caussæ ratione passorum. In his omnibus ac singulis M. V. nobile officium ac omnia opportuna remedia iuris humiliter implorando.

Saluo iure,&c.

Atq; sanè in his libellis,in quibus petitur diffamatori certum ad agendum constitui tempus,sub pœna perpetui impositionis silentij:cum antea simpliciter solùm pro citatione supplicatum, atq; exin per citationem diffamans ad iudicium uocatus fuerit: poterit hæc conclusionis ac petitionis finalis communis quasi ac certa forma esse.

FORMA GENERALIS † CONCLVSIONIS IN LIBELLO, ubi petitur diffamatori ad agendum certum constitui tempus,sub pœna silentij. 63

C V M igitur diffamato eiusmodi diffamationem diutius taciturnitate præterire ac ferre omnino graue,intolerabile,periculosum ac præiudiciale sit:nō immeritò itaq; nunc ac optimo iure de eiusmodi aduersæ partis iactatione ac diffamatione conqueritur:ac eidem rogat ad eiusmodi suam prætensam actionem ac assertum ius,si quod sibi competere arbitratur,sicut id fieri debet, coram M. V. proponendum ac deducendum certum tempus per sententiam aßignari ac constitui,cum adiecta commi= natione,ut si id intra constitutum tempus minus egerit,ad uidendum ac audiendum ipsi perpetuum imponi silentium:cum refusione expensarum & clausula salutari.

Verùm potest & expeditiori ratione † secundum naturam ac uim huius iudicij l. diffamari ex parte rei similis omnino petitio,& in supplicatione primitùs poni:ita ut hoc casu pro ulteriori termini constitutione ad agendum,in libello petere opus non sit:sed protinus per ipsum libellum summarium,si in termino in citatione ad agendum præfixo citatus minus agat,eius contumacia accusari,ac ut eidē pœna perpetui silentij imponatur,peti poßit.sicut in sequenti libello, ex quo & contenta supplicationis præcedentis,ac item citationis facile colligere est,clarum fit. 64

FORMA PETITIONIS SEV LIBELLI SVMMARII ex l.diffamari:† ubi protinus cōtumacia citati accusatur,ac ut eidem silentium imponatur,petitur. 65

G Enerose,&c.Postquam in caussa l.diffamari Marci contra Sempronium diffamantem, procurator diffamati Marci qualitates & conditiones l.diffamari ad magis fundandam intentionem suā in supplicatione sua pro citatione deduxit, atq; ad probationem diffamationis poßeßionis præ-

dij Valeriani aliquot instrumenta ac literas exhibuit, quibus partis aduersæ diffamatio, ac prætensi iuris in dicto prædio iactatio satis, aut saltem quantum necesse est probatur: repetit nunc procurator emanatam citationem cum eius executione, ac post hãc proponit in meliori forma, qua id fieri potest aut debet, sequentem petitionem: ueruntamen nõ in modum solennis libelli, uerum simplicis facti narrationis. Quod quanquam aduersa pars sæpius diffamarit, iactarit ac prætenderit in dicta possessione prædij Valeriani ius quoddam sibi competere, seq; aliquando pro recuperanda ea possessione acturum: hacq; de causa contrà principalis suus Marcus sæpe eidem significarit, simulac ab eo humaniter petierit, ut si quid iuris sibi ratione eius possessionis competere arbitretur, ut de eo legitimè ac ut secundum iura ac statuta fieri debet, in iudicio contra eum experiatur: quod omnino se illi super ea controuersia si eum conuenire uoluerit, ad suscipiendum iudicium omni tempore quàm paratissimum exhibeat: Quod tamen hac æquitatis ratione non perpensa Sempronius hactenus de asserto iure suo in iudicio neutiquam experiri uoluerit: interim uerò nihilominus in sua diffamatione permanserit, ac etiamnum de suo prætenso iure palàm iactare se, ac principalem suum Marcum legitimum possessorem diffamare non uereatur: atq; propterea dictũ Marcum tandem necessitate quadam ac ratione futuri præiudicij penitùs coactum & compulsum, contra eundem Sempronium citationem iuxta remedium l. diffamari impetrare. In qua etsi M. V. certum terminum ipsi constituit ad producendum ius, quod in dicta possessione sibi competere arbitratur, aut si id minus fiat, ad uidendum & audiendum sibi perpetuum imponi silentium: tamẽ manifestum est, quòd pars aduersa id non fecerit: sicut & nunquam facere, probare aut docere poterit, quòd unquam aliquod ius sibi in dicta possessione competierit, uel etiamnum competat. Quæ cum ita se habeant, petit eapropter procurator, nomine quo suprà per M. V. decerni, declarari & pronunciari quòd eidem parti aduersæ eiusmodi diffamatio atq; assertio non competierit, ac proinde eidem super diffamatione ac prætenso illo iure suo perpetuum imponendum esse silentium: atq; in his omnibus & singulis sibi ac principali suo ius ac instiiciam administrari, cum refusione expensarum, damnorum ac interesse, &c.

Saluo iure, &c.

*Hoc casu expedita ratione pro citatione supplicatum, decretum item, ac exin hic libellatum fuit: si-
cut in hunc modum etiamnum rectè fieri ac procedi solet. Cum enim in hoc l. diffamari iudicio supplica-
66 tio pro citatione, & ipsa citatio † nihil aliud sit quàm admonitio ac mera denunciatio ad explorandam
uoluntatem citati, an agere nec ne uelit, per ea quæ no. Bar. in l. Titia, ff. De accusa. & in l. Si ea, C. qui ac-
cus. non poss. & l. Cum Papinianus, §. si quis, ff. De inoff. testam. & Bal. in l. Testamenta, circa fin. uers. Itẽ
quia citatio, C. De testam. Butrig. in c. Cum inter, De excep. Innoc. in c. Cum nobis, De electio. cum sim. s.
all. rectissimè sanè ac commodissima ratione hic in præcedente supplicatione post requisitam deductionẽ
ac probationem diffamationis supplicatum est, pro citatione contra diffamantem ad comparendũ in cer-
to termino, ac prætensum ius suum in iudicio deducendum: intra quem si id minus egisset, ad uidendum &
audiendum super diffamatione sua ac iuris sui assertione sibi perpetuum imponi silentium. Itaq; cum is cõ
stituto tempore minus in iudicio comparuerit uel egerit, rectè nunc à diffamato libellus exhibitus fuit, in
quo primùm contumaciam citati non comparentis accusauit: cum nunquam procedatur contra contuma
67 cem † ad aliquem actum, nec ei contumacia noceat, nisi altera parte instante, ut Bar. in Auth. Ei qui ap-
pellat, in fin. C. De temp. app. & in l. si finita, §. Iulià, in 4. notab. circa prin. ff. De dam. infec. & in l. Con-
sentaneum, ad fin. C. quom. & quan. iudex. & est tex. clarus, & ibi DD. in l. properandum, §. Et siquidẽ,
C. De iudi. & Alexan. cons. 100. Discussis, nu. 3. uol. 5. sicut & id ex suprà posita citatione Imperatoria
clarè elucet, ibi, Siue igitur compareatis uel minus, tunc nihilominus ad partis obsequentis postulationẽ
ac petitionem procedetur, &c. quemadmodum & aliàs semper in terminorum constitutione in iudicio
Cameræ Imp. seruari solet. Atq; postmodum accusata contumacia citati, ut eidem secundum in citatio-
ne appositam comminationem perpetuum protinus super diffamatione ac prætenso iure imponatur silen
68 tium petijt: † sicuti id in constituto termino citato non comparente, à diffamato omnino fieri debere, su-
prà demonstratum est. Atq; hinc conspicitur, hanc procedendi rationem multo expeditiorem esse ea
quæ per aliquot formas superius demonstrata est, præsertim cum iuxta contenta supplicationis in hoc iu
dicio citatio edatur: ibi siquidem cum primitùs ad comparendum tantum, certo præfixo termino diffa-
mans citatus sit, necdum tamen in eo termino compareat, postmodum denuò per libellum summarium
petitur, ut ad agendum sub pœna silentij terminus præfigatur. quod enim & post hunc secundarium ter-
minum petere diffamatum necesse. Id si iuxta hic positam rationem agatur, statim post citationem & la-
psum*

psum temporis ad agendum, &c. constituti in citatione, per libellum summarium rectè peti potest: ut hic libellus † iam nihil aliud sit quàm contumaciæ accusatio, ac admonitio iudicis, ut iuxta comminationem 69
suam in citatione positam ad silentij impositionem per sententiam procedat: sicut & postmodum diffamator ad impositionem perpetui silentij citandus, ut seq. cap. uidebitur, illicq; omnino silentium imponendum est. Neq; hoc † modo diffamans magis grauatur. si etenim illi uerè ius aliquod contra diffama- 70
tum competit, atq; ipsius ut id in iudicium producat, interest: iam hoc emolumenti consequutus est, ut sine maiori labore & partim quoq; præsentibus expensis protinus in iudicio Cameræ Imp ubi ut in præclarissimè instituto iudicio, probationum copia non angustatur, contra eundem agere queat. Sin autem causæ suæ diffidit, nec agere uult, meritò nec diffamare debuit: sicut & ex hac ratione iudicium l. diffamari sit per solo diffamati libello, & legitimè subsequuta citatione contra diffamantem in termino non comparentem nec agentem, saltem denuò accusata contumacia regulariter procedere constat. Neq; id à stilo Imperialis iudicij alienum est, ut siquidem probata prius diffamatione protinus in supplicatione pro citatione peti queat, diffamatori certum assignari terminum ad ius suum assertum in iudicium deducendum, aut si id minus egerit, ad uidendum & audiendum illi perpetuum imponi silentium, atq; hac ratione citando protinus cõminationem † pœnæ obijci: cum & in causis fractæ pacis, ubi contra aduersarium directè ad 71
pœnam fractæ pacis & Imperiale bannum pars conquerens agere constituit, primitùs ac protinus in supplicatione post narrata qualificata super fracta pace: idcirco contra uiolatorem, ad uidendum se incidisse in pœnam fractæ pacis publicæ, ac bannum declarari, &c. citationem sibi decerni petere soleat. Maximè igitur & in casu nostro demonstrata diffamatione diffamatus, idq; iuxta proprietatem ac naturam l. diffamari, ut diffamatori protinus in citatione cum suprà dicta comminatione terminus constituatur postulare: atq; exin in termino legitimè citato non comparente per libellum ac petitionem secundariam contumaciam actoris accusare, & ut contra eundem ad pœnam perpetui silentij per sententiam procedatur, petere poterit. Neq; hic quidquam impedit, quod cap. seq. demonstratur, unicam in hoc iudicio citationem haud sufficere, cum id præsens negocium non contingat, & eiusmodi citatio cum comminatione primitùs fieri queat ac debeat: & quod hic iudicium Cam. Imp. spectat, ad id infra ex. cap. 8. responsio sumi queat. Itaq; in hoc processu conclusio ac finalis petitio supplicationis pro citatione, post narratam, expositam, probatam atq; demonstratam partis aduersæ diffamationem, ac prætensi iuris sui iactationem, hoc forsan modo non incommodè formari poterit.

CONCLVSIO IN SVPPLICATIONE, † VBI PROTInus terminus sub pœna silentij diffamanti constitui petitur, generaliter ut formanda. 72

C*VM igitur diffamato eiusmodi diffamationē diutius ferre, ac in ea manere omnino graue, intolerabile atq; præiudiciale: & ipsa caussa ita qualificata sit, ut super ea secundum nouissimam ordinationem Augustanam processus in hoc laudatissimo Imperialis Cameræ iudicio decerni & possint & debeant: ideo humilis ac supplex eius est petitio, sibi contra diffamantem Titium, iuxta l. diffamari citationem, in qua illi ad comparendum, ac secundum diffamationem ac iactationem suam eiusmodi ius suum ac actiones assertas, sicut id legitimè fieri debet coram M. V. deducēdum, certus constituatur terminus: intra quem si id minus egerit, ad uidendum tum & audiendum ipsi perpetuum super suis iurib. assertis imponi silentium, à M. V. clementer decerni. In hoc præcipuè M. V. pro administranda iusticia ac opportunis remedijs iuris, humiliter implorando.*

Verùm hac in re nemini modus datus esto: & cum sic duplici uia supplicari ac procedi possit, utra uia hic iudicium l. diffamari cõmodius intentari queat, cuiq; suum liberum sit & iudicium & consilium.

Et hæ quidem formæ supplicationum ac petitionum, prout in iudicio Cameræ Imp. offerri ac exhiberi solent, sufficiant, cum secundum has & reliquæ facilè formari queant. Ex quibus interim obseruandũ ac diligenter notandum est, in quaq; forma conspicuum esse ferè præter citationem iuxta l. diffamari, & pœnale quoq; mandatum esse petitum per supplicationem: ut uel hinc appareat, in d. Cameræ iudicio solũ in causis grauibus, ut fractæ pacis ac iniuriosis ex dolo, & similibus, ubi non spernendum periculum uel præiudicium subest, d. l. diffamari intelligi ac usurpari debere: sicut id clarè in ordina. in par. 2. tit. 25 continetur. dein ut diffamatio probari possit ac debeat, ex ijsdem quoq; colligendum. deniq; & hoc nota

dignum ac diligenti obseruatione ex omnibus formis suprà positis cõspici, diffamationes ut euidenter esse probatas, ita & illas ipsas nuper nec ante multa tempora fuisse factas. & hoc est quòd quidam Iurisperiti existimant, hoc l. diffamari beneficium competere, ubi immineat periculum, & diffamans maneat in finibus iactationis: idq; propter singularia iuris beneficia diffamato ut reo concessa. Quapropter ad euitandas ulteriores hic disputationes ac cauillationes, bona ratione fieri uideri potest, ubi si de diffamatione semel constat, atqui diffamari eo modo diffamato graue ac præiudiciale sit, protinus ex l. diffamari cõtra diffamatorem experiri: quòd ex eo ipso constat esse consultum diffamato, quòd ipsius ita non diffamari unicè interfit, arg. l. j. C. quan. lic. uni sine iud. se uind. & l. fin. C. In quib. cauſ. in integ. resti. non est nec. cum sim. Quanquam & uideatur diffamato quasi in hoc libera facultas concessa: cum ius suum non in modum actionis, sed defensionis ac exceptionis solum producat: & exceptiones reo quasi perpetuæ censeantur, & diffamare ad iudicium prouocare æstimetur, ut s. dictum: idq; arg. l. licet, C. De exceptio. cum sim. Itaq; hic simpliciter locũ habere ac uerum uideri poterat, tẽpus inducendæ obligatiõis ut non esse modũ, ita nec tollendæ: ut no. in §. At si ita stipularis, Instit. De uerb. oblig. cum sim. accedit quòd hic diffamatoris, si is non agere uelit, nullum uertatur periculum, &c. Verùm in hac quæstione, cum iudicium l. diffamari in omni actione tam ciuili quàm criminali, & tam reali quàm personali locum obtineat, ipsa actionum natura ac legalis constitutio semper & in hoc nostro iudicio temporis quoq; rationem ac modum dabit.

Cum autem ex primo ac secundo cap. suprà manifestum sit, & hoc l. diffamari iudicium non solùm in ciuilibus, ac ijs causis quæ in iudicio Cam. Imper. aliàs tractari solent, uerùm & in matrimonialibus ac criminalibus, &c. locum sibi uindicare: nunc & de ijs, earumq; processu hic paucis dispicere non inconueniens fuerit.

73 FORMA LIBELLI † IN DIFFAMATIONIS CAVSSA matrimoniali, coram Officiali, &c.

Coram uobis, reuerendo domino N.N. *curiæ Constantien. Officiali comparet procurator, eoq; nomine procuratorio honesti uiri* Ioannis N. *exponit cum querela, quòd licet ipse* Ioannes *cũ quadam Anna* S. *matrimonium uel sponsalia nunquam contraxerit, nec aliàs quidquam cum ea egerit, cuius prætextu eidem matrimonialiter uideri queat alligatus: quòd tamen nihilominus ipsa Anna hinc inde famam spargere, ac falsò asserere non formidarit, nec etiamnum uereatur, eum sibi matrimonialiter esse alligatum: & quòd ipsa eum sic diffamando impedit, quo minus matrimonium cum alia legitimè contractũ, in facie* Ecclesiæ, *prout cõsueta ratione ac solennitate fieri debet, confirmare ac consummare queat: in summum ipsius dedecus, præiudicium ac grauamen.* Id *uerò cum dicta Anna citra omne ueritatis argumentum, atq; contra omnẽ æquitatis ac honestatis rationem faciat, nec prætensam suam diffamationem atq; assertionem uel aliqua legitima probatione in iudicio comprobare confirmareq; queat: idcirco petit procurator nomine quo suprà, contra eandẽ Annam per* V.R.P. *iudicem æquissimum, citationem iuxta l. diffamari decerni, eiq; ad eiusmodi suum assertũ ius matrimoniale coram* V.P.R. *in iudicio, prout fieri cõuenit, deducẽdum, certum assignari terminum, cum tali cõminatione, ut si hoc intra eum minus fiat, quòd eidem tum super eiusmodi sua assertione, diffamatione ac prætenso iure matrimoniali perpetuum per* R.V.P. *sententiam silentium impositum, ac simul dicto* Ioanni *principali suo facultas cum alia matrimonium contractũ, legitima solennitate confirmandi consummandiq; concessa esse debeat. Quæ omnia ac singula procurator in meliori forma qua id fieri debet ac potest, in fauorem ac commodum principali suo decerni pronunciariq; rogat ac petit, cum refusione expensarum ac damnorum.* In *his omnibus* V.R.P. *officiũ ad hoc opportunum, & quæcunq; alia remedia iuris competentia ac necessaria, & iustitiam petendo & implorando.*

Saluo iure addendi, demẽdi & corrigendi, prout iuris, moris & stili.
N. N. Procurator, &c.

Hac ratione ac forma pro modo Consistoriorum, ac stilo in eiusmodi diffamationum caussis matrimonialibus, facilimè libelli formari poterunt: cum aliàs sæpe & frequenter coram Consistorijs ac Officialibus *eiusmodi petitiones oretenus tantum, breuiter ac simplicissimè proponi ac fieri soleant: & indicata persona diffamante super iure matrimonij contra eandem, ut citatio & processus iuxta l. diffamari decernan-*

decernantur ac edantur, simpliciter peti soleat: hoc est, ut parti diffamanti terminus aßignetur, infra quē doceat de iure suo asserto, aliàs si id minus fiat, postea eandem amplius non audiendam: quemadmodum & hanc breuem ac extemporariam petendi, simulq; procedendi rationem, & citra libelli solennitatem adprobant Innoc. *in c. conquerente, in 2. glo.* De *offi. ordin. & in c.* In *præsentia,* Extr. De *proba.* Bar. *in d. l. Mancipiorum,* De *opp. lega. &* Bal. *hic in l. diffamari. Cum autem eiusmodi caussæ matrimoniales non ita exigui momenti, ut ferè reputari solent, sed grauißimæ sint: non inconuenienter libellus in scriptis exhiberi hic poterit: sed in hoc Consistorijs suus relinquendus est modus & stilus.* Et *omnino etiam in his caußis antequam citationem ac processus decernat* Officialis, *causam diffamationis certò cognoscere debet, idq; maximè secundum personarum qualitatem dijudicabit.* Habent *autem ut in alijs, ita & in his causis* Officiales *certas suas atq; consuetas citandi procedendiq; formas: quarum hic unam casum nostrū concernentem, exempli gratia subnectere libuit: quanquam in ea quædam quoq; ponantur, quæ secundum proprietatem ac naturam l. diffamari in controuersiam trahi possent. ueruntamen ita uetus illa antiqua & recepta* Consistoriorum *consuetudo obtinuit, quam immutare aut emendare nefas credunt.*

FORMA CITATIONIS AC PROCESSVS IVXTA L. diffamari, in causa † matrimoniali, prout in Consistorijs spirit. 74

Officialis *Curiæ Constantien. omnibus & singulis* Ecclesiarum *rectoribus, parochis, curatis & uicarijs cæterisq; presbyteris & clericis requisitis,* Salutem *in* Domino, *& præsentium debitam executionem.* Ex *parte* Ioannis N. *nobis expositum est cum querela, quòd licet ipse exponens cum quadam* Anna S. *matrimonium uel sponsalia nunquam contraxerit, nec aliàs tantum cum ea egerit, cuius prætextu eidem matrimonialiter sit alligatus: nihilominus eadem* Anna *in locis habitationis partium falsò asserere & prædicare non formidauerit, nec etiamnum formidet ipsum exponentem, sibi matrimonialiter esse alligatum: & quòd ipsa exponentem sic diffamando impediat, quo minus matrimonium cum quadam alia contractum solennisandi habeat facultatem, in ipsius exponentis præiudiciū & grauamen. unde pro parte eiusdem exponentis fuit nobis humiliter supplicatum, quatenus sibi in præmißis aliquo iuris remedio prouidere dignaremur, nostro officio ordinario super hoc humiliter implorato.* Nos *petitioni huiusmodi tanquam iustæ & licitæ annuentes, uobis & cuilibet uestrûm suprà dictis ad hoc requisitis mandamus, quatenus accedentes, quæ propterea fuerit accedenda, dictam* Annam *diffamantem peremptoriè citetis, quam nos præsentibus sic citamus, ut nona die iuridica post præsentium executionem proxima, coram nobis* Cōstantiæ *in iudicio compareat, ad deducendum & allegandum ius suū matrimonale, si quod in ipsum exponentem habere prætendat, à nobis supra hoc receptura iusticiam expeditam: alioquin ad uidendum & audiendum sibi exponenti matrimonium cum alia, ut prædictum est, contractum solennisandi facultatem per nos concedi, sibiq; diffamanti super eius diffamationibus & assertionibus imponi silentium perpetuum, uel dicendum & allegandum caussam uel caussas in contrarium, quare hæc fieri non debeant: cum tali certificatione, quòd siue ipsa in huiusmodi citationis termino non comparuerit, siue comparuerit, nil tamen rationabile in contrarium allegauerit: nos nihilominus ad præmissa & aliàs prout iustum fuerit, procedemus, ipsius citatæ absentia seu contumacia non obstante: diem executionis præsentibus apponentes.* Datum *& actum* Constantiæ *in iudicio, hora uesperarum,* Anno Domini 1561. *die uerò 6. mensis* Nouem. Indictione *secunda, &c.*

Ex *hac citationis forma, quemadmodum in his matrimonialibus diffamationum caußis in* Consistorijs *procedatur, liquidò apparet: similiter & hic diem executionis cum die citationis appositam. quod etsi cui alienum à natura huius iudicij l. diffamari uideri queat: tamen & id proprietas dictæ nostræ conditionis in hoc planè casu nostrò admittit, ut executionem hic pro ipsa sententia executionē secum trahente intelligamus. hæc enim dum hic fertur, in continenti quasi executionem paratam habet, secumq; trahit: hoc modo ut diffamato hic, ab obseruatione iudicij, quantum* Annam *illam diffamatricem spectat, absoluto protinus cum altera matrimonium contractum in facie* Ecclesiæ *confirmandi facultas concedatur atq; præstetur: quæ facultas concessa ac permissa ipsam sententiam eatenus statim exequitur, ut contra eam ulterius diffamatrix nulla ratione uenire queat: atq; eatenus eiusmodi comminationis ac executionis hic appositio non inconuenienti ratione defendi potest. licet aliud in alio casu, si diffamatus*

ab impetitione diffamantis puellæ absolutus, cum nulla alia adhuc matrimonium contraxisset, ratione exequutionis uideri queat: ut infr. de executione secundum naturam l. diffamari dicetur. Possunt autem & alijs rationibus euidentibus huiusmodi Consistoriorum publicæ citationes ac processus defendi: maximè in his causis matrimonialibus, atq; propter fauorem matrimonij, ubi omnia obstacula remoueri, ac legitimè contractum matrimonium omni modo promoueri debet. 75 † *Multa nanq; contra iuris communis seriem ac dispositionem in fauorem matrimonij, specialia concessa ac recepta esse constat, ut* Ioan. Andr. *Anton. de* Butr. *&* DD. *in c. j. ut lite non contesta. &c.*

Et quia l. Diffamari *uel maximè etiam in criminalibus caussis locum habet, ut s. cap. j. pluribus deductum: nunc & libelli formam in criminali caussa diffamationis, secundum naturam & limites l. diffamari, ne quid in hoc desiderari queat, ponemus.*

FORMA LIBELLI IVXTA L. DIFFAMARI, IN
76 causa † criminali, scilicet homicidij, &c.

Coram uobis domine Iudex, comparet procurator Titij, *ac proponit non in modum solennis libelli, sed summariæ petitionis & simplicis facti narrationis, quòd licet hoc præsenti anno, &c. prima die Martij Sempronius in hac ciuitate* N. *& tali platea noctu hora decima à* Caio *oppressus ac occisus sit: sicut & is author cædis eadem nocte per singulas domos, ac aliquot diebus etiam pòst diligenter quæsitus est, donec tandem certò compertum, ipsum eadem nocte qua cædem fecit, per muros ciuitatis se demisisse, atq; ea ratione aufugisse ac euasisse: ut & ea res, quòd Caius unicus eius criminis patrator habeatur, & apud Senatum huius ciuitatis, omnes item ciues ac incolas nullum hucusq; dubium planè peperit. Licet quoq; manifestum ac omnibus in hac ciuitate notum sit, & casu necessitatis euidēter probari queat, Titio cum occiso Sempronio nullas unquam inimicitias intercessisse, ut qui ei planè incognitus fuerit: similiter quoq; eundem Titium cum Caio nihil unquam cōmercij ac familiaritatis habuisse: sicut & apertè constat in tota hac ciuitate ne quidem uel minimam huius maleficij suspicionem unquam in Titium principalem suum cecidisse: licet deniq; iure diuino & humano, ac nouiss. Imperialibus constitutionib. sub grauissimis pœnis cautum ac prohibitum sit, ne quis alterum alicuius criminis aut maleficij reum faciat aut diffamet, nisi eundem id crimen ac facinus perpetrasse exploratissimum habeat, idq; probationibus luce meridiana clarioribus asserere ac comprobare queat: tamen his omnibus non consideratis, Lucius affinis interfecti, in oppido* A. *habitans, iam demum dictū Titium hinc inde apud suos, ac literis quoque huc ad aliquot hic ciues scriptis, quarum procurator aliquot copias* A. B. *&* C. *literis signatas simul hic ad probandam eiusmodi atrocem diffamationem exhibet, diffamare, ac quasi clàm accusare non ueretur, eum ipsius cædis authorem, aut saltem eius facinoris socium esse. Cùm autem ei in hoc summa ac atrocissima fiat iniuria, & is eiusmodi iniuriam ei contra omnem iuris ac naturalis æquitatis rationem illatam manifestè ac legitimè defendere, ac à se propulsare possit: idq; omnino ut faciat, ipsa rei indignitas ac extrema necessitas flagitet: idcirco petit procurator, dicto Titio principali suo iuxta l. diffamari citationem contra dictum Lucium diffamantem decerni, atq; adeò ei ad personaliter comparendum ac eiusmodi diffamationem ac prætensam accusationem suam, ut id legitimè fieri debet, in iudicium deducendum certum statui terminum: cum tali comminatione, ut si intra constitutum terminum id minus agat, quòd illi tunc super asserta sua accusatione per sententiam perpetuum silentium imponi debeat. Quæ omnia ac singula, & si quid ulterius in commodum, fauorem ac emolumentum dicto principali suo pro complemēto iusticiæ ac ex officio impertiri potest aut debet, eidem quoq; per* V. M. *decerni petit procurator: cum refusione omnium tam factarum quàm fiendarum expensarum, damnorum ac interesse. In his omnibus pro administranda iusticia ac competentibus, opportunis ac necessarijs remedijs iuris,* V. M. *humiliter implorans.*

Saluo iure addendi, demendi & corrigendi, prout iuris & stili.
N. N. Procurator, &c.

Ad hanc sanè formam & in hunc modum, & in causis falsi, furti, rapinæ, adulterij, & cæteris similibus criminalibus, in quibus quem falsò & citra omnem diuini, naturalis & humani iuris rationem ac omnem

ac omnem æquitatis honestatem temerè diffamari contingit: uel quoties contra aliquem uehemens præsumptio est, quòd eiusmodi calumniosam moueat aut foueat accusationem, libelli formari poterunt. Verùm cū *non solùm res pessimi exempli, sed etiam perniciosissima, detestanda ac penitus execranda sit, de eiusmodi graui ac capitali crimine quem præter meritum diffamari: utpote quòd eiusmodi diffamatio non solùm in existimationis eius seu bonorum incommodum, sed planè in capitis periculum ac extremum supplicium tendat: forsan hic quis quærere nunc potest, An igitur sufficiat contra talem perniciosissimum diffamatorē ex l. diffamari ad impositionem perpetui silentij esse actum, cum hoc iudicio aliam pœnam exigi non posse, supra dictum sit: an uerò in alio insuper iudicio, postquam satis iam constat eidem nullam accusationem competijsse, illumq; dolosè ac malitiosè diffamasse, contra eundem diffamatorem, ad grauiorem illi ex merito suo infligendam pœnam agi possit? Et certè manifestissimum est, posse. Si etenim is qui in ciuilibus diffamatur, non solùm ex l. diffamari contra diffamantem iudicium intentare potest: sed & ipsi contra eundem actio de dolo & interesse, seu actio in factum, scilicet habito respectu ad diffamantem de dolo, competit, ut rectè* Spec. in tit. De emptio. *& uendi. §. Nunc dicendum est de rescindendis uenditionibus, uers. ult. no. cum duob. seq. quod ipsum & probat pulchrè* Rom. cons. 53. *uiso themate prænarrato. Multo magis ergo is qui extremo uitæ suæ periculo, de crimine perpetrato præter culpam suam diffamatus est, contra eiusmodi suum perniciosum ac nequam diffamatorem non solùm de dolo actionem, sed & similiter accusationem instituere poterit: quemadmodum & hodie id de communi ferè curiarum consuetudine seruari uidemus. Et hæc hactenus de libellorum conceptione in hoc nostro iudicio sufficiant. Cæterùm si diffamator hic compareat, & de iure suo contra diffamatum docere paratus sit, cum is processus ex cōmuni pendeat: ij quoq; libelli ex parte actoris secundum communem ac consuetam formam, ut in cæteris caussis, formandi erunt.*

DE CITATIONE: QVOTIES ILLA HIC, ET QVALITER A IVDICE FIERI POSSIT ac debeat: & de termini assignatione in hoc iudicio.

CAPVT VI.

1 Citatio fundamentum & principium totius processus iudiciarij est.
2 Sententia lata, citatione non præcedente, nulla est.
3 Citationis defectum ne quidem princeps supplet.
4 Citatio de iure gentium est.
5 Citatio iuxta l. diffamari limitata & uoluntaria est.
6 Citatio hic mera est denunciatio, seu admonitio ad explorandam uoluntatem citati.
7 Citatio omnium quorum interest, monitoria non arctatoria est.
8 Citatio de hærede conditionalis est.
9 Citationis forma in hoc iudicio ut colligenda.
10 Petitio seu conclusio libelli diffamati in citatione inferenda est.
11 Paria sunt, non citatum esse, uel minus legitimè.
12 Citationum singulæ species in hoc iudicio locum habere possunt.
13 Citatio unica in l. diffamari iudicio an sufficiat, quæstio ardua.
14 Citatio unica pro tribus regulariter sufficit.
15 Monitio unica quem in mora constituere potest.
16 Hæres semel monitus implere defuncti uoluntatem, si nō fecerit, perdit emolumentum.
17 Iudicis authoritas non debet esse ludibrio.
18 Exceptiones intra constitutum terminum non opponens, non auditur ulterius.

19 Instrumentum exhibere iussus, si non exhibet, ipsius iure priuatur.
20 Hæres institutus ni intra terminum à iudice statutum conditionem impleat, ulterius non auditur.
21 Citatio unica quòd hic sufficiat, qui DD. tenere uideantur.
22 Citatio unica q in hoc iudicio non sufficiat, cōstātior ac uerior sentētia.
23 Executor antequam ad episcopum deuoluatur hæreditatis executio, aliquoties monendus.
24 Presbyter antequam propter retentam mulierem amoueatur, aliquoties monendus.
25 Vxor spreta à marito, antequam soluat matrimonium, ipse aliquoties culpatus sit requiritur.
26 Matrimonium ne ulterius accusari queat, aliquoties enunciatum fuisse (requiritur.
27 Citatus ter pro confesso habetur.
28 Iudicis à negligentia ut appellari posit, requirit eū ter esse requisitum.
29 Dilatio interdum parti ad omnem conuincendam malitiam datur.
30 Citari quis denuò debet, si de ipsius pleno agatur præiudicio.
31 Citationis à prædecessore factæ terminus licet finitus sit, tamen successor partem iterum citare tenetur.
32 Citatio alia non requiritur, ubi de contumacia citati liquidò constat.
33 Dispositum in sensu directo, oppositum arguit in contrarium.
34 Citationem in hoc iudicio ulteriorem requiri, ex ipsa l. diffamari patet.
35 Præsertim dictio, particula implicatiua est.
36 Imperator in lege quid cōmendans, idem & iuris esse uoluisse uidetur.
37 Benignior interpretatio legis retinenda est.
38 Diffamatorē cōtra antequā ferat sententia, secūdò monitus sit requirit.
39 Citationem unicam iudicio l. diffamari intentato non sufficere, DD. authoritate ac Curiarum consuetudine probatur.
40 Cameræ Imp. iudiciū Imperatoria planè authoritate in decernēdo iudicādoq; utat licet, tñ secūdā citationē in hoc iudicio decernere non (dedignat.
41 Citationē seu ulteriorē termini cōstitutionē hic requiri, & stilus Imp. Cameræ iudicij probat.
42 Cameræ Imp. iudiciū generaliter ad totam caussam citare intelligitur.
43 Citatio quòd unica in hoc iudicio sufficiat, argumenta refutantur.
44 l. Nonnunquam, ff. De iudic. ut limitetur.
45 Feudorum controuersia trinam citationem requirit.
46 Monitionibus in iudicialibus unica uocatio non sufficit.
47 §. si quis autem non implens, Auth. De hære. & Falcid. intellectus.
48 Termini legalis constitutio fortior quàm hominis.
49 c. Pastoralis, De excep. intellectus.
50 Pontificis summi potestas.
51 Opinio communis quæ dicatur.
52 Citatio unica quòd hic sufficiat, DD. authoritas diluitur.
53 Citatio generalis & per edictū, in iudicio l. diffamari frequentissima est.
54 Citatio generalis uel per edictum uel per proclama fit.
55 Citatio per proclama in quibus casibus fieri potest, potest & per edictū.
56 Citatio per proclama facta cum tuba, fortissima.
57 Citatio per edictū faciēda in loco, ut ad citati noticiā peruenire posit.
58 Edictum iudicis quo quis citatur, quanto tempore debeat affixum esse.
59 Citatio per edictum irregularis est, & quodammodo odiosa.
60 Citatio per edictum si contra certam & honestam personam temerè fiat à magistratu, poterit is iniuriarum actione conueniri.
61 Citatio per edictum non ligat, si citatus aliàs citari queat.
62 Citatio per edictum quando & in quo loco fieri posit.

63 Citatio

63 Citatio per edictũ in iudicio Camerę Imp.peti debet, si ad locũ ubi citandus moratur, non est tutus accessus.
64 Citatio per edictum locum habet ubi plures ad agendum, accusandum uel contradicendum admittuntur.
65 Citatio generalis uel per edictum sufficit, si actus contra aliquẽ nõ principaliter dirigatur.
66 Citatio per edictum fieri potest si de certis personis non constat, nec scitur quis specialiter citandus sit.
67 Creditor uendens rem hypothecatam sibi, potest petere incertos creditores per edictum citari.
68 Citatio per edictum contra certas personas & quarum principaliter interest, non sufficit.
69 Vasallos certos per edictum ad inuestiturã accipiẽdã uocari nõ sufficit.
70 Citatio generalis non sufficit licet contradictor sit incertus, si tamen de facili potuisset sciri.
71 Citatio per edictum casu necessitatis in subsidium proponitur.
72 Diffamantis unius ratione an contra quoscunque prætendentes ius generale iudicium fundari possit: quæstio difficilima.
73 Diffamantis unius ratione alios generali iudicio grauari non posse.
74 Diffamantem ob unum generale iudicium, contra omnes contradicere uolentes fundari potest.
75 Cautela pro eo qui uult se tutum facere in possessione, cum certi non appareant contradictores.
76 l.Diffamari remedium an non nisi contra diffamantem competat.
77 l.Diffamari rationes ut generalissimæ, ita principalissimæ sunt.
78 Ratio generalis ampliat & declarat.
79 Ratio ubi eadem, ibi idem ius.
80 Turbatus in possessione uel molestari uerisimiliter timens, remedio l.diffamari uti potest.
81 Exceptionem habens etiam antequã conueniatur, petere potest ut actori silentium imponatur.
82 Cautela pro actore qui suo foro uti cupit.
83 l.Non debet, ff. De reg.iur. ut limitetur.
84 Testes si deponere nolint, cogi interdum & torqueri possunt.
85 Testes ad perpetuam rei memoriam cum recipiuntur, omnes quorũ interest citantur.
86 Probationum copia non angustanda.
87 Diffamantis unius ratione generale fundari iudicium, ut limitandum.
88 Renunciandi iudicem iusta caussa, est legitima suspicio.
89 Malitijs hominum ut obuietur, principalissima l.diffamari ratio.
90 Citari per edictum possunt incertæ personæ ex caussa.
91 Citatio per edictum uel proclama cuius efficaciæ sit.
92 Citatio per edictum uel proclama an absentes etiam liget.
93 Absentes quomodo citandi sint, pulchra disquisitio.
94 Citatoriũ edictũ absentes ligat, si in subsidiũ & casu necessitatis decernatur.
95 Proclama generale facit plenam fidem etiam contra nõ citatos.
96 Publicè quod fit, nemo ignorare præsumitur.
97 Citationib. in publicis decernẽdis diligẽs requiritur iudicis cõsideratio.
98 Citatio per edictum uel proclama an non subditos liget.
99 Citatio generalis quid operetur.
100 Citatio per edictum singulis momentis monere & uocare intelligitur.
101 Citatus si primitùs respõdeat se nolle uenire, potest contra eum sine ulteriore citatione procedi.

102 Citationes

102 Citationes plures fiunt saltem ad probationem contumaciæ.
103 Tacens citatus contradicere uidetur.
104 Citatus si taceat uel se deliberaturum respondeat, denuò citandus est, maximè in hoc l. diffamari iudicio.
105 Citatus si extra iudiciũ nũcio dicat, Nõ ueniã, terminus expectãdus erit.
106 Nuncij relationi omnimodo creditur.
107 Nuncij Cameræ cum citationem ac processus exequũtur, executionem ipsam diligenter annotare debent: cum ex eorum relatione contra inobedientes in contumaciam procedatur.
108 Sententia ante relationem nuncij contra contumacem lata, ipso iure nulla est.
109 Citationem diffamans curare non tenetur, si ad locum non tutum fiat, nec ei per eiusmodi termini constitutionem præiudicatur.
110 Citatio ad locum non tutum notoriè est iniusta, itaq; & hoc casu appellare quis non tenetur.
111 Citatio ad locum pestiferum citatum non arctat.
112 Saluum conductum præstari non sufficit, si quis ad locum non tutum citetur.
113 Termini in constitutione iudicium l. diffamari potissimum fundatur.
114 Terminus etiam à non iudice datur.
115 Termini constituendi in hoc iudicio modus iudicis arbitrio datus est.
116 Termini à nimis breui constitutione appellari potest.
117 Cautela pro iudice, si ex caussa terminum nimis breuem assignat.
118 Terminũ in citatione nimis breuẽ statuẽs, & in alijs grauare præsumitur.
119 Termino à peremptorio non debet incipere iudex.
120 Terminis in assignandis iudex circumstantias locorum & negocij diligenter expendere debet.
121 Terminos omnes iudex in una citatione ponere potest.
122 Terminus à iudice datus regulariter peremptorius intelligitur.
123 Monitio facta præsenti uim peremptorij habet.
124 Terminus per partem ad cuius instantiam datus est, sine iudicis consensu potest prorogari.
125 Terminus à iudice datus, præter partium consensum prorogari nõ põt.
126 Terminus ut infra eum agat uel usq; ad talem diem, &c. ut intelligendus.
127 Citatio non requiritur in actu qui fit ultima die termini.
128 Termini dati dies an computetur in termino.
129 Termini dati tempus semper à receptione literarum computandum.
130 Terminus ad comparendum ante 20. dies ut intelligendus.
131 Terminus cõstitutus ut in ipso quid fiat, id ultima die termini fieri debet.
132 Hora in termino necessariò apponenda non est: & quæ congrua reputetur.
133 Hora si in citatione fuerit posita, nec in ea fiat actus, non ualet.
134 Citatus die statuta non comparens si eodem die non sedit iudex, contumax non est.
135 Termini caussa cessante, cessat terminus.



1 VONIAM *citatio † fundamentum & principium totius ordinis ac processus iudiciarij est, §. ult. Instit.* De pœn tem. *litigan. c. gratum,* De *off. dele. c. caueant, & c. omnia,*
2 *3 q. 9. c. quoniam,* De *proba & quod uo. ibi* Hostien. *atq; sententia † citatione nõ præcedente omnino sit nulla, per iura allega. maximè uerò hic cũ uel ex sola citatione protinus de pleno agatur præiudicio; arg.* Auth. *Si omnes,* C. *Si minor se ab hære. abstin. l.* Nam *ita* Diuus, *ff.* De *adop. l. properandum, §. Et si quidem,* C. De *iud. l. j. §. Item cum ex edicto, ff quæ sen sine app. rescindan. gl. in c. Consuluit,* De *off. delega. gl. in clem. sæpe,* De *uerb. sig. Inno.*

in

in d.c.Consuluit, Dec. cons. 606. Serenissimus, nu. 11. adeò ut etiam contra subditum ipse Imperator † 3
uel Princeps non possit supplere defectum citationis, ut notab. Bal. in l. fin per illum tex. C. De legi. Aug. in l. princeps, ff. eod. & est tex. in clem. pastoralis, §. Caeterùm, De re iudica. & no. Abb. in c. j. in ult. no. De cau. poss. & proprie. & in c. Cum olim, col. pen. De re iudi. quod & in summarijs locum habet, d. clem. saepe. Neq; ullo modo defectus citationis excludi aut tolli possit, ut Calder. cons. 8. An sententia lata contra absentem, & est in tit. De re iud. Petr. de Anchar. cōs. 212. De iure communi, in fin. Rom. cons. 245. Haec sententia. & quod idem Rom. notat in repe. Rub. ff. De arbi. in 7. col. uer. 17. &c. Aug. cons. 177. In facto proponitur, circa fin. cum sim. adductis per Hyppol. in repe. l. fin. C. De proba. in 38. car. & per Dec. cons. 410. In caussa mota, & per eundem Dec. in c. Ex parte, el. 20. De off. delega. optimè facit quòd citatio de iure † gentium est, ut Panor. in d. c. j. post Bar. in l. filiusfam. ff. De dona. & quòd de iure natu- 4
rali, c. pastoralis, De re. iud. Ias. in l. Certum, C. Vnde legi. Itaque cum dictum sit, quibus & contra quos l. diffamari competat, quis item in hoc iudicio iudex, & qualiter libellus in hoc iudicio pro citatione formandus atq; iudici offerendus sit: non immeritò nunc ac legitimo ordine sequitur & de citatione hic, quae supplicationem uel legitimum libellum protinus sequi solet & debet, dispicere, & qualiter ac quoties ea hic contra diffamantem à iudice decernenda sit atq; edenda.

Et quidem citatio iuxta l. diffamari limitata † & uoluntaria est, ut aliquis possit comparere, & 5
intentionis suae caussas producere, ut ex textu legis patet, ibi, Si defensionibus suis confideret. Ex quo etiam Bal. formam citandi diffamatorem colligit ac notat, scilicet, Cito te ut compareas si de iure tuo confidis. Quod uerò citatio sub eiusmodi conditione fieri possit, ut citatus compareat si sua putauerit interesse, no. Aug. in l. De pupillo, §. Meminisse, ff. De no. op. nunc. & glo. sing. in l. Ea quidem, C. si mancip. ita fuer. alien. & Abb. in c. j. De cau. poss. & proprie. & quòd hic maximè sub ea conditione, ut dictum, citatio fieri debeat, ex materia l. nostrae manifestè constat. Siquidem patet, citationem † hic nihil aliud 6
esse nisi meram denunciationem ac admonitionem ad explorandam uoluntatem citati, cuius finis, ut si putet sua interesse, & de iure suo confidat & uelit agere, intra terminum praefixum ueniat ac agat: si non putet sua interesse, nec uelit agere, ac intra constitutū tēpus cōparere ac caussam prosequi, quod tunc illi uia in posterum agendi praeclusa esse debeat. Bar. in l. Titia, ff. De accusa. l. Si ea, C. qui acc. non poss. & l. Cum Papinianus, §. si quis, ff. De inoff. testam. Bal. in l. testamenta, circa fin. uers. Item quia citatio, Butrig. in c. Cum inter, De excep. Innoc. in c. Cum uobis, De electio. Quoties enim terminus statuitur ad id quod interest aduersarij non fieri, tunc excluditur quis termino lapso: ut Bal. in d. l. si ea, nu. 6. uers. Item nota. col. j. & in l. nostra, & in Auth. Ad haec, colum. penu. uers. quaero etiam, C. De usur. Sic & citatio † generalis omnium quorum interest non arctatoria, sed monitoria est: ita quòd 7
omnes qui putauerint sua interesse, poterunt uenire ad caussam si uolunt, prout plenè Hostien. & Innoc. in c. Dilecti, De excep. Rota decis. 419. Si impetretur, in no. num. 2. ita Ioan. Caldrin. in suo reper. notat, quòd citatio uel citandi hoc modo si uult opponere, non intelligantur citati praecisè sub modo, per no. Innoc. & in d. c. Dilecti, & no. in l. Ea quidem, C. si mancip. ita fuer. Sicut citatio quae fit de haerede † non est simplex nec absoluta citatio, sed potius conditionalis in effectu, scilicet si uult 8
se opponere: si autem se non opponit, non est aduersarius, ut no. in d. l. Ea quidem. Sic dicta citatio potius dici potest edictum, quàm citatio, c. Cum in tua, Extr. qui matrim. accus. poss. & c. fin. De electio. lib. 6. & potius uidetur citatus ad uoluntatem exquirendam quàm ad caussam, ut Bal. in d. l. Testamenta, num. 5. & Caldrin. in suo reper. in uerb. Citatio uel citandi hoc modo. Quod Ioannis Caldrini repertorium superioribus annis à clarissimo iuris Doctore Ioanne Porcio iudicij Camerae Imper. aduocato & procuratore nactum, cum iuris materias praestantes ac in foro utiles & frequentes alphabetico ac commodissimo ordine, ex ipsis utriusque iuris textib. & commentarijs, praesertim Innocentij & Ioannis Andreae praeceptoris sui, collectas atque digestas proponat, libenter quandoque in lucem, si ita iurisperitis ac studiosis placere cognouero, dabimus.

Potest autem forma † citationis hic in nostra materia in specie uel in genere colligi ex l. nostra, ibi, 9
Si defensionibus suis confideret compareat: uel ut Bal. hic, Si de iure tuo confidis, uel si tua interesse putaueris: sicut & id ex superiori cap. traditis citationum formis luculenter apparet. Et ut eiusmodi conditio in conditione hic semper inseratur, optima ratione constitutum, ne malitijs ac cauillationibus occasio praebeatur, & postmodum contra non comparentem rectè ad sententiam procedi queat. De qua etiā citationis hic forma Alex. in d. l. De pupillo, §. Seruo, ff. De op. no. nuncia. Felyn. in c. Cum inter, colum. 7. & ibi Dec. col. 5. De excep. & idem Dec. in l. fin. colum. 15. C. De edict. diui. Et quòd hic conclusio libelli † ubi diffamatus iudicis officiū implorat ac petit, intra praedestinatū terminū nō agēte uel accusante 10
diffamatore,

diffamatore, pronunciari amplius eundē audiendum non esse, ac illi super prætenso suo iure perpetuū imponi silentium, in citatione per iudicem inserenda sit, concernendo contra diffamantem super ea conclusione responsurum, & aliàs ut iuris processurum, &c. uideri potest per no. Innoc in c. Cum in tua, qui matrim. acc. po. & in c. conquerente, De off. ordina. quod & idē uidentur uelle Ang. in l. quamdiu magna illa, uers. Et ideo sit semper cautus aduocatus rei, De acq. hære. & ibid. Ioan. de Imo. & Salyc. in l. nostra, & Arg. Are. in Rub. Instit. De excep. in 9. quæsi. uers. Et erit ista forma, & plenè Barba. in c. In præsentia, nu. 37. sicut in hoc ipsum apertè quoq; concludit Boer. decis. 255. nu. 9. sicut & id ipsum in formis citationum suprà positis uidere est. Atq; sic secundum conclusionem libelli, etiam absente altera parte, dum tamē fuerit legitimè citata, iudex ferre sententiam potest: ut ĩ. cap. 9. latius deducetur. Cum uerò paria sint,
11 quem † non fuisse citatum, uel minus legitimè citatum, c. Bonæ, el. ij. ubi Abb. col. 2. De electio. fa. l. quoties, ff. qui satisda. cogan. l. j. §. penul. ff. quor. lega. cum sim. recto nunc ordine qualiter ac quoties in hoc iu-
12 dicio citatio facienda sit, uidendum sequitur. Et quidem hic omnes citationis species, † modò rectè ac legitima ratione singulis perpensis circūstantijs decernantur ac fiant, locum sibi uindicant: ut citatio personalis, si reperiri posit, aliàs ad domum fiat, sicut regulariter fieri debet, l. j. ubi Bar. ff. De lib. agnoscen. & in l. Prætor ait, ff. De dam. infect. interdum quoq; & frequenter, quo ad omnes ius prætendentes, in hac materia per publicum edictum, programma seu proclama eiusmodi procedit citatio, ut ĩ. suo loco commodè uidebitur.

Principaliter itaq; antequam in hoc iudicio iudex ad sententiam procedere posit, an per ipsum semel
13 tantum † diffamantem citatum, eiq; certum terminum aßignatum fuisse sufficiat: an uerò ulteriori quoq; hic citatione, monitione seu termini aßignatione opus sit? quæstio illa ardua, & in hanc & illam partē plurimum à DD. in uarijs hinc inde iuris locis controuersa ac agitata, quæq; etiamnum inter Iurisperitos aliquos hæsitationem disceptationemq; non exiguam parit, cum in eius certiore disquisitione ac discußione non parum situm sit, diligentius hic ac certius discutienda atq; diffinienda uenit. Et quidem quòd unica
14 citatio hic sufficiat, probari uidetur, quòd unica † regulariter citatio pro tribus citationibus sufficit, & uim peremptorij habet, l. Nonnunquam, ff. De iudic. sicut & in requisitionibus uel monitionibus una uocatio sufficit, prout no. gl. in c. Si episcopus, 18. dist. & est tex. in clem. j. De Hære. Abb. in c. Cum nobis, circa
15 fin. De electio. Et quòd hic diffamantem semel per iudicem citatum esse sufficiat, argumētum est, quòd ad † constituendum quem in mora & negligentia, unica sufficiat monitio & interpellatio, l. Titia, la. 2. §. usuras, ff. De lega. 2. latè Felyn. in c. Ex literis, De consti. DD. in l. Vni. ff. si cert. peta. Item pro comprobanda ista opinione facit l. si eo tempore, C. De remiss. pignor. & l. Si ea, C. qui accus. non poss. c. licet, De accusa. cum sim. ubi in hac materia de unica tantum monitione fit mentio. ad idem facit l. Mancipiorum, et ibi Bar. ff. De optio. lega. & l. si tamen quibusdam, & ibi gl. in uerb. Caussa cognita, ff. De lega. 2. Quod idē etiā
16 clarè comprobat §. si quis autem non implens, Auth. De hære. & Falcid. Sicuti enim † ibi hæres semel monitus ut adimpleat uolūtatem defuncti, neglexerit infra annum adimplere, perdit omne emolumentū, &c. ita si iudex præfixerit actori certum terminum cum comminatione siue admonitione, ut si infra eum non
17 agat, postea non audiatur: cum utrobiq; eadem subsit ratio, nempe iudicis † authoritatem non debere esse ludibrio, l. si prætor, in prin. ff. De iudic. quam rationem ut rectè glo. in d. §. si quis autem non implens, in uerb. admonitus, in fin. allegat. ita sanè eadem & hic militat: quando scilicet iudex semel comminatus est actori, ut si infra statutum terminum non agat, quòd amplius non audiatur. Nam si non agat, utiq; contemnitur authoritas iudicis. quod optimè uidetur probari per c. pastoralis, De excep. ubi postquam iudex
18 præfixit parti † terminum ad producendas exceptiones, post terminum amplius non auditur: nisi pars iuret quòd huiusmodi exceptio de nouo ad eius deuenerit noticiam, & non requirit ibi tex. aliquam admonitionem ulteriorem, &c. prout argumentando etiā concludit Hieron. Schurpff. consi. 75. quòd prædicta, nu. 12. cen. j. Potest enim iudex tam actori quàm reo ad exceptiones proponendas certum tempus constituere, quo semel elapso præclusa excipiendi uia est, l. Titia, & ibi gl. in uerb. definitum, ff. De accus. cū sim.
19 ĩ. cap. 2. allegatis. Et manifestè quoq; eandem probari opinionem per † doctrinā Inno. in c. G. perpetuus, De fide instrum. approbatā per Bar. & DD. in l. 2. C. De eden. quòd semel iussus à iudice exhibere instrumentum, si non pareat, priuari posit iure ipsius instrumenti, finaliter quoq; hic Hieron. Cagno. asserit. Sicut in simili uidere est, quòd redarguere uolēs instrumentum de falso, nisi hoc intra terminū illi semel constitutum arguat, amplius non auditur, c. accepimus, Extr. De fide instrum. Bar. in l. 2. in j. lectur. uers. sed
20 circa hoc quæro, C. De eden. Sic si hæres † institutus conditionem potestatiuam intra terminum à iudice constitutum non impleat, ulterius non auditur, l. si quis instituatur, §. j. ff. De hær. instit. & fa. ibidem §. Itē si conditioni, & ibi Bar. si intra terminum constitutum pendente conditione casuali hæreditas non adeatur,

&c. ubi

&c. ubi præcisè planè agitur, nec aliqua secundæ monitionis mentio fit. Sic & similia complura exempla ad hanc rem idonea ex d. cap. 2. suprà depromi ac detorqueri possunt. Et pro hac opinione tuenda ac adprobanda, quòd unica hic sufficiat monitio, est gl. aperta in d. §. si quis autem non implens, in uerb. admonitus, ibi, Nam dico unicam admonitionem sufficere, &c. & hanc opinionem † contra Ang. argumentis 21
firmauit Rom. in l. quamdiu, nu. 12. ff. De acquir. hære. quem ibid. sequitur Aret. col. 6. communem hanc asserens, sicut idem etiam uoluit Alex. in l. fin. ff. De ser. cum alijs, quos ibi in 3. col. refert Ias. & in hoc rationes Romani comprobat Felyn. in c. Ex literis, col. 5. De constitu. & idem tenere uidetur Dec. in l. fin. col. 17. C. De edic. Diui Hadr. toll. Et hanc opinionem ut ueriorem, hic Hieron. Cagno. sequi ac probare uidetur, sicut & eam in praxi seruari finaliter contendit Hiero. Schurpff d. cons. 75. quòd prædicta. Veruntamen adductis his authoritatibus, rationibus ac argumentis non obstantibus, contrariam sententiam, nempe unicam monitionem † hic non sufficere, uerùm ulteriorem necessariò requiri, probabiliorem uerioremq; esse statui potest. Hic siquidem cum agatur de priuatione iuris sui, ut uidelicet quis excludatur ab agendo uel accusando, cautius procedendum est, arg. c. ubi periculum, De electio. in 6. Rectè itaque Accur. quando breuior terminus assignari solet, atque maior pœna imponitur, binam exigendam admonitionem ratiocinatur in d. §. si quis autem non implens, in uerb. admonitus. Sic à testatore † designatus, si hæreditatē uel legata ad pias caussas exequi supersedeat, ut omni lucro priuetur, & ad episcopum uel superiorem executio deuoluatur, semel & secundò ab episcopo moneri debet, §. si autem qui hoc, Auth. De eccles. tit. Sic seruus assertus eius dominio qui litem ei intulerat, tum demum assignabatur, si aliquot edictis citatus per annum non comparebat, l. j. §. fin. C. De asser. toll. Eadem ratione presbyter † aut diaconus in suis ædibus mulierem retinens, quæ potest ei suspicionem inferre, antequam ab episcopo eius secundum Ecclesiasticos canones de clero amoueatur, antea semel & secundò de ea re ab episcopo aut à suis clericis admonendus est, §. presbyteris autem & diaconibus, Auth. De sanctiss. episcop. Eodem modo antequam liceat mulieri, † cuius maritus ea contempta cum alijs manet, soluere matrimonium, ac datam dotem & anteuuptialem donationem recipere, necesse est ut antea is semel & secundò culpatus sit, §. si quis in sua, Auth. ut liceat mat. & auiæ. Sic ut clericus beneficiatus absens, qui non facit residentiam, priuandus idcirco beneficio ueniat, per tria edicta citari debet, quæ debent affigi in ualuis Ecclesiæ suæ: & postea expectatur per sex menses, tex. est, & ibi Abb. & DD. in c. Ex tuæ, De cler. non resid. Ita omnino legitimum habenti impedimentum ad accusandum matrimonium, † ut ei omnis agendi uia præcludatur, & perpetuum imponatur silentium, necesse est antea aliquot denunciationes præcessisse, illudq; tertiò publicè in ecclesia esse edictum, c. Cum inhibitio, Extr. De clandest. despon. c. Cum in tua, Extr. qui matrim. accus. poss. sicut hoc ipsum etiamnum ferè per Romanum Imperium seruari solet. Sic delatorem tribus edictis à præfecto ærario, ut ueniat, monitum esse necesse est, antequam secundum possessorem pronuncietur, & is in pœnam incidat constitutam, in l. senatus, §. quòd si tribus edictis, ff. De iure fisci. ubi quoq; glo. notab. dicit, ter † demum citatum pro confesso haberi, arg. d. l. Senatus, §. senatus, & l. Arrianus, ff. eod. Ita in simili ut à iudicis negligentia appellari † possit, requiritur trina ipsius requisitio, ut Bal. in l. sed & si per prætorem, §. Ait prætor, ff. quibus ex caus. maior, & Ioan. And. in c. Dilecto, & Abb. in c. Ex parte, in pen. no. De appell. Ita tutores ut cursus usurarum inhibeatur, denunciationibus frequenter interpositis pupillum ad iudicium prouocare: & si is rem dissimulatione protrat, tum demum uoluntatis suæ rationem apud præsidem prouinciæ declarare possunt, l. fin. C. De usur. pup. Sic in hanc sententiam, quòd quoties de magno agitur præiudicio, & quis penitus suo iure intra constitutum terminum priuandus uenit, semper ac necessariò ulteriorem requiri citationem, monitionemue ex pluribus utriusque iuris exemplis, ut & ex superiori cap. 2. patere potest. Sicut & ad omnem conuincendam † malitiam parti per iudicem dilatio datur, ultra quam demum omnis agendi uia præcluditur, c. prout nobis, cum glo. in uerb. ad conuincendam, & c. Cum olim, Extr. de dolo & contum. c. præsenti, 5. q. 2. Auth. Iubemus, C. De iudic. & in corpore unde sumitur, §. sed & hoc præsenti, Auth. ut cum de appell. cognosc. Et quia hic in terminis sumus, ut contra absentem feratur sententia condemnatoria, & citato non comparenti perpetuum per iudicem imponatur silentium, atque diffamatus ut reus ab obseruatione iudicij in posterum penitus absoluatur: constat hic unicam citationem non sufficere. Etsi enim iudex diffamatori terminum intra quem agat, aut ulterius non audiatur, constituere, eamq; sententiam eo absente ferre potest: tamen cū hic de nouo, pleno † ac magno præiudicio, & sic de grauamine irreparabili absenti inferendo agatur, omnino is iterum citari debet, arg. l. properandum, C. De iudic. & glo. cum tex. in clem. sæpe, De uerb. sig. & quæ no. Innoc. in c. ad petitionē, De accus. & in c. Consuluit. ubi post eum Abb. in 4. col. De off. delega. & ita apertè uult Bal. hic circa fin. uers. &

22 (margin, beside "hic non sufficere")

nota hanc interlocutoriam, & in c. quoniam frequenter, in princ. col. ult. ante fin. uers. non obstat ut lite non contesta. & hoc uelle uidetur Abb. in c. licet in beato Petro, col. 2. uer. in glo. j. in fin. De accusa. uolens quòd antequam imponatur perpetuum silẽtium, debeat iterum pars citari, saltem quo ad audiendam sententiam, per. l. qui crimen, C. qui accus. non poss. & no. in d. c. consuluit. & hoc manifestè adprobat Milis in suo reper. in uerb. actor agens. Quæ omnia & inde robur accipiunt, quòd neutiquam nisi post legitimas citationes reo præsente contra actorem absentem procedendum, Auth. qui semel, ubi Bal. &
31 Salyc. C. quom. & quan. iudex. Sic licet citatione facta † per prædecessorem, per eum terminus citationis fuerit completus: tamen successor nondum pronunciare potest, sed denuò citare debet, maximè uerò si mutat tribunal, per no. in l. Edictum, ff. De iudic. & probatur id omnino in l. nostra, ibi, Præsidem unum atque alterum, ubi glo. Nec obstat, clem. Ne Romani, De electio. Nam procedit in Curia Romana, ubi cum citans sit de longinquo, non potest de facili citari, prout no. Abb. in c. licet, De accusa. in fin. pro quo & fa. quod j. cap. 8. de iudicio Cameræ Imp. dicetur. Sic licet terminum à iudice ad agendum uel accusandum constitutum regulariter peremptorium dicendum Salyc. asserat, minimè tamen inficiatur, quin iudex adhuc nouum terminum statuere possit & debeat, in d. l. si ea, uu. 6. uers. primo casu, C. qui acc. non poss. Ita ad plenam contumaciæ probationem semper plures citationes fieri solent & debent: unde
32 de si citandus se occultet, uel citationem impediat, uel respondeat se nolle uenire, his casibus cum satis † de contumacia sua constet, citationem geminare necesse non est: cum in certis opus coniecturis non sit, ut Innoc. in c. Ad petitionem, De accusa. quod commendat Abb. in d. c. Ex tuæ, in 5. col. De cler. non resid. & latius dicetur infrà. Ergo si non lateat nec citationem impediat, & hanc recipiat, ulterius monen-
33 dus, & legitimè citandus est: cum dispositum † in sensu directo oppositum arguat in contrarium, l. j. ubi DD. ff. De off. eius cui man. est iurisd. quod hic uel maximè propter plenum præiudicium dicendum, & quòd contumax non statim puniatur, uel contra eum mittatur nisi secundò citetur, licet in expensarũ condemnatione aliud sit, no. in c. secundo, De procura. Deniq; in hoc nostro iudicio unicam citationem non
34 sufficere, sed ulteriorem iudicis requiri monitionem, ex ipsa l. nostra † manifestè constat si enim dispositio processuum hic ac præsentis quæstionis certior decisio ac resolutio ex mẽte & ipsis uerbis l. nostræ sumenda ac petenda est, ut omnino est: satis iam patet, contra diffamantem absentem semel tantum citatum sententiam condemnatoriam ferri, illiq; perpetuum indici silentium non posse. Sic enim uerba l. habent, Cum affirmes diu & ibi uocitasse diuersam partem. quod uerbum frequentatiuum iuxta Latinam ac ueram eius significationem pro frequenter ac iterũ atque iterum uocasse resoluitur ac intelligitur: ut in effectu simile argumentum extat in d. l. fin. C. De usur. pup. & sic Bal. hic circa fin. ex litera l. nostræ notab. colligit, quòd licet quis sit contumax ad agendum, quòd tamen debeat citari ad sententiam & quidem solenniter, cum hic de pleno agatur præiudicio: & alioquin sententia nullius sit momenti, per tex. & Bar. in l. Ad peremptorium, & l. Nonnunquam, ff. De iudic. Vnde quod hic quidam ex glo. Baldi ad hoc uerbum Vocitasse, colligere ac demonstrare conantur, unicam tantum in hoc iudicio sufficere citationem, admodum ridiculum est: cum id ex interpretatione sua detorqueri neutiquam possit, & ex ipsius iam adducta ac notabili doctrina planè contrarium constet, quam & DD. singulariter in uarijs locis commendant & sequuntur: & uult ipse idem in l. j. C. Vt nem. inui. Sic similiter quòd quidam nimis argutè ac sophisti-
35 cè propter dictionem Præsertim, hic inferendum † putant, quòd hæc particula implicatiua sit, & interpretanda atque eo magis. quasi diceretur, cum alioquin una sufficeisset citatio seu uocatio, unicam itaque citationem sufficere: nihil quoque hic impedire potest, cum ad præcedens manifestum sit eam dictionem in l. nostra præcipuè referri, quòd iniquum sit statum ingenuorum diffamari, maximè si is qui diffamatur super ea re ad iudicium prouocet, ibiq; iuri ac cognitioni iudicis se committere paratus sit: interim tamen diffamator necdum cesset, unde rectè eidem silentium imponi. Licet uerò & quis ad sententiam latam refe-
36 rendum existimet, tum quoq; similiter apparet, † Imperatores hic hoc ipsum quòd iudex sæpius diffamantem uocarit atq; citarit, extollere, laudare ac commendare, sicut in textu sequitur. unde constat meritò rectorem prouinciæ commotum, &c. Vnde potius præstantior ac certior doctrina hic colligi debebat: nimirum iudicem, ut semper meritò ac optimo iure in hoc iudicio sententiam ferre uideatur, antea aliquoties diffamantem ad iudicium uocare debere: & sic saltem de honestate ac æquitate, in cuius nimiam partem peccari non potest, ulteriorem hic citationem requiri: quod ipsum maximè hic, propter commendationẽ ipsorum Imperatorum asserendum, quorum summam ac diuinam in legibus condendis potentiam esse, notum est: ut And. de Yser. in Rub. De prohib. feudi alien per Lotha. & in c. j. uers. ad Felicem, quæ sint rega. Id ipsum itaque quod lege commendant, non minus authoritatis ac iuris obtinere potest, quàm si id expressa sanctione actum constitutumq; fuisset, atque in hoc ipsa l. nostra Imperatorum mentem ac uoluntatem

tem clarè ac dilucidè proponat, arg. eorum quæ no. DD. in l. j. ff. De consti. princ. & §. sed & quod princi-
cipi, Instit. De iure nat. gen. & ci. Itaq; ulteriorem à iudice in hoc iudicio monitionem, antequam ad senten-
tiam procedatur necessariò adhibendam, & uerba & ipsa mens ac ratio legis monent, & sine omni ulte-
rius dubitatione declarant, arg. l. Ancillæ, C. De furt. Atque cum hæc sententia iuxta ipsius legis dispositio-
nem directa sit; magisq; ad æquitatem ac benignitatem accedat ciuilem, magis quoq; meritò † proban- 37
da atque recipienda est; arg. l. fin. ubi Bal. C. qui manumit. non poss. & arg. d. c. Vbi periculum, De
ele. in 6. cum sim. Ita in hac omnino sententia, quòd quoties de pleno agitur præiudicio, iudex non pos
sit perpetuum silentium imponere, nec quenquam iure suo priuare; nisi præcedente bina monitione, est
Ang. Perus. in d. §. si quis autem non implens, in 2. col. uers. pro hoc consequenter quæritur, post glo. ibi
in uerb. admonitus, quam ibi singularem fecit, Auth. De hær. & Falci. quem refert & constanter sequitur
Ang. Aret. super Rub. Instit. De excep. in 9. quæst. circa finem, ibi; Vnum tamen tene mente perpetuò,
diligenter in hæc uerba monens: Ideo sis † cautus, ut bis facias admoneri, uel bis statui terminum acto= 38
ri infra quem agat, quia non sufficit semel fieri admonitionem. Idem dicit & in practica bene notandum;
in suo tracta. malefi. in glo. in uerb. Nec non ad querelam Titij, col. 4. uers. unum tamen singulariter
nota. per tex. in d. §. si autem qui hoc, Auth. De eccles. tit. & idem in † effectu & omnino in casu no- 39
stro uult Bar. in d. l. Titia, nu. 7. per no. Innoc. in c. Consuluit, Extr. De off. delega. ff. De accus. & ibi=
dem in addi. idem apertè planè Alexan. de Imo. in uerb. quæro utrum iudex, & idem Alex. in hoc, glo.
in d. §. si quis autem, pro singulari citat in l. ult. in j. no. ff. De ferijs. ubi licet de ea dubitare uideatur, ta=
men eam pro singulari adprobat & sequitur cons. 108. uiso themate, in ult. uerbis, in j. uol. & pro hoc
singulariter commendat dictum Ang. in d. §. si quis autem non implens, & in d. §. Si autem qui hoc. Ean=
dem sententiam sequitur Francis. de Are. post Rom. in d. l. quamdiu in magna, ff. De adq. hære. Felyn.
in c. penul. col. 4. uers. secundo, nota. De iudi. & latè de hac ueritate idem Felyn. in c. Ex literis, col.
5. uers. fallit nono, De consti. Cardin. Alexand. in c. Cum in tua, colum. 4. uers. Nota primam partem
glossæ, qui matrim. acc. poss. Cæpoll. caut. 110. incipien. Quando aliquis. Ias. in l. Rem quæ nobis, in
ult. uerbis, ff. De adq. poss. & in l. 2. col. 3. C. De eden. & in l. fin. in 3. nota. in 4. limita. ubi in hanc
sententiam plures enumerat, ff. De fer. Et in hanc sententiam Hieron. Decium & alios allegat ac se=
quitur, Francis. Purpura. in d. l. 2. fo. 15. num. 53. ubi & Aquens. col. 2. & Curtius col. 3. Mod. Tau=
rin. col. 8. & Ripa col. 5. C. De eden. & idem Aquens. in l. Si ex legali caussa, col. 2. De uerb. obliga.
ut & eos partim hic refert Cagno. & Cotta. in suis memor. in uerb. Iudex potest statuere, uers. Tamen
ultra hoc, ubi sequitur, Et ita fuit decisum & iudicatum per concilium Neapol. ut asserit Matth. de affli.
decis. 264. nu. 3. quem & in hoc cum alijs quibusdam suprà relatis, refert ac adprobat Nicol. Boer. de=
cisio. 255. num. 9. 10. & 11. ubi pluribus quæstionibus ac exemplis clarè ac fortius commonstrat; de
stilo Curiarum Franciæ seruari, ut ubi quis nunquam comparuit, & agatur de reali, personali uel crimina
li, quòd requirantur quatuor defectus seu contumaciæ, & sic quarta citatio ad audiendam sententiam. &
in posteriorem hanc sententiam nouissimè concludit Hieron. Schurpff, cons. 34. Quòd prædictus, num.
4. cent. j. Sicut & hanc à DD. communiter adprobatam in l. 2. C. de eden. asserit hic Oldendorp. Sa=
tis itaq; ac clarè ex adductis rationibus, argumentis ac authoritatibus apparet, hãc posteriorem sententiã,
ad impositionem silentij perpetui præter primam citationem, ulteriorem adhuc iudicis monitionem neces
sariò requiri, firmam, ac apertissimo iure, nec non communi præstantissimorum DD. sententia comproba
ri atque Curiarum stilo esse receptam: sicut & doctrina Baldi hic quòd trina in hoc iudicio, ubi protinus
de pleno agitur præiudicio, requiratur citatio, communi quodammodo usu ac consuetudine forensi in Ro
mani hinc inde Imperij iudicijs seruatur: adeò ut si iudex in hoc iudicio contra semel tantum citatum ad
sententiam progrederetur, ipsa sententia quasi ipso iure nulla meritò reputari posset, iuxta tex. glo. &
DD. in l. Ea quæ, C. quom. & quan. iudex. quæ omnia sanè cum manifestò ita se habeant, non immeritò
iam is qui etiamnum contrariam opinionem sectandam opinatur, iustum ac legitimum hic processum in=
fringere uelle uideri ac iudicari potest. Atque ut hæc posterior iure probata sententia ac doctrina in sin=
gulis iudicijs quæ Imperatorem superiorem agnoscunt, locum sibi uindicare optimo iure potest: ita & sin
gulariter eam seruãdã ipsius iudicij Cameræ Imper. stilus ac cõsuetudo omnibus uel maximè præcipit. Idq;
clarum esse patet, ob eius Imperatoriam planè in decernendo ac iudicando † maiestatẽ, dignitatẽ ac au= 40
thoritatem. Etsi enim Imperator qui omnem iurisdictionem originaliter radicatam in se habet, & fons iu=
risdictionum est, arg. l. j. ff. De consti. princ. & no. Bar. in l. j. col. fin. ff. De iurisdi. om. iud. tex. glo. &
Bal. in cap. j. §. Iudices, De pace iuram. fir. in usib. feud. & idem Bal. ibid. in tit. De pace tenen. §. Ad
hæc, nu. 2. & nu. 11. & in c. j. in princ. quis dica. dux. con. uel mar. & Ang. in Rubr. ff. De iurisdictio.

om.iud. & de quo illud conuenienter dici potest, Semel loquutus est DEVS, per ea quæ no. Bal. in cons. 279. Pridie enim consului, lib. 3. &c. & Cameræ suæ iurisdictionem suam ac in iudicando parem omnino potestatem largitur, ut Bar. & Alex. in l. Moræ maioris, & alij quos ibi all. ff. De iurisdictio. om. iud. ita ut in solidum cum Imperatore iurisdictionem Camera habeat, & eius quasi concurrens iudicanda sit, sicut j. cap. 8. ulterius deducetur: ut meritò Cameræ propter singularem ac Imperatoriã eius potestatem, in hoc nullus modus constituendus esset, sicut & in alijs generaliter caußis licet grauißimis indifferenter unica ibidem citatio, quæ (ut mox dicetur) ad totam causam intelligitur, sufficiens habetur: tamen ne propter hanc quidem summam ac Imperialem planè authoritatem, Camera iudicium l. diffamari eatenus constringere uoluit, ut id ibidem unica citatione ac termini constitutione finiri penitus queat,
41 sed denuò secunda citatio ad audiendam sententiam decernenda sit: sicut & sæpe ibidem † ulterior quoque monitio seu termini constitutio, ut ex primis suprà positis libellorũ formis haud obscurè colligere est ac uidere, designatur. ut hac quoque ex parte dilucidum sit, secundam hanc sententiam, de ulteriori monitione, authoritate iudicij Imper. Cameræ confirmari: ac proinde eandem omnibus inferioribus iudicijs sedulò ac diligenter seruandam planè esse propositam. Quo in loco cum mentio iudicij Cameræ ac ibidem citationis, &c. facta sit, obiter quoque notandum ac obseruandum, quòd ibidem iuxta c. fin. & ibi Pa-
42 nor. De dila. partes ad totam caussam citantur, idq; de stilo iudicij: quæ † generalis citatio ad totam caussam, arctat citatum ad duo, scilicet ad comparendum in termino, & ad comparendum. Itaque licet actor & reus in primo termino non compareant: tamen si deinde actor in alio termino comparet, & reus non, tunc proceditur ad petitionem actoris in contumaciam rei ad proclama, & deinceps secundum ulteriorem tenorem. Quia licet primus citationis effectus, scilicet comparitio in termino sit circunductus & deletus, non tamen in totum circunducitur, iuxta decisionem Rotæ 345. licet impetrans, in no. ubi & eius pulchræ rationes adducuntur. Ideo in caußis decernuntur proclamata in contumaciam rei sic ad totam caussam citati, etiamsi actor post primum terminum ad duas uel tres septimanas demum comparuerit. Quamuis si actor ex longo interuallo compareret, tunc nihil in contumaciam decernendum, sed reum de nouo citandum, bene existimarunt domini: cum id æquitatis ratio postulare uideatur, c. Cõsuluit, De off. delega. & c. Cum dilecti, De dol. & contum. quæ decisio & in hoc iudicio locum habere ali-
43 quem potest, & posteriorem nostram sententiam firmare uidetur. Itaque nunc † ad argumenta superius in contrariam opinionem, quòd unica hic citatio sufficiat, adducta respondendum. Et primum qui-
44 dem non obstat communis regula † l. Nonnunquam, ff. De iudicijs. eam siquidem limitari constat, quòd locum habeat, nisi plures requirantur citationes, ubi una pro omnibus sufficere non potest: ut est glo.
45 sing. in clem. j. in uerb. requisierit, De hære. Sicut in feudis uidere est, ubi utrinq; † siue dominus contra uasallum agat, siue uasallus contra dominum, trinam citationem interuenire necesse est, c. j. De mil. uas. qui contumax est, ubi glo. in uerb. tertiam uocationem, quam Bal. & Aluarotus sequuntur. Ita similiter ubicunq; agitur de pœna incurrenda uel pleno præiudicio, & ius ulteriorem monitionem uel citationem requirit, ibi unicam peremptoriam citationem non sufficere uoluit Post. glo. notab. in clem. j. De uit. & hon. cler. & Ioan. Andr. in c. Tuæ, De cler. non residen. & in add. ad Spec. ead. Rubr. Panor. in c. fin. d. tit. uers. Et ex his uerbis infertur, De ui. & hon. cler. pro quo optimè fa. ratio c. Indultum, De reg. iur. in 6. Itaque non obstat, quòd ubi à iure requiritur triplex citatio, una peremptoria sufficiat, quæ uim trinæ citationis habeat, l. Tres denunciationes, C. quom. & quan. iudex. cum hoc non procedat, si ex iure contrarium in specie appareat: item quòd aliud sit in monitione, de quo Panor. in c. In nomine Domini, De testi. Cum igitur ex superius traditis euidenter constet, ultra primam citationem ulteriorem iudicis monitionem ante impositionem perpetui silentij requiri, d. regula obstare hic nihil potest. Quod deinde adducitur, in requisitionibus uel monitionibus extraiudicialibus unicam uocationem sufficere, magis posteriorem sententiam, quòd hic ulterior requiratur, confirmare uidetur, forti illo argumento à sensu contrario, d. l. j. ubi DD. ff. De off. eius cui mand. est iurisdi. Igitur in monitionibus
46 iudicialibus † unica uocatio non sufficit, cum hic iudicialiter & de pleno præiudicio agatur: & prima citatio fiat ut per eam firmetur iudicium, si diffamator uelit agere uel accusare, hoc agat: si minus, illi perpetuum imponatur silentium, arg. eorum quæ no. Hostien. in c. quomodo, De proba. Quod item obijcitur, ad constituendum quem in mora & negligentia unicam sufficere monitionem & interpellationem, hic nihil operatur: cum ex diuersis & separatis malè inferatur, l. fin. ff. De calum. l. Pap. exuli, ff. De minor. Mora enim multipliciter purgari potest: hic autem de pleno præiudicio principaliter agitur, ut protinus contra contumacem sententia condemnatoria ferri queat, ad quod unicam citationem non sufficere iura constituerunt: sicut & ad d. regulam, limitationem elegantem ponit Alex. cons. 18. uol. j.

*Viso processu, col. 2. & fi. quòd geminata demum interpellatio impedit ne posit mora purgari, ut no.
Alex. & Rom. in l. Insulam, ff. De uerb. obliga. & Rom. cons. 352. dubio secundo principali. Ita nec ll.
adductæ in quibus tantum unius monitionis mentio fit, quidquam hic impedire possunt; cum ibi partim
nec de iudiciali, nec de tanto ac omnimodo agatur præiudicio; & ex contrario adductis iuribus, cum ma=
iore pœna imponenda uenit, appareat semper plures uel saltem binam requiri monitionem: partim ue=
rò quòd ipsa lex ibi terminum constituat, quem præterire non licet, ut iam & j. cap. 8. dicetur. Sic d. §.
si quis autem non implens, † cum glo. in uerb. admonitus, nihil ad impugnationem sententiæ nostræ facit.* 47
*quantum enim ad ipsum textum attinet, manifestum est ibi ipsam legem terminum unius anni præscribere:
& quòd admonitio iudicis ibi designatur, id potius de benignitate iuris quàm regulariter de iure proce=
dere, cum lapsu termini legalis per se quis iure suo excludatur. fortior nanq; est † exclusio termini lega=* 48
*lis quàm repudiationis, ut dicit Iacob. de Are. in l. facta, §. si quis bonorum, ff. Ad Trebell. & contra sta=
tutum iudicis mora purgari posit, nisi obstet res iudicata, uel caussa cognita perpetuum impositum sit si=
lentium, d. l. Titia, & d. l. Mancipiorum. Contra terminum uerò legis exclusiuum nullo modo repara=
tio detur, nisi impedimentum probetur, d. l. Ob commissa, C. de adul. & d. l. facta, §. si quis bonorum, ut
diligenter hic no. Bal. col. j. uers. Et differentia est. fa. l. quòd si nolit, §. si quis ita, in fin. ff. De ædil. edict.
& no. Abb. post Innoc. in c. Cum in tua, uers. quid enim si sponsus, ibi, Quod aut terminus fuit præfixus,
&c. qui matrim. accus. poss. & Aret. in l. quamdiu, in 7. col. ff. De adq. hær. Itaque cum exclusio ter=
mini legalis per se sola satis superq; sufficiens fuisset ad excludendum omni cætero ultra legitimam com=
modo hæredem, qui intra annum integrum dispositum non impleßet: hoc in casu & similibus mirum nõ
est, unicam iudicis monitionem sufficere, ut accidens, cum ipsa lex simul per se ac principaliter id ipsum
operetur, certumq; terminum constituat. Vnde quoque argumentum ualidum pro bina citatione hic sumi
potest, ut si exclusio termini legalis, quæ fortior est exclusione iudicis, secum tamen antea iudicis moni=
tionem exigit ac admittit. fortius igitur ut sola iudicis exclusio uires obtinere queat, ulteriori quoque e=
ius antea monitione muniri ac firmari debet. In hunc modum etiam d. glo. hic in uerb. admonitus, po=
steriorem hanc sententiam magis confirmat. quòd enim asserit unicam monitionem sufficere, in certis id
asignat casibus: ubi minor pœna imponitur, ac amplior terminus, ut unius anni à lege conceditur. Con=
trarium uerò admittit in casibus ubi maior imponitur pœna, & terminus iuxta arbitrium iudicis breuior
asignatur: ut uerè casus est noster. Vnde & constat rationem allegatam, iudicis authoritatem non debe=
re esse ludibrio, nihil quidquam hic obstare. ea siquidem intelligitur, si legitimè & secundum iuris præ=
scriptum ordinem iudex procedat, iuxta tit. C. Comminationes, epist. program. subscrip. author. rei iud.
non habere. Atq; si dicta ratio generaliter ac indifferenter locum haberet, sequeretur in omni actione ac
actu iudiciali, omniq; iudicio unicam & qualemcunq; iudicis citationem monitionemue sufficere: quod
apertißimo iuri contrarium, ac planè absurdum esset. Vnde cum hic de pleno præiudicio agatur; atq; hoc
casu ius ulteriorem iudicis monitionem requirat, constat eius rationis allegationem hic impertinentem, im
portunam ac absurdam esse. arg. l. de pupillo, §. si quis fortè. ubi Ias. in 2. not. ff. De no. op. nunc. & l. pen.
ff. Ad. exhib. Quòd autem pro hac ratione suprà d. c. pastoralis, De excep. adducitur: simili quoq; mo=
do id iuxta l. fin. ff. De calum. & l. Pap. exuli, ff. De minor. inconuenienter ac intempestiuè fieri apparet.
Ibi enim † iudex terminum ad omnes dilatorias exceptiones, quibus aliàs malitiosè nonnunquam caussa=* 49
*rum terminatio prorogabatur, proponendas statuit: atq; ibidem etiam protestatio ac alia remedia non pa
renti reseruantur. Vbi sanè si ipsam caussam principalem respicias, nullum omnino excipientis apparet
periculum aut præiudicium: hic uerò protinus de pleno agitur præiudicio. Sic & doctrina Innocen=
tij in d. c. G. perpetuus, quòd semel iussus à iudice exhibere instrumentum, si non pareat, iure ipsius instru=
menti priuari posit, etiamsi simpliciter ea procederet ac uera esset, nihil sic obstat. Primùm enim respon=
deri potest, multo facilius esse instrumentum exhibere, quàm uel actionem uel accusationem instituere:
ideoq; citius mandato iudicis parendum, arg. l. si quis instituatur, §. j. ibi, Cui facilè parere posit, ff. De hær.
instit. Deinde ut quis instrumentum exhibeat, iussus iudicis est in ipso quasi medio iudicij processu, ubi
iam legitimæ citationes præcesserunt, hinc inde actum, necdum uerò in caussa conclusum est. Hic longè di
uersa est ratio, ubi primitus pars ad agendum citatur, & protinus priuatio iuris sui subest: maximè uerò
cum hic citatio non coactiua, sed ut suprà dictum, uoluntaria sit. Vnde & sequitur, cum uoluntati ac de=
liberationi diffamantis concedatur an agere uel accusare uelit, antequam protinus omni iure actionis ex=
cludatur, ipsum per iudicem omnino iterum monendum, æquitatis ac iuris esse apertißimi. Deniq; doctri=
nam Innocentij inconuenienter in priorem illam opinionem detorqueri, patet ex no. eiusdem, in c. Consu=*

luit, Extr. De off. delega. sicut in hoc & eum Bar. allegat in d. l. Titia, uers. quæro utrum, &c. Atq; in hunc
omnino modum & ad d. c. Accepimus, De fide instrum. responderi potest, tum quoque quòd ibi à Papa
50 terminus statuitur: cum & summi pontificis † in hoc summa sit potestas, ut Spec. in tit. De legato, §.
Nunc ostendendum, in uers. 89. in fin. arg. c. In memoria, dist. 19. & Bal. in c. super, col. j. De causa
poss. & propric. Sic & quæ alia sunt aut esse possunt, facilè ex superius traditis resolutionem suam ac-
cipiunt. Quòd uerò in hanc partem authoritates DD. quorundam allegantur, ex his ipsis hanc opinio
51 nem nec ueriorem nec communiorem esse euincitur: cum opinio communis † ea dicatur, quæ Doctores
habet maioris ponderis & authoritatis, ut Bar. Bal. & omnes in l. fin. C. De pœn. iud. qui malè iud. &
Abb. in c. prudentiam, in princ. in j. colum. De off. deleg. Alex. cons. 7. Videtur prima fronte, in 4.
col. uol. 4. Ias. cons. 39. num. 17. & cons. 59. num. 21. fa. c. In Canonicis, 19. dist. & ibi DD. &
in §. Verùm illa sententia, De pœni. dist. 3. Omnino autem eiusmodi posteriorem sententiam plures gra-
52 uioresq; amplectuntur. Et quidem quòd glo. † adducitur in d. §. si quis autem non implens, in uerb. ad-
monitus, satis iam constat, per eam posteriorem hanc sententiam magis probari, ac rectissimè in hanc ab
Ang. Aret. allegari, quicquid miretur Schurpff d. cons. 75. num. 12. Sic etiam quod Rom. adducitur
in d. l. quamdiu, num. 12. non solum hic nihil operatur, uerumetiam eius authoritate hanc sententiam
magis comprobari manifestum est. Licet enim ibid. d. sententiam Ang. impugnare conetur, in fine tamen
asserit, quòd ipso iudicante sequutus fuit hanc partem propter authoritatem Angeli. Ita & Aret. Alex. Fe-
ly & aliorum authoritas pro priori opinione frustra adducitur, cum eos sequentem sententiam magis fir-
masse constet. Et sic licet in priorem partem hic inclinare uideatur Hieron. Cagno. non tamen id firmis-
simè. ad euitandam enim opinionem DD. duas admonitiones fieri laudat, eo quòd abundans cautela non
nocet: sicut in simili ferè ad effugiendas hic DD. opiniones aduocatos instruit Ang. in d. l. quamdiu, in j.
col. ff. De adq. hær. post Innoc. in c. lator. qui filij sint legi. ut infr. cap. 8. dicetur. Et in posteriorem hãc
partem Hieron Schurpff. d. cons. 34 uerius ac constantius concludit. Vt igitur certum est unicam in
hoc iudicio citationem non sufficere, ita iudicia quæ pro more ac consuetudine sua hoc casu, trina uel bi-
na citatione, monitione, uel termini constitutione utuntur, hoc nomine meritò ut legitimè constituta, pro-
banda sunt.

53 Et quia in hoc l. diffamari iudicio, ut in nullo alio, generalis citatio † per proclama uel publi-
cum edictum quæ fiat, adeò frequenter locum sibi uindicat, ut ad eius etiam quasi proprietatem ac natu-
ram præcipuè spectare meritò iudicari possit: itaque licet de materia per edictum citationis ordinariè
DD in clem. j. De iudic. & plenissimè Felyn. in c. quoniam frequenter, § porrò, ut lite non contesta. &
copiosè Bar. in Extrauag. ad reprimendam, in uers per edictum, & in alijs hinc inde iuris locis DD. &
uaria & multa scribant: tamen ob iam relatam caussam quòd eiusmodi citatio frequentissima hic est, &
quòd in eius materia etiamnum multæ quæstiones utiles ac præstantes, magnam inter Iurisperitos contro-
uersiam ac disceptationem pariunt, diligentioriq; disquisitione opus habẽt, ac certiore discussione: ut con
tra quos eiusmodi per edictum citatio, & an contra certos aut utrosque decernenda sit, & ex quibus
caussis, an item occasione unius diffamantis, & contra alios quoscunque, eiusmodi generale iudicium, ut
inuiti agere & ius suum in iudicium deducere cogantur, firmari possit? an denique, qualiter & quate-
nus per eiusmodi generalem per edictum uel proclama citationem absentibus præiudicetur? de ijs ipsis
iam quæstionibus, quæ ut materiam nostram non parum illustrant, ita quoque in se plurimum difficul-
54 tatis continent, diligentius dispicere non inconueniens hic fuerit. Et quidem citatio generalis † uel
per edictum ac programma, hoc est scripturam publicè propositam fit, uel etiam interdum per procla-
ma seu proclamationem, ut cuiusque loci consuetudo fert, ut edicatur, quicunque sua interesse putaue-
rit ad defendendam talem rem, &c. ut eiusmodi usus ac citandi formæ uarijs in locis à DD. notantur.
55 Et sanè notandum, in omnibus casibus † in quibus lex permittit fieri citationem per proclama, in ijsdem
etiam fieri posse per edictum: cum uox præconis paucis innotescat, Auth. qui semel, C. quom. & quan.
iud. per edictum uerò res magis efficiatur notoria: ut no. Alex. in add. ad Bar. in l. j. §. præsides, ff. De
requir. reis. sicut & in hoc argumentando concludit Marian. in sua pra. in 6. num. 95. Veruntа-
56 men Ioan. Andr. in clem. Grauis; in glo. uer. præconia, De sen. excom. citationem per † proclama fa-
ctam cum tuba per præconem, fortiorem esse qualibet alia citatione asserit. Verùm necesse est eam fie-
ri in multis & consuetis locis ciuitatis, ut Bal. in c. j. colum. 6. uer. quæro uni quis citatur, De mi. ua.
qui contu. est. fa. c. Cum in tua, De his qui matr. acc. poss. c. quod dicitis, 16. quæs. j. ubi Archi-
dia. Ang. in l. j. §. Hæc stipulatio, colum. 8. ff. si cui plus quàm per leg. Falcid. Roffred. in libellis
in

in Rub. si quis ius dic. non obtemp. Sicut & requiritur quòd citatio † per edictum fiat in tali lo= 57
co, quòd uerisimiliter possit ad citati noticiam peruenire, l. Semper, §. Hoc interdictum, ff. quod ui aut clàm. nec in loco remoto, sed euidenti, l. Sed & si pupillus, §. de quo palàm, ff. De insti. actio. Et li= cet quanto tempore debeat stare † affixum edictum, iudicis relinquatur arbitrio, cum in iure non re= 58
periatur statutus certus terminus, ut Bar. in Extrauag. ad reprimendam, uers. publicè : tamen cum in hoc nostro iudicio de pleno agatur præiudicio, dubitandum non est, tamdiu affixum manere eiusmodi debere edictum, donec terminus in eo constitutus plenè fuerit finitus, ut simul elapso termino & edi= ctum demum deponatur : idq; sanè hic, ubi aliàs trina requiritur citatio, fieri debere, ut citandum sæ= pius monere intelligatur, & iuris & æquitatis ratio postulare uidetur.

Est autem eiusmodi citatio † irregularis. Regulariter siquidem citatiò per edictum prohibetur. 59
debet enim specificè fieri per nuncium seu literas, ut plenè nota. in d. clem. j. De iudic. Vnde citatio= nes per edictum sunt & dicuntur exorbitantes à iure communi, & ideo strictè tenendæ in suis terminis & formis, c. quæ à iure, De reg. iur. lib. 6. Rota decis. 367. si committatur, in notabil. sicut & manifestum est eiusmodi citationes publicas si certas contingant personas, & quarum è re citari singu= lariter non interest, pleruniq; odiosas haberi, ex eo maximè quòd semper uulgus quem ita citatum, lati= tare ac iudicium subterfugere arbitratur. Nec equidem eiusmodi per edictum citatio nisi in casu necessi= tatis & in subsidium fieri debet, puta propter citandi incertam absentiam uel latitationem, uel quando citantur personæ incertæ si sua putauerint interesse: ut in hac materia frequenter fieri solet. Atq; idcir= co non debet temerè prosilire iudex ad eiusmodi citationem, si quoquo modo citatio ad citandum de= ferri potest: maximè uerò in caussis arduis, & ubi aliquo modo fama citandi ac existimatio per eius= modi publicam denunciationem lædi possit. id quod ut laudabiliter supremum illud iudicium Cameræ Imper. accuratè ac diligenter seruare deprehenditur: ita in conspicuo est, ab inferioribus in Imperio iudicibus, maximè in Imperij aliquot ciuitatibus, quæ sibi nescio quam potestatem adtributam interdum somniant, sæpe ac facilè, & in gratiam interdum alicuius uilissimi hominis in magistratu existentis, dum mutuum muli scabunt, sanè sestiuiter, absentium quantumuis honestorum famam temerè per eius= modi publicas citationes lædi ac sugillari: quod tamen ius nostrum, & æquitatis † honestatisq; ratio 60
apertè detestatur. Nec dubium esse debet, quin contra eiusmodi magistratum ex leui aliqua caussa aut suspicione contra absentem aliquem honestum ac clarum, eiusmodi per edictum citationem proponen= tem, si aliquo modo eius existimationi inde detrahatur, iniuriarum agi possit: ne quid grauius dicam.

Atqui sanè ueri ac aperti iuris est, si proponatur edictū † contra certam personam, & notum sit 61
eam esse in loco in quo tutè per literas uel nuncium citari queat, eam eiusmodi citationem minimè ad= stringere, & sententiam uirtute talis edicti latam omnino nullam esse : ut notab. etiam concludit Old. conf. 43. & clarè Felyn. in c. Cognoscentes, colum. 7. De constitu. & fortius Domi. in c. fin. De electiou. in 6. ut mox copiosius deducetur. Si uerò citandus non haberet aliquam domum certam, nec de facili cognosci posset ubi esset, tunc sanè in illa ciuitate † in qua plurimum conuersari solebat, per 62
publicum proclama uel per edictum citari poterit: secundum Bal. in l. si quando, in xj. quæ. C. De te= stim. & in l. Si accusatoribus, colum. fin. C. De accusat. & in l. Consentaneum, in 2. notab. C. quom. & quan. iudex, & in l. ut perfectius, colum. j. circa fin. & col. 2. C. De ann. excep. & fa. quod nota. Bal. in c. j. col. 4. in fin. De mili. uas. qui contu. est. & no. DD. in l. 4. §. prætor, ff. De dam. infec. & Socyn. in conf. 56. col. 2. in fin. in 4. uol. Similiter si citandus procuraret uel impediret ne cita= tio ad eum peruenire posset, uel latitaret, tunc per edictum citari poterit, d. clem. j. De iudic. de cuius uero intellectu Felyn. in d. c. quoniam frequenter, §. porrò ut lite non contesta. & Rot. decisio. 223. si committatur, in notab. sicut & alios plures casus, in quib. eiusmodi per edictum citatio proponi po= test, enumerat Maran. in sua pra. in 6. par. 40. quarta citatio est illa. Quo in loco etiam singulari= ter † notandum, si ad locum ubi citandus habitat non sit tutus aditus, ut quia nuncius Cameræ captus 63
ibi fuit, &c. quòd tunc in iudicio Cameræ Imper. potest & debet contra citandum citatio per edictum impetrari, in locis uicinis affigendum, iuxta ordina. aliàs ibidem executionem citationis, si fiat ad a= liquam curiam citandi uel alium quempiam ipsius locum, etiam ad manum ipsius coloni, non acce= ptari, utcunq; de non satis tuto accessu constet.

Et habet præterea locum per edictum citatio generalis, † ubicunque plures admittuntur ad agen= 64
dum aut accusandū uel contradicendū, uel aliquid simile agendum: ut in restitutione & in matrimonio, in adoptione & in natalibus, c. lator. Extr. qui filij sint legi. l. Nam ita Diuus, ff. De adop. Authen. si omnes,

C. Si minor ab hære. se abstin. qui omnes casus l. nostræ esse possunt. In eiusmodi uerò quòd ita edictum cõ
ceditur ac proponitur generale, ratio est, quòd & quando nescitur quæ certa persona citari debeat, sicut
de electione actionum, l. 2. §. j. ff. quor. lega. ut pulchrè Innoc. in c. fin. De maior. & obedien. & in c. Cum
in tua, ubi & Panor. Extr. qui. ma. acc. poss. & in c. Albericus, De testi. Panor. in c. Gratum, De off. dele-
ga. & clarius in c. quamuis, De re iudica. circa fin. Et ita personis non certis similiter possunt fieri
proclamationes publicæ ex parte iudicis, cum aßignatione termini infra quem petant, aliàs non audian-
tur: & hoc ut obuietur malitijs hominum, lites præcidantur, neq; dominia rerum in incerto maneãt, &c.
l. si eo tempore, & ibi Bar. & DD. C. De remiss. pig. Cyn. Bal. Paulus Castren. & Salyc. in d. Auth. si om-
nes, & d. l. si pupillus, §. proscribere, ff. De instit. & no. Panor. in d. c. Cum in tua, col. 2. in prin. & Felyn.
in d. c. quoniam frequenter, §. porrò, col. 2. uers. considera in primis, & Gemi. in c. fin. in fin. De elect. lib.
6. & ita communiter obseruari per totam Italiam dicit hic Bal. & Ang. Instit. De excep. in Rub. in 9.
quæsi. Et sic quando fit aliquis actus qui principaliter † contra aliquem non dirigitur, citatio gene
65 ralis per edictum uel proclama sufficit, ut decidit Bar. in d. l. si eo tempore, per casum ibi, Vt quãdo uendi
tur pignus. uenditur enim principaliter contra debitorem, consequenter uerò contra alios creditores. ita-
que hi per citationem eiusmodi generalem citari possunt, arg. l. j. §. Cum dicitur, ff. si cui plus quàm per l.
Fal. & eorum quæ no. Innoc. in d. c. fin. De maior. & obedien. & in c. In nostra, De procura. Sic cum de
certis personis nescitur, nec constat † quis specialiter citandus sit: tunc per edictum generale citari posse,
66 idem comprobat Bar. in Extrauag. Ad reprimendam, in uers. per edictum, circa fin. & Bar. & Bal. in l.
fin. C. De iure delib. & idem uult Bal. in l fin. C. De edict Di. Hadr. toll. & in l. quinquaginta, ff. De excu-
sa. tutor. & in l. 2. C. De testam. & Ang in l si diu, ff. Ex quib. caus. in poss. ea. & Innoc. in c. præterea, De
appellat. & in d. c. Cum in tua. ubi sequitur & Panor. secundum l. j. & Auth. ibi positam, C. si minor ab
hær. se abstin. Imo. post Innoc. in d. c. fi. & in d. c. Albericus & sequitur Felyn. in c. Cognoscentes, col. 7. De
consti. & in d. c. In nostra. Car. cons. 74. in discußione præmißi articuli, col. j uers. In contrarium est, A-
lexan. cons. 106. uisis & opportunè ponderatis, col. pen. in fi. uol. 5. ubi plura in hanc sententiam allegat
Petr. de Anch. cons. 270. in primo dubio, in 2. col. & cons. 92. prima facie. Et in hunc modum concludit
Rom. cons. 53. Viso themate, circa fin. quòd citatio eorum qui se ius habere prætendunt, tunc secundum
formam statuti per gridas & bannimenta fieri poßit, si incertæ personæ sint ius prætendentes. Et idem
omnino uult idem Rom. cons. 410. ut clarior. sicut si hæres uult conficere inuentarium secundum formã
l. fin. C. De iure delib. Creditores enim si incerti sunt, citari per publicum proclama possunt in locis publi
cis, ut Bal. in d. l. fin. §. Cum igitur, col. 3. & in Auth. Sed cum testator, C. Ad l. Falcid. & Bar. in d. §. Cum i-
gitur. ubi communiter Mod. Sicut & quando † creditor posterior uult uendere rem sibi hypothe
67 catam, potest creditores incertos anteriores citari facere per edictum uel publicum proclama, ut ueniant
ad contradicendum infra certum tempus: quo tempore elapso non audiuntur ulterius. tex. est, & ibi Bal.
& DD. in d. l. si eo tempore. Sicut & in agnoscenda bonorum possesßione Carboniana uel uentris nomi-
ne, si aduersarij sunt incerti, per proclama citari possunt. ut Bal. in l. Certum, col. 4. uers. uiso, &c. C. unde
legi. Vt uerò generaliter in omni casu in quo aduersarij incerti sunt, generalis eiusmodi citatio sufficit, ut
Bar. in d. Extrauag. ad reprim. uers. per edictum, longè post med. ibi, Sic etiam admittitur: ita econtrà si
certæ † extent personæ, & quarum principaliter interest, tunc illæ specialiter & nominatim citari de-
68 bent, illisq; in specie terminus aßignandus est, nec generalis citatio per edictum uel bannimenta, &c. suf-
ficit: ut hæc distinctio probatur per l. j. §. pen. ff. De uen. inspic. secundum Bar. in d. Extrauag. & in d. Au-
then. Si omnes, & in l. j. ff. De cura. bon. dan. & in d. l si diu, & in d. l. si eo tempore, & per d. l. j. §. Cum
dicitur, iuncto c. fin. De ele. lib. 6. & per no. Innoc. in d. c. fin. & d. c. In nostra, & per Bal. in Rub. C. De
suc. edic. & in l. si quis ita hæres instituatur, in mag. ubi & Ang. ff. De hær. instit. & in l. Nam ita Diuus,
ff. De adop. & in l. si curatoris, C. De iure delib. & per no. in d. Auth. si omnes, & communiter no. in d.
l. si eo tempore, & no. Innoc. in c. Humilis, De maior. & obedien. & fortius Oldra. d. cons. 43. & Rom.
d. cons. 410. qui casum hoc in specie singulariter terminantem allegat in c. fin. de electio. lib. 6. ubi idem
apertißimè tradidêre Petr. de Anchar. & DD. ibi. in fin. & fa. d. l. fin. C. de iure delib. Sic edi-
ctum per quod iubentur † uasalli uenire ad inuestituram accipiendam intra tempus, sub pœna pri-
69 uationis, non arctare eos si sunt certi, consuluit Cardin. cons. 154. in quæstione quæ uertitur in-
ter Andream: & consi. 76. Abbas S. Benedicti. & fortius dixit Domi. in c. fin. De elect. in 6.
quòd ubi contradictor est incertus, † si tamen de facili potuisset sciri, non ualet citatio generalis. Vn-
70 de quòd non sufficiat proclama generale, quòd qui uult esse hæres compareat, sed debeant citari quos
proxima

proxima caussa succeßionis tangit, rectè intulit Bal. in d. l. si curatoris, per d. §. pen. denunciari. Interdum
tamen & contra certam personam ut suprà tactum, citatio per edictum conceditur atq; proponitur, atq;
ita in casu neceßitatis † in subsidium, ut si quis non inueniatur in loco ubi citari poßit, l. j. ff. De agnosc. 71
lib. à paren. l. 4. §. Toties, ff. De dam. infec. l. Aut qui aliter, §. j. ff. quod ui aut clàm, c. Ex tuæ, De cler. non
resid. sicut & de latitante, &c. suprà dictum est.

An uerò ratione unius diffamantis, † atq; eo prætextu fundari poßit generale iudiciũ cõtra quosl= 72
cunq; prætendentes ius in aliqua re, intentando remediũ l. diffamari: difficilior ac maximè ardua occurrit
quæstio. Et quidem eam opinionem, quòd id neutiquam fieri poßit, argumentis hic uidetur † confirmare 73
Cagno. eo quòd remedium l. diffamari non detur nisi contra diffamantem: ergo contra alios non posse cõ-
petere. item factum unius non debere posse alteri præiudicare, ut cogatur inuitus contra iuris regulas a-
gere, arg. l. si unus, in § Ante omnia, ff. De pact. maximè quia machinationibus et malitijs hominum esset
obuiandum, l. si fundo, ff. De rei uind. l. unica, C. De sent. quæ pro eo quod inter. profer. deniq; pro hac opi
nione, quòd non debeat concedi generale proclama contra non diffamantes, decisionem esse ait Rom. in d.
cons. 53. à DD cõmuniter adprobatam, nisi ex causa, ut in scholari. Verùm in contrariam sententiam, ut
si quis ab aliquo diffamationem paßus fuerit, quòd eo prætextu tanquam optima ratione fundari poßit
generale iudicium contra † omnes cæteros contradicere uolentes, intentando remedium l. nostræ, uiden= 74
tur militare quæ cõmuniter à DD notantur in d. Auth. Si omnes. Et in specie in eam sententiam reperitur
Bal. in Auth. si quis ab aliquo, in 2 col. uers. Sed hic dubitatur de tali quæstione, C. De testib. per d. Auth.
si omnes, & per l. At qui natura, §. Si cum me absente, ff. neg. gestor & sequitur Salyc. in d. Auth. si quis,
nu. 2. circa fin. uolentes cautelam esse, ut per interpositam personam quis faciat se diffamari: & tunc cum
illa persona iudicium fundari, & occasione illius posse citari cæteros, de quibus suspicatur si uolunt con-
tradicere. quam cautelam † pro singulari commendat Bart. Cæp. caut. 242. Si poßideo, & salubriter 75
notandam dicit pro illis qui habent posseßiones, & non habent instrumenta de dominio, & alij quorum
antiquitùs fuerunt habent instrumenta de suo quodam dominio antiquo. Et sequitur simpliciter Georg.
Natta. in clem. sæpe, in prin. col. 35. De uerb. signi. Et quidem posteriorem hanc sententiam, ut meliori=
bus ac certioribus rationibus fundatam, ueriorem, magisq; iure probatam, ex sequenti forsan respõsio=
ne, ad argumenta contraria suprà posita, uideri poterit. Et quidem primùm, quòd obijcitur reme=
dium l. nostræ non dari † nisi contra diffamantem, ergo contra alios non competere, multifariam solutio 76
nem suam recipere potest. & primùm sanè quòd latißimum l. diffamari remedium neutiquam intra eius=
modi angustos limites constringi poßit aut debeat, ut semper id uerum ac perpetuum sit, quòd non nisi
contra diffamantem detur, neq; in hoc aliqua sit admittenda limitatio: ex summis eius ac amplißimis ra=
tionibus tam publicam utilitatem quàm priuatorum salutem respicientibus facilè intelligi ac percipi po=
test. Eæ etenim ut latißimè † patentes, & generales omnino, ita & principalißimæ sunt, ut in ijs non mi- 77
nima uniuersi quasi iuris fundamenta iacta conspiciantur, ut cap. ult. hic clarè deducetur: nempe malitijs
hominum obuiandum, & futura omnino præcauenda esse: ne item in incerto dominia rerum maneant,
& lites quantum fieri potest diminuantur atq; præcidantur. quæ singulæ rationes ita perspicuè ex l. no=
stra elucent, ut in singulis eius casibus utcunq; uarijs ac multiplicibus eæ excludi minimè queant. Itaq; cũ
ex dictis rationibus generalioribus ipsa lege in specie, eius tamen salubre remedium uerè originem suam
sumpserit, atq; in illis præcipuè fundetur: sequitur nunc ex illis ipsis rationibus, non obstante legis aliqua
specialitate, rectè argui posse & debere, † arg. l. Regula, § fin. ff. De iur. & fa. ignor. & c. Constitutionẽ, 78
De regula, in 6. ita ut dictum remedium nostrum ad omnes res, casus & personas, in quibus eædem ratio
nes aut aliquæ ex ijsdem reperiuntur, extendi queat, arg l. Item ueniunt, §. Ait senatus, ff. De petitio. hære.
Atq; in ijs omnibus idem ac simile † ius statui debeat, l. Illud, ff. Ad l. Aquil. & l. j. §. j ff De fonte. cum nul 79
lo modo discrepantia dicantur, quæ in ratione conueniunt, l. j. §. per seruum, ubi Ias. in 10. notab. ff. De
adq. poss. Iam uerò clarum est fieri non posse, ut certæ rei possessor, & quam se quietè ac sine omni
controuersia poßidere, ac ea ratione quoq; hæredibus suis relinquere posse, persuasum planè habet, si ex
inopinato ab aliquo diffametur, qui ipsi ius in ipsius posseßione competere asserat, non iam non solum ex
eiusmodi diffamatione, probabili suspicione ac coniectura moueatur, uerumetiam iustißimo timore duca
tur: & præter illum, utpote de quo æquè ac de alijs nunquam cogitauit aut tale quid suspicatus est, a=
lios quoque insuper fore qui uel etiamnum uel aliquando itidem, quod certus iam diffamator agit,
prætendere ac asserere possent. Iam itaque ob euidentes illas rationes relatas, ut diffamatus posses=
sionem rei suæ certò stabilire, ac sine ulterioribus controuersijs ac litibus quietè poßidere, & quan=
doque ad hæredes suos dominium rei possessæ certum transmittere poßit: quid prohibebit rationẽ
istius

istius certi diffamantis, & cæteros si qui esse ac similiter in ea possessione ius aliquod prætendere possent, simul ad iudicium euocari, ut intra certum terminum de iure suo doceant? cum hoc in nullum eorum penitus aut certè, ut dicetur, admodum exiguum præiudicium tendat: id uerò ut fiat, plures æqui boniq; rationes præstò sint: sicut & malitijs hominum obuiari, & rerum dominia non in incerto esse, atq; lites quantum fieri potest amputari, unicè ac maximè Reipub. interest, nec minus priuatorum salutem respicit. qua igitur ratiocinatione plures rationes præstantes unam infirmam non superare ac uincere poterunt? arg. l. Re coniuncti, De lega. 3. §. sed hodie, Instit. De adop. Auth. itaq;, & ibi gl. C. Cōmu. de successio. Sic aūt manifestū est ex suprà dictis l. nostræ generalioribus rationibus, DD. eius remediū & extra diffamationū
80 quoq; casus ad similes, ubi eædem rationes militant, rectißimè extendisse: ut etiā is qui in possessione sua † turbatur, quiue sibi ratione bonorum suorū aliquod periculū imminere metuit, aut uerisimiliter molestari timet, remedio hoc nostro uti, hoc est, implorare officium iudicis poßit, ut illi cui uerisimiliter eiusmodi ius competere existimari ac metui potest, terminum ad agēdum præfigat, intra quem nisi egerit uel accusarit, illi super ea re, &c. imponat silentium, ut Bar. in d. l. si finita, §. Eleganter, ff. De dam. infe. & in d. l. Si societatem, §. arbitrorum, ff. pro socio, & in d. l. si pater, C. qui bon. ced. poss. & hoc innuit Innoc. in d. c. Conquerente, De off. ordin. & uult expreßè Panor. in d. c. siquis contra clericum, circa princ. De for. compe. & fa. d. l. fin. C. de usur. pup. & d. l. Aurelius, cum sim. s. all. Sic similiter apparet, & eum cui ex-
81 ceptio † competit, petere posse ut actori imponatur silentium, ut Ioan. de Imo. in d. c. Cum sit generale, De for. compe. & Ang. in d. l. si quis libertatem, ff. De petitio. hær. & DD. in d. l. Si contendat, ff. De fideiuss. cum sim. suprà cap. 2. circa princ. deductis. Vnde luce clarius constat, remedium l. nostræ, ut non nisi contra diffamantem detur, eatenus constringendum non esse: sicut & id ex cautela suprà deducta, & à
82 DD. in d. l. Consulta Diualia, C. De testam. communiter tradita manifestè quoque colligi potest, ut † si actor suo foro frui, nec forum rei sequi uelit, coram iudice comparere ac petere queat, se acturum ad talem rem, &c. ut faciat proclamari ut omnes qui sua interesse putant, compareant, &c. quam pro ualde singulari notat ac commendat Socyn. d. reg. 10. ad fin. in suis fall. Sicut & iam dicta manifestè comprobantur per ea quæ DD. in scholari discessuro unanimiter tradunt in l. nostra, & d. l. j. C. ut nem. inui. cum sim. s. cap. 2. num. 92. latè traditis: ut & pro ijsdem confirmandis optimè fa. quòd statuto bona ac salutari ratione induci potest, sicut & rectè fit, quòd emptor etiam nulla præcedente diffamatione poßit gridas & bannimenta proponere, ut s. cap. j. nu. 47. copiosè etiam deductum. quæ omnia, sicut & hic ad propositum multi alij casus præstantes, & in hoc hominum cōsortio communes adduci possent, expositis omnino legis nostræ rationibus procedere ac fieri manifestum est: & fa. opt. quæ j. cap. 8. num. 62. notan. Sic similiter nec secundum argumentum, quòd factum unius non debeat posse alteri præiudicare, ut cogatur inuitus contra iuris regulas agere, simpliciter aut generaliter hic consistere potest. hæ enim iuris regulæ ut limitationes suas multipliciter patiuntur, per iam dicta, & ea quæ no. in l. nostra, & in rub. & ing. C. Vt nemo inui. cum sim. s. relatis: ita & regula, quòd non debeat alteri per alterum
83 iniqua conditio inferri, l. Non debet, ff. De reg. iur. † intelligitur: scilicet per priuatum, secus autem si hoc ex caussa & authoritate publica fiat, per ea quæ no. in d. l. Non debet. Itaque cum hic eiusmodi per edictum citatio authoritate iudicis fiat, qui priuatus non est, ut Hostien. in sua sum. tit. De libell. obla. uers. sed nunquid iudex: & id cum causæ cognitione procedat, & tam publicam quàm priuatorum salutem spectet, neutiquam dictum argumentum hic consistere potest. Sic autem in simili uidemus remedium d. Auth. si quis ab aliquo, C. De testib. si caussa præstò sit, super qua fundari poßit, sibi locum uindicare, arg. l. Inter litigantes, ff. De iudi. ut Bal. & Salyc. eleganter in d. Auth. Si quis. ubi quoque testes licet illos caussa inter alios, ut aliena, nihil contingat, etiam inuiti deponere coguntur. Id quod adeò etiam pro-
84 cedit, † ut iudex delegatus coram se testes productos si deponere nolint, cogere ac torquere poßit: ut Bal. in usib. feud. si de inuesti. inter dom. & uas. lis oria. & no. in l. 2. De iurisdi. om. iud. Ex caussa igitur atque ratione unius diffamantis, & cæteros prætendentes ius ea in re per iudicem citari posse, & iuris & æquitatis esse apparet: cùm ob rationes suprà positas, quæ partim & Rempub. ac iudicis quoq; officium respiciunt: cum hic constet dominia rerum in certum statum collocari, ac multas lites futuras seu de quibus timor esse potest, unà in caussæ continentia absolui ac finiri posse: tum uerò maximè, q. hic eorū quib. ius in aliqua re nō præsumptiuè, fictè aut frauduleter, sed legitimè ac uerè quæsitū est, aut nullū prorsus aut exiguū uersetur præiudiciū: propter periculū uerò præscriptiōis, ut maturè ius suū in iudiciū dedu-
85 cāt, eorū magis intersit. Sicut & in simili, ꝓpter partiū emolumētū, quādo testes † ad ꝑpetuā rei memoriā recipiūtur, oēs quorū interest citātur, ut no. Felyn. in d. c. Albericus, uers. sed quæro, post glossam, Extr. De testi. ut in hāc rationem licet sæpe constitutum sit, res inter alios iudicatas alijs non præiudicare: idipsum tamen

tamen in aliquibus casibus, maximè materiam nostram respicientibus distinctionem habet, de quib. in l. sæpe constitutum, & ibi.no.ff. De re iudica. & fa. quod no. Innoc. in c. causa quæ, De testib. & Bar. in l. 2. C. De fruct. & lit. expen. & quæ idem Bar. notabiliter in repetitio. l. Admonendi, in 9. col. uers. quæro quid si dicta testium, ff. De iureiur. per l. à sententia, in prin. ff. De appella. & quæ. no. Panor. in c. quamuis, De sen. & re iud. & Alex. in repe. d. l. sæpe, in 22. col. uers. Fortius dixit Anton. de Butr. &c. Ex quibus apparet, eos qui in aliqua re ius quæsitum habent, cum de ea iudicialiter inter alios disceptatur, ad hoc ipsum citari, eorum quammaxime interesse: qui etiam nullo penitus inde afficiuntur detrimento, cùm ut dictum, tum uerò ob dilationes iudiciales † quæ ad probationes deducendas partibus à iudice legitimè concedi so- 86
lent & debent, neq; aliquo modo probationum copia angustari debeat: sicuti id notissimi iuris est. Et cum plerunq; hi qui prætensi iuris sui probationes expectare modò aut quærere ac uenari solent, id sine dolo moliri non præsumantur: manifestum est, rationem generalem hic allegatã, machinationibus ac malitijs hominum obuiandum esse, maximè pro præsentis quæstionis posteriore sententia militare. Vt enim certum est, eorum qui in re ab alijs possessa iuris quæsitum habent, maximè interesse, de eo quamprimùm in iudicio experiri: ita contrà fieri nequit, ut qui eam rem differunt, ac occasione modo agendi expiscantur, expectando inquirunt ac aucupantur, hoc non fraudulenter agant, ut possessoribus, si quandoq; legitimis suis probationibus destituantur, facilius imponere queant: contra quos & l. diffamari remedium potissimum competit, ut Innoc. in c lator. Extr. qui filij sint legi. sicuti id & in criminalibus hic luculentius apparet. Vnde constat, ut eiusmodi ueteratorum malitijs ac astutijs obuietur, rationem posteriorem maximè nostram confirmare sententiam. quod equidem directò uerum. Aliàs siquidem, si ut interdum fit, rerum gubernacula malitiosi † quidã teneant, ijsq; Rerumpub. administratio cõmissa sit, qui licet alios sub- 87
ditos ac ciues suos nulla prudentia, nulla dignitate, aliaue re excellant, miram tamen in eosdem tyrannidẽ exercere non uerentur: dũ illos non solũ publicis exactionibus euacuant, uerùm quoq; iudicia uenalia habent, & modò ipsis bene sit, & ij rem suam bellè facere ac stabilire queant, paruo admodum in discrimine ponunt, ut publica utilitas ac priuatorum & subditorum salus, atq; adeò ipsa ciuitas conseruetur: tum sanè in his dicta ratio per indirectum locum sibi uindicare posset. hi etenim dum hoc solum agunt ut ex ciuium ac subditorum suorum bonis se diuites faciant: iam certè si quis ex illis senatoribus seu gubernatoribus prædium quoddam, uel alia bona cuiusdam ciuis ac subditi per grauissimum fœnus seu alia iniqua ratione occupasset: in quibus tamen bonis & alijs ciuibus subditis plura iura competere sciret, eosq; aliquãdo eorum bonorum nomine esse acturos: ipse autem possessionem suã stabilire non dubitaret, eo quòd omnes collegas suos fautores ac iudices fauorabiles habiturum se sciret, nec quoq; sententiam suam in iudicio exclusam iri: atq; hac ratione non solùm publicum edictum impetrare se posse ut omnes qui contradicere uelint intra certum terminum id agant, aut postmodum non audiantur, uerumetiam se potiorem futurũ ac certum possessorem, utcunq; licet alijs contradicentibus, certò haberet cognitum: hoc sanè casu negare non potest, cũ iura ualde pro abominabili habeant, eiusmodi constituere iudicia, arg. l. Extat, ff. quod met. caus. & l. si quis in tantam, C. Vnde ui, doctrinam nostram iustam recipere limitationem. Et poterunt sanè alij ciues † quibus in dicta possessione seu re iura competunt, hoc casu maximè iudices ut suspectos recu- 88
sare, eoq; nomine se contra eiusmodi edictum opponere: cum etiam iudex ordinarius & delegatus ob legitimam suspicionis caussam rectè recusari queat, §. quòd si usuueniat, Auth. ut præsides qui interpell. alle ga. audi. diffe. c. si quis contra clericum, & c. licet, De for. compe. c. Cum speciali, De excep. l. Apertissimi, C. De iudi. c. suspicionis, De off. delega. c. si contra inui. eod. tit. lib. 6. quanquã ubi ita sinistrè, ut dictũ, à magistratibus res geritur, ibi quoq; palàm est, magna ui ac summo terrore miseros ciues & appellatione & omnibus beneficijs iuris competentibus priuari ac spoliari: quod ipsa dies loquitur. Verùm cũ hæc contra legitimum politiæ ordinem, contra bonos mores, omnẽ æquitatis ac honestatis rationem, & ipsam manifestam ac sacrosanctam iusticiam usuueniant: non debet eiusmodi exceptio seu limitatio, aut similis aliquis casus, doctrinã nostrã bonis ac præstantibus iuris fundatam rationibus, aliquo modo diminuere. Ibi enim ne generalis citatio permittatur, ut malitijs hominũ obuietur, cõstat eam rationem per indirectũ saltẽ locũ habere ac allegari posse: nos uerò hic in iudicijs bene ac rectè institutis loquimur, ubi nihil tant spectatur ac exigitur, quàm ut malitijs hominũ obuietur. Et ex superioribus clarũ est, generalẽ hanc æqui boniq; rationẽ posteriorem sententiam, ratione unius diffamantis & cæteros qui ius prætendere possent citari posse, directò tutari: sicuti & hæc ratio generalis non minimã † caussam l. nostræ dedit, ut tali reme- 89
dio machinationibus ac hominũ malitijs, dolis ac futuris fraudulẽtis actionib. obuiari ac præueniri queat. qđ sanè in eo dici aut præsumi nõ põt, q in iudicio rẽ à se possessã ad se solũ optimo ac omni iure spectare cõtra oẽs cõtradictores deducere ac ꝓbare parat⁹ est: magis uerò in eo q iudiciũ subterfugit, præsumitur.

Deniq;

Deniq; quòd in contrarium adducitur decisio Romani in d.cons.53.à DD.communiter adprobata, magis posteriorem sententiam confirmat,cùm propter eas ipsas rationes quas ibidem partim refert,tū quòd
90 ibidem manifestè decidit posse incertas personas † per edictum citari, idq; ex caussa:sicut & condictio l. nostræ hoc planè postulat,quemadmodum & diffamationem unius caussam sufficientem esse iam edoctū est.Sic autem quòd non nisi ex caussa contra incertos edictum proponendum sit, omnino quoq; uolunt Bal.& Salyc.in d.Auth.si quis ab aliquo:uti etiam in hanc sententiā cōmuniter ac generaliter DD.in uarijs locis hactenus allega.præcipuè in d.Aut.Si omnes,concludere conspiciuntur.Vbi & Paul.de Cast.apertè dicit,illas citationes generales fieri,cum difficile sit ire per singulos: & quòd statuta terrarū in his certum dent modum:sicut & pro posteriore sententia, communem Italiæ consuetudinem Bal. hic allegat, uers.ultimo nota.& Framiæ,Boer.d.decis.158.ut & hæc sententia æqui boniq; rationibus fundata ac munita,in omnibus bene institutis iudicijs recipi ac seruari debet.
91 Nunc igitur † cuius efficaciæ eiusmodi generales per proclama seu edictum citationes sint, & an absentes ligēt, dispiciendum uenit.Et quanquam ex iam traditis non obscurè intelligi potest,eiusmodi edi
92 cta etiam absentes,utpote incertos ligare:tamen contrariam † opinionem,quòd per proclama citatio existentes tantum in loco,non aūt absentes liget,constringatúe,defendere uidentur Paul.de Castr.in d.Auth. Si omnes,nu.4.& Ioan.Andr.in clem.Grauis,in gl.in uer.præconia,De sen.excom.quæ licet opinio per tex.in d.l.si eo tempore,ibi,Cum præsentes essent,& alijs quoq; euidentibus confirmari poßit rationibus: tamen & contraria ex suprà relatis uera existit, sicut in hoc puncto DD. in diuersis locis diuersa ac uaria tradunt,nec sibi satis constare uidentur. Itaq; hoc in loco ut omnis scrupulus ac DD. contrarietas
93 tollatur,omnino distinguendum erit. Si enim absentes † citandi sunt,tum hi aut certi sunt, aut incerti. Et si certi,tum aut sciri potest,ubi locorum habitent ac cōmorentur:aut id ignoratur, nec certò sciri potest.Itaq; si certi sunt, & sciri potest quibus in locis cōmorentur, tunc eos per citationem, per proclama seu edictum uocari non sufficiet,maximè si ad eorum noticiam ea peruenire non queat. & sic Castrensis & Ioan.And.& alij qui in eorum sententiam descendunt intelligendi sunt:in quod omnino quoq; cōcludere uidetur Ioan.de Imo.in l.Qui ante Calendas,in ult.col.in uers.Item adde quòd citatio per edictum,ff. De uerb.oblig.& probatur l.j.& quod ibi no.Bar.ff.De lib.agnosc.& in l.Prætor ait, ff. De dam. infe. & quod uult Felyn.in c.cognoscentes,col.7.De consti.cum sim.Si uerò citandi incerti sunt,aut certi quidem,sed ubi reperiri debeant,certò sciri non potest,cum hi comparentur,arg l.Duo sunt Titij,in fi.ff. De testam.tute.& l.In lege,ff.De contra.emp.tunc quidem eos per edictum uel proclama citari posse patet: ut Bar.in d.Extrauag.ad reprimend.in uerb.per edictum, longè post med.ibi,Sic etiā admittitur, & uult Bal.in l.Certum,col.4.uer.uiso,&c.C.Vnde legi.& Panor.in c.Cum in tua,col.2.in prin.Extr.qui matrim.acc.poss.& Felyn.in c.quoniam frequenter,§.porrò,col.2.uers. considera in primis ut lite non contesta.per no.in d.l.si eo tempore,& in d.Auth.si omnes,& Gemi.in c.fin.in fin.De ele.lib.6.& hoc casu procedit doctrina,qua traditur per eiusmodi publicam citationem omnibus præiudicari, cum scilicet in
94 subsidium † & in casu neceßitatis eiusmodi citatorium edictum per iudicē decernitur,per d. Auth.si omnes,& d.l.Si eo tempore,& d.l.fi.ff.ubi pup.edu.deb.& d.c.fin.De electio. lib.6.& c.fin.qui matri.acc. possunt.& l.fin.C.De bon.auth.iudi. poss.maximè cum ibid. affirmetur id iudicis dimitti arbitrio posse. Itaq; & ex citatione iudicis tenebuntur, cum iudicis authoritas frustranea aut ludibrio esse minimè debeat,l.si prætor, in prin.ff.De iudi.fa.glo.in c.j.De ele.lib.6.& idem in effectu uult Innoc.in d.c.Humilis,De maior.& obedien.& Bar.& Alex.in l.Municipij,ff.De decret.ab ordin.facien.Quare hæc distinctio diligenter retinenda,absentes ac incertos per citatorium edictum ligari,si id casu neceßitatis decernatur:sicut & aliàs fieri solet,si generaliter omnes quorum interest,citantur,si de ijs aliter ac certò consta-
95 re non potest.Quò pertinet & quod † Bal.no.in l.Neq; natales,C.De proba.& in l.fin.in 10.col.C.De edi.Diui Adri.toll.Et hanc rem quoq; rectißimè definire uidetur Accur.in d.l.si eo tempore,in uerb. præ
96 sentes.ubi finaliter concludit,hoc iudicis relinqui iudicio. Etsi enim nemo præsumitur ignorare † quod publicè agitur,l.sed & si pupillus,§.de quo palàm,ff De instit.actio.ex qualitate tamen caussarū,ac per-
97 sonarum ac locorum circumstantijs hæc res † à iudice dimetienda erit, ut si in rebus quæsitis alicuius graue uersetur præiudicium,tum ut absenti,ad cuius noticiam eiusmodi citatio uix uel omnino non perueniare potuit,idcirco protinus præiudicandum sit,iudex ratione loci ac itineris æstimabit, tum quoq; qualitatem ipsius caussæ considerabit,& an diutius rei petitæ dominium in incerto esse non expediat,&c. Sic similiter ubi propter odium uel fauorem caussarum celerior requiritur discußio, maximè certè per eiusmodi publicam citationem & absentes constringi æquißimum fuerit:ut si tertiò matrimonium in facie Ecclesiæ edictum ac consummatū exin sit,certè absentium,licet probabiliter ignorarint, nulla in posterum habebitur

bebitur ratio, c. Cum in tua. ubi Innoc. Extr. qui ma. acc. poss. & no. in c. Cum dilecti, Extr. De ele. Sic & idem in caussis criminalibus, utpote odiosis, cum terminus ad accusandum statuitur: certè eo elapso ad accusationem nullus in posterum admittetur, de qua re suprà cap. 2. copiosè dictum est. Et ita quoque DD. opiniones uariæ in hac extricanda quæstione rectè ac facilè componi possunt.

An uerò eiusmodi proclama uel per edictum † citatio non subditos liget, pulchrè docet Ioan. Fab. 98
in suo bre. in d. l. Si eo tempore. Quid uerò præterea eiusmodi citatio generalis operetur, no. Bal. in l. 2. in fin. in 7. col. cum seq. † Si ex nox. cau. aga. & Innoc. in d. c. Cum in tua. & est locus ordinarius in d. l. 99
sed & si pupillus, §. de quo palàm, ff. De insti. actio.

Et quia suprà pro & contrà latè argumenta deducta sunt, & plenè comprobatum, unicam in hoc iudicio citationem non sufficere: iam si quis contra hoc ipsum, argumentum ex iam dicta generali per edictum citatione desumi quoq; posse, in hunc modum arbitretur, Si unica citatio ac termini assignatio sufficit, ut etiam absentes hac ligentur: multo magis unica sufficiet citatio præsenti facta atq; insinuata. Is ex iã traditis leue illud ac puerile argumentũ esse discat, tum quòd constat eiusmodi citatorium edictum irregulare esse, & per hoc etiam incertos, si ex caussa decernatur adstringi, qui præter hunc alio modo citari non possunt. deniq; quòd eiusmodi per edictum citatio † singulis loqui, monere ac interpellare horis ac 100
diebus soleat. unde si legitimus & pro qualitate loci ac itineris longior in eiusmodi citatione constituatur terminus, minimè semel tantum, sed pluries quem ac omni momento per iudicem moneri manifestum est: cum per edictum res efficiatur maximè notoria, ut Alex. in add. ad Bar. in l. j. §. præsides, ff. De requirendis reis, & fa. d. §. de quo palàm, & quòd fama malum, quo non aliud uelocius ullum, & quòd qui ita citandi sunt, & in locis tam longinquis ac diuersis sæpe commorantur, plerunq; mercatores esse solent, qui à socijs suis ea de re facile moneri, aut etiam defendi possunt, nisi ij bonis cessisse credantur: quæ cessio hodiernis temporibus non flagitium, sed quodàmodo exquisitus modus adquirendi reputatur, ueruntamen non nisi ab hominibus æquè bonis, &c.

Quo in loco etiam prætereundum non est, quòd licet clarè deductum sit in hoc iudicio ulteriorem iudicis citationem seu monitionem necessariò requiri: hoc ipsum tamen communem quoq; illam limitationem, sicut & in cæteris iudicijs ac actionibus, recipere: ut si diffamatus citatus † prima uice respondeat 101
se nolle uenire, quòd iam etsi actus de sui natura requirit trinam citationem, non tamen ulterius eum citare iudex teneatur, ut est decisio Rotæ 245. licet in caussis in no. circa fin. per notab. dictum Innoc. in c. ad petitionem, in mag. glo. De accusa. ubi uult, si personaliter citatus non uadat uel malitiosè procuret ne ad eum perueniat citatio, c. quoniam ut lite non contesta. quòd in his casibus iteratò citandus non sit nec ad testium receptionem, nec ad audiendam sententiam, sed protinus ad examinationem caussæ & sententiam procedi posse. ex ratione, quòd cum prædictæ citationes tres uel plures non † fiant nisi ad probationem 102
contumaciæ, & hic appareat contumacia: ergo alias solennitates fieri necesse non esse, cum in certis opus coniecturis non sit, l. Continuus, §. Cum ita, ff. De uerb. oblig. l. Contumacia, ff. De re iudi. fa. clem. si autè, De dolo & contu. Et hoc dictum Innocentij cõmendat Abb. in c. Ex tuæ, in 5. col. De cler. non resid. & sequitur in c. Cum parati, De app. & in c. Consuluit, De off. delega. pen. col. & idem in simili no. Innoc. in c. Cumana, De ele. & fa. c. 2. De dol. & contum. lib. 6. & c. j. De iudi. & probatur d. c. quoniam, §. Porrò ut lite non contesta. & c. Venerabilibus, §. Secus, De sen. ex. lib. 6. Atqui hæc quidem res in hoc nostro l. diffamari iudicio planè liquida quoq; est. Cum enim citatiò hic uoluntaria sit, ut possit comparere si uelit, &c. iam eo ipso quòd respondit se nolle uenire, & per consequens nec agere uelle, rectè intelligitur, atq; inde quoq; iuri si quod ei cõpetere potuit, penitus renunciare. Et in hac quoq; sententia, quando citatus semel personaliter statim ascendit equum, & recessit in partes remotas, uel alio modo declarauit se nolle comparere, quòd ulterius citandus non sit: est Bal. in l. Cessante, in fin. C. quom. & quan. iudex, & Alex. in l. De unoquoq;, col. fi. ff. De re iudica. & in d. l. Contumacia, uers. quintò fallit, & Ias. in l. Nec quidquã, §. ubi decretum, col. 6. ff. De off. procon. & sequitur simpliciter Maran. in sua pract. in 6. par. uers. Citatio, nu. 19. Et quidem pro hoc si apertè dicat, Non ueniam, glo. no. est in l. Tres denunciationes, quã & Bar. & Cyn. & Pan. adprobant, C. quom. & quan. iud. per suprà adductam rationem, arg. d. §. Cum ita, & §. fin. Auth. De resti. dot. rer. col. 4. & l. Fulcinius, §. fi. ff. Ex quib. cauſ. in poss. ea. Quia uerò in locis s̃. all. DD. eum qui citatus nihil respondet, cum eo quodàmodo qui se non uenturum respondet, æquiparant, atq; ideo idem ius contra utrunq; statuunt, eo quòd tacens † contradicere uideatur, ut Cyn. in l. 103
Mutus, C. De procura. per tex. in l. per quos, §. Neratius, ff. De fur. & per Canonistas in c. Nónne, De præsump. ubi Felyn. latè in j. col. & in c. Cũ M. circa fi. col. 17. De consti. De tacente tamen rectè putat Hostiẽ. in c. fi. de dol. & contum. quòd contra eũ † tanquam contra apertè contumacem à iudice protinus proce- 104

di non poßit: sed præcedentibus demum tribus edictis, quòd & in eo qui dicit se deliberaturum, uerũ credit: & bene. Idipsum enim in hoc nostro iudicio à iudice omnino seruandum: siquidem cum hic citatio eo modo fiat, ut planè ipsius deliberationi ac uoluntati relinquatur, an comparere ac agere nec ne uelit. Certè iam eo ipso quòd tacet, uel deliberaturum se respondet diffamans, rectißimè facit: nec cõmodius citationem eiusmodi recipere potest. meritò igitur à iudice ulterius secundum naturam huius iudicij citaudus ac monendus erit. Et idem quoq; Hostien. in eo statuit qui non reperitur, quòd iterum citari debeat. quod tamen uerum, si se non occultet, uel non impediat quo minus citatio ad eum perueniat, iuxta d. §. Porrò, & Abb. in d. c. Ex tuæ, col. pen. Sic autem & quod dictum est, si citatus se nolle uenire respondeat, iudicem in continenti contra eum tanquam contumacem procedere posse, Innoc. in d. c. Cumana, & pulchrè
105 post eum moderatur Abb. in c. fin. De do. & con. in fin. id intelligendũ esse, si in iudicio ita respondeat. † Si uerò nuncio extra iudicium hoc dicat, tunc quia id fortè calore iracundiæ, nec factum est notorium cũ extra iudicium dicat, expectandum esse, utrum in termino primæ citationis compareat nec ne: ac tũc demum si minus compareat, contra eum procedendum: & quòd tunc præsumptio sit pro dicto nuncij, cui & aliàs de consecutiuis ad citationem creditur, d. c. Cum parati, De app. & sic rectus intellectus ad tex.
106 cum glo. in d. c. uenerabilibus, in §. Secus, sumi potest. Quòd uerò relationi nuncij † credatur, affirmat Bar. in d. l. Tres denunciationes, & no. in c. quoniam contra, De proba. & in d. c. Cum parati, & in c. prudentiam, De off. dele. & Archidia. in d. c. Venerabilibus, & dicit Abb. in d. c. Cum parati, quòd nuncio citanti non solum super nuda citatione creditur, uerumetiam super his quæ sunt uicina & proxima citatio-
107 ni. unde in ordin. iudicij Cam. Imp. exquisita cura prospectum, † ut nuncij Cameræ in executionib. suis processuum, ac cùm partibus citationes insinuant, diligentißimè notent ac adscribant, cui, ubi & quando executionem fecerint: quid item à partibus, & ijs qui citationem receperunt responsum sit, &c. prout ibid. in j. par. tit. 38. §. 5. & §. 19. cum sim. quæ etiam diligens nunciorum relatio iure exigitur, ut Bar. in l. 4. §. prætor, in 3. col. & no. Ant. de Butr. in c. Caussam, De dol. & contu. & Alexan. conf. 201. In causa, uol. 2. & conf. 2. Consideratis, uol. 3. cum sim. Proinde in d. ordin. tit. 36. in j. par. in prin. Imperator in hæc uerba disponit, Quòd plurimum sanè in nuncijs iudicij Cameræ situm sit, eo quòd ipsis in eorum relationibus credatur, & quòd super ijs semper processus contra inobedientes in contumaciam constitue-
108 di, &c. Atq; hinc est, quòd ante nuncij relationem sententia † contra contumacẽ lata, ipso iure nulla dicitur, ut notab. Bar. in l. Hæc autem, §. j. per illum tex. ff. Ex quib. cauf. in poss. ea. & in l. Multum, in fin. ff. De condi. & demon. & Alex. in l. sed si de sua, ff. De adq. hære. quod bene notandum.
Porrò sicut in reliquis iudicijs ac caußis, ita & hic citatio omnino ad locum tutum facienda erit. id
109 siquidem si minus factum fuerit, licet iam diffamans † ad locum non tutum citatus, eiusmodi citationem non curans omnino non compareat: idcirco tamen eius iuri, quod ipsi contra diffamatum uel ratione personæ eius uel bonorum competere potest, per sententiam iudicis ac perpetui silentij impositionem, eiusmodi citationem eiusq; non paritionem sequutam, nihil detrahi ac decedere poterit, quo minus in alio iudicio idem contra diffamatum persequi queat. Locus siquidem iudicij exercendi securus ac tutus omnibus esse debet, qui ad iudicium uocati sunt, in fauorem partium, c. Ex parte tua, De appell. ubi Abb. in j. col. notab. concludit, quòd non sufficiat procuratori tantum tutum esse, sed etiam domino: & econtrà non solum citato, sed & his qui pro eo interueniunt, & quòd aliàs quis procuratorem mittere non teneatur. Et licet hoc casu quidam dicant, quòd quis appellare debeat ad minus iudicialiter: ibidem tamen Panor. hoc men-
110 te tenendũ constanter asserit, quòd quando notoriè patet locum non esse tutum, † quòd citatus de citatione nihil curare poßit, ex eo quòd citatio notoriè sit iniusta, neq; arctet citatũ, clem. pastoralis, §. Notoriũ,
111 & ibi glo. De re iudica. Innoc. in c. præterea, De dila. Sic nec ad locum pestiferũ † citatus comparere arctatur, prout no. glo. in c. Communis filius, 23. dist. & no. Bar. in l. De ætate, ff. Ad Trebell. ex ratione quòd in tali loco stare, sit Deum tentare: & quòd homo laborare debeat quantum in se, ut mortem fugiat, & demum se misericordiæ Dei committere, c. similia, 24. quæst. 8. quod tamẽ in aere non adeò corrupto, & pro citati cõplexione limitant DD. prout in clem. quandiu, De app. & no. Abb. in c. Cum dilecti, De dolo & contum. & no. in c. si uerò, De iureiuran. Et quod suprà de loco non tuto ac periculoso di-
112 ctum est, usqueadeò quoq; procedit, ut eo in casu saluum † præstari conductum non sufficiat, c. accedens, ut lite non contest. ut no. glo. in d. c. Ex parte. quod bene hodie notandum, ac procedit maximè si itinera à raptoribus aut diffidatis infestentur, qui cum pro rapina ac ut nocere poßint, uitam quibusuis exponant periculis, parui admodum saluum conductum, præsertim si scriptis constet, faciunt, ac ut illi dicunt, illum non omnibus esse notificatum: sicut uulpes, gallinis in arbore residentibus, quibus persuadere conabatur ut descenderent, nihil esse periculi: pacem enim intra omnia animantia perpetuum esse constitutam. ista

autem

autem de longinquo duos magnos canes aduentare dicerent, aufugiens respondebat.

DE TERMINI ASSIGNATIONE.

CVM *igitur iam de citatione in hoc iudicio, quoties illa ac qualiter à iudice facienda, sit dictũ: prin cipaliter uerò ipsa in constitutione † termini fundetur, atq; eatenus, ut si citatus intra hũc non cõ* 113
pareat, omni dein actione sua ac iure cõpetenti priuandus ueniat: recto nunc ordine & de termini aßignatione, & qualiter terminus hic à iudice constitui, ac à partibus quoq; intelligi ac seruari debeat, dicendũ. Et quidẽ cum ex suprà deductis manifestũ sit, in hoc iudicio iudicẽ diffamati iudicẽ cõpeten tem esse: clarè apparet, termini aßignandi potestatẽ contra quemcunq; iudici hic quàm maximè compete re, ac omnimodo esse concessam: cũ terminus † etiã à non iudice detur, scilicet de eius iurisdictione cũ du= 114
bitatur, per c. Cũ contingat, & quod ibi no. De rescrip. *Itaq; ut iudici in hoc iudicio termini consti= tuendi potestas, ita & libera † concessa est. Tempus enim eiusmodi terminũ designandi, merè arbitrariũ,* 115
& omnino iudicis sententiæ ac potestati relictũ est, l. nostra. Siquidẽ infra quantũ tempus accusatores uel actores, qui plenè instructi & deliberato consilio uenire debent, poßint se instruere & plenius delibe rare, lex non potuit esse certa, ideoq; iudicis cõmisit arbitrio: ut eam rationẽ in simili elegãter aßignat Sa lyc. in l. Si ea, circa prin. C. *qui accusa. nõ poß. & cõprobatur per l. j. ff.* De iure deliberan. *ubi* Vlp. *inquit: Cum dicit tempus, nec adijcit diem, sine dubio ostendit esse in ius dicentis potestate, quem diem præstituat. Itaq; eiusmodi termini designatio cum ex iudicis consensu & arbitrio pendeat, atq; ipsius ministerio à le= ge relicta ac cõmissa sit, poterit is maximè ex caussa & terminũ uel minuere uel prorogare, iuxta no.* Dy. *in c.* Indultum, De reg. iur. *in 6. Animaduertere tamen debet iudex, ne terminum nimis breuẽ diffa= manti constituat: ut proinde sciat, utrũ cedere an contendere debeat, & si cõtendendũ putet, ueniat instru ctus ad agendum, ut inquit* Vlp. *in l. j. ff.* De eden. *Si etenim præscribat tempus tam angustum, ut impoßi= bile uel difficile admodum sit sese ad comparendum, simul etiam ad deductionẽ iuris sui præparare, appel lari poterit, † ut notab.* Bal. *in l. Sed & si per prætorem, §. Ait prætor, uers.* Itẽ no. *in eo uer. ff.* Ex quib. 116
caus. maior, per tex. in l. Titia, ff. De accusa. *& in idem est tex. & ibi* Abb. *in c. j.* De dila. *& c. super his,* De *accusa. & idem uoluit glo. in c. legitima, in uerb. competens terminus,* De appell. *in 6. per tex. in d. c. j. ubi glo. ex hac ratione bonã cautelã iudici † dat: ut si terminũ peremptorium ex caussa nimis breuẽ aßignet,* 117
caussam ipsam in citatiõe exprimat, ne pars appellare poßit. Aliàs autem si pars de breuitate termini gra uatur, potest statim appellare, licet non excipiatur de breuitate termini corã iudice, per no. in d. c. j. ubi et quis terminus nimis breuis intelligi poßit, docetur. Nã præsumitur etiã † in alijs grauare iudex, qui bre= 118
uem terminũ in citatione statuit, d. c. j. fi. quod no. in c. Ex literis, Ex̃. De consti. *& l. quãuis, in fin. ubi pul= chrè* Luc. de pen. C. De decurio. *lib. 10.* Et *omnibus decretis id tacitè inesse intelligitur, ut tempus compe= tens detur, arg. l. 2. §. qui ita stipulatur, ff.* De eo quod cert. loc. *Similiter cauere debet iudex, ne à termi no † peremptorio incipiat: similiter enim appellari potest, ut Spec. in 2. par. tit.* De appellatiõe, *§. 2. uers.* 119
sed quã dices. ubi Ioan. Andr. *& probatur d. c. j.* De dila. *quod sanè in hoc nostro iudicio omnimodo uerũ est ac procedit, alioquin de peremptorio nimis etiã breui intelligendũ: cum aliàs citatio peremptoria ha= bens competentia interualla seu competentẽ terminũ, æquiparetur tribus citationibus, secundũ practicam quam ponit glo. in c. Constitutionẽ,* De sent. excom. *lib. 6. l. Contumacia, ff.* De re iudi. *& l. Tres denuncia tiones,* C. *quom. & quan. iud. c.* De illicita, *24. quæ. 3. ut no.* Innoc. *in c.* Ad petitionem, De accusa. *&* Bar. *in l. Ad peremptoriũ, ff.* De iudi. *& refert* Panor. *in d. c. j. Itaq; quod de peremptorio nimis breui di ctum, maximè hic ubi ulterior iudicis monitio requiritur, iudici obseruandum. Debet enim † hic iu=* 120
dex in termino aßignando maximè diligens ac æquus esse, ut cõsideratis locorũ ac uiarũ distantijs, & per sonarum, temporis & negocij qualitatibus, hunc si ita expedire ac æquũ uiderit, moderetur & proroget: cùm quòd hic de pleno præiudicio protinus agatur, tum quòd id & aliàs manifesti iuris est, l. Nonnun quã, *ff.* De iud. *l. 2. ff.* De re iudi. *l.* Continuus, *§. Cum ita, ff.* De uerb. oblig. *& l. j. ff.* De eden. *& l. qui bona fide, §. ult. & l. seq. ff.* De dam. infect. *c. quod ad consultationẽ,* Ex̃. De re iudi. *& c. personas, & c. Cum sit* Romana, *& c. oblatæ,* Ex̃. De app. *c. si episcopus, 3. quæst. 2. & c. Tum ex literis, in fi.* Ex̃. De in integ. re= *stit. c.* Tempora, *26. quæst. ult. fi. optimè c. si ægrotans, in fi. 5. quæst. 3. & glo. in c. fi. in uerb. competenti,* De elect. *lib. 6. & quod no.* Innoc. Ioan. Andr. *&* Panor. *in d. c. j.* De dila. *sicut & rectè monet* Spec. *in 2. par. tit.* De cita. *§. 3. uers.* Nam omnes. *Etsi uerò aliàs iudex † omnes terminos in una citatione inserere po* 121
test, ut Spec. in d. tit. De cita. *§. 3. uers. Sed quid si tres, per l.* Sancimus, C. De iud. *& c.* Reprehensibilis, *§. Sin aũt,* De app. *& c. 2.* De procur. *illud tamen in hoc iudicio à iudice fieri non posse, sicut & aliàs nõ nisi usq; ad sententiã diffinitiuã, ex suprà dictis patet. Aliàs aũt semper ac regulariter eiusmodi terminus †* 122

h 2 *à iudice*

à iudice datus, peremptorius intelligitur. quoties enim iudex ex caussa terminum ad agendum uel accusandum statuit, licet non adijciat Peremptoriè, uel non dicat, Aliàs ultra terminum pronũciabimus te audiendum non esse: nihilominus tamen eum terminum in dubio peremptorium dici, censere uidentur Bar. & DD. in l. statuliberum, §. Stichum aut Pamphilum, per illum tex. ff. De lega. 2. & clarè Bar. in d. l. Mancipiorum, per illum tex. ff. De optio. leg. & per l. Ad peremptorium, cum l. seq. ff. De iud. d. l. Titia, d. l. si eo tempore. & idem omnino Bar. in l. fin. ff. De ferijs, & in d. l. Nonnunquam, & plenè in d. l. si finita, §. Iulia. ff. De dam. Idem planè uult Salyc. in l. si ea, nu. 6. uers. primo casu, C. qui acc. non poss. per d. l. Titia, & d. l. Si eo, & l. si quis instituatur, §. si conditioni, ff. De hære. instit. d. l. Mancipiorũ, & l. j. ff. De cura. bon. dan. non negat tamen, sicut nec ius nec æquitas negare hic patitur, iudicem adhuc nouum terminum constituere posse. Quod autem ibid. putat, si iudex in præfixione adderet, Et si infra hunc terminum libellum non porrexeris, ex nunc pronuncio te agere non posse: iam iudicem post terminum ita præfixum aliũ constituere non posse, propter sententiam latam, &c. Id ut non procedat maximè hic, partim ex s. dictis patet, & j cap. 8. clarè & plenè deducetur. Sic autem & aliàs iudicis monitio † facta præsenti, quòd uim

123 peremptorij habeat, uult glo. in l. 2. C. quom. & quan. iud. & in c. Consuluit, De off. delega. & Abb. in c. Ecclesia S. Mariæ, De consti. col. 4. in fin. & in c. j. De mut. peti. col. j. Veruntamen nec eiusmodi hic sufficere clarum est, &c. Commodè igitur nunc quæri hic potest, an terminus per iudicem diffamanti as-

124 signatus, per partem † diffamatam ad cuius instantiam datus fuit, possit prorogari absq; authoritate, iussu & consensu iudicis? & quidem quòd possit, uidetur probari per no. Bar. in l. j. §. Et post operis, ff. De no. op. nuncia, ubi & decidit, an aduersarius in pœnam incidat. quod notandum ac mente tenendum monet Paul. de Castr. in l. Cum stipulatus, nu. 3. ff. De uerb. oblig. & pro decisione Bar. uidetur bene fa. quod contra contumacem non proceditur, nisi altera parte instante, prout tex. & DD. in l properandum, §. Et siquidem, C. De iud. cum sim. cap prox. s. nu. 67. allega. Id uerò ut se ita hàbet, ita econtrà quoq; iste ter-

125 minus à iudice † constitutus, præter partium consensum prorogari non potest, c. De caussis, Extr. de off. delega. glo. in c. lator. in uerb. Infra duos, in fin. Extr. qui filij sint legi. quod diligẽter quoq;, licet adeò præcisè intelligi ex caussa non queat, notandum. Neq; id hoc in loco prætereũdum est, si iudex diffamanti ad

126 accusandum uel agendum terminum † constituat, ut id infra ipsum terminum uel usq; ad talẽ diem faciat, diffamantem quolibet die pendente termino comparere posse. Veruntamen si ante ultimam diem comparere uult, debet facere partem aduersam citari: quia non cogitur comparere ante ultimam diem, cum non

127 esset uerisimile quòd ille uellet accelerare, sed potius frui toto termino. Verùm si ultima die cõparet, † necesse non est ut alteram partem citari faciat: quia illa dies interpellet eam, per ea quæ no. Bar. in l. Item illa, uers. Et hoc est ualde notabile, ff. De constit. pecu. & idem uult glo ordin. in clem. quamuis, De app. & ponitur per Modern. in l. qui ante calendas, & in l. si quis arbitratu, ff. De uerb. oblig. & Ias. in l. Nec quidquã, §. ubi decretũ, col. 6. ff. De off. procons. & in repe. l. Admonendi, col. 44. ff. De iureiur. quod diligenter notandũ est, ut & Paul. Castr. monet in d l. qui ante calendas, nu. 4. Potest aũt ultima die termini citatus cõparere, licet in assignatione termini iudex dixerit, ut infra talẽ diẽ cõpareat, & uideri possit, id non infra præscriptã diẽ, sed in die factũ esse: ut notab quoq; cõcludit Petr. Ferr. in sua pra. in tit. Forma respõsio. rei conuenti, §. 2. nu. 4. per l si ita stipulatus decem, in fi. ff. De uerb. oblig & melius per l. j. in §. quod

128 dicimus, ff. De suc. edict. quod etiam uult Innoc. in c pia, Extr. De excep. Et an dies dati † termini cõ-

129 putetur in termino, Panor. plenè in c. super eo, 2. De app. Et quòd à receptione literarum † semper tempus computandũ sit, notab. colligit glo in c. quisquis, 4. quæst. 5. in uerb. ex ea die, per istum tex. & c. placuit, 2. 16. quæst. 3. & d. c. super eo, & l. quinquaginta, C. De excu. tuto. sicut & id usus ac consuetudo curiarũ & iudicij quoq; Cameræ Imp. recepit, quemadmodũ & id iuris ac æquitatis postulat ratio: neq; diem in quo quis literas recepit, computandum esse, arg. l. j. ff. si quis cautio. Similiter etiam si termi-

130 nus à iudice diffamãti assignatus, ut ante triginta dies † cõpareat, licet uideri possit eum ante completam tricesimam diẽ comparere debere, tamen tricesima die comparere potest: hæc siquidẽ in termino includitur, & sic intelligitur ante tricesimã diem completã: ut & omnino idem est, si infra triginta dies dicatur, per ea quæ no. Ferr. loco cita. ut & hoc specialiter no. Ioan. Andr. in c. præterea, 2. super uerb. infra uigin-

131 ti dies, De appell. Si uerò iudex in præfigendo termino dicat, ut in † termino compareat uel faciat, tum omnino ultima die comparere uel facere debet, d. clem. quamuis, ubi glo. uers. nota quia, & ibi id eleganter prosequitur Anto. de Butr. & notat Bar. in d. l. qui ante calendas. Nec uerò necesse est iudi-

132 cem † horam apponere. citatus enim debet comparere hora solita caussarum, & ea hora qua congruè potest expediri actus ad quem citatur: prout Bal. in l. Sicut proponis, la. 2. C. quom. & quan. iudex. & Innoc. in c. Cum nobis olim, De electio. Alex. cons. 48. nu. 13. uol. 7. Fely. in c. Consuluit, col. 3. De off. delega.

delega. Si autem actus potest congrue expediri de mane & de sero, tunc qualibet diei hora: dummodo compareat ante noctis tenebras, ut iudex possit perficere actum in luce, sufficit quod compareat, ut c. Consuluit. ubi Innoc. & Abb. De off. delega. Abb. in c. Cũ super, col. 2. De testi. cogen. DD. & Abb. in d. c. Cũ nobis, circa fi. Itaq; si iudex hodie ad sententiã audiendã terminũ assignarit, debet is expectare usq; ad ultimã horã termini, prout no. Bar. in l. liber homo, §. Decem, ff. De uerb. oblig. quod tamen secundũ consuetudinẽ iudiciorũ procedit. Si aũt certa in citatione apponeretur † hora, & postea in ea non fieret 133 actus, sed in alia, non ualeret: ut Bar. in l. Aut qui aliter, §. fi. ff. quod ui aut clàm, & Fely. in d. c. Consuluit. Sic aũt similiter si citatus die statuta non comparuit, † quòd iudex non sedit propter aliquod impedimentum, non est contumax, nec iudex debet alia die procedere sine noua citatione, c. Consuluit, De off. delega. 134 quod bene hic animaduertendum, sicut hæc singula tanquã in praxi quotidiana diligenter notanda. Si uerò diffamans citatus intra terminũ compareret ac ageret, atq; ius suũ assertũ contra diffamatum in iudicio deduceret, iam cum caussa illius termini assignati extinguatur, eius quoq; termini ulterius nulla habebitur ratio: cum cessante † caussa termini, cesset & terminus, ut pulchrè Panor. in c. fi. in prin. uers. nota 135 quòd si datur, per l. fi. ff. Ad l. Falci. Ex. loca. Cæterùm an & ut post terminum illi à iudice assignatum diffamans comparere possit ac agere, infrà cap. 8. plenè dicetur.

DE EXCEPTIONIBVS, ALLEGATIONIBVS, LITIS CONTESTATIONE, AC RELIQUO PROCESSU, INTENTATO L. DIFFAMARI IUDICIO.

CAPVT VII.

1 Termino isto constituto quid in hoc iudicio agendum.
2 Diffamatus diffamante in termino minus comparente, ab obseruatione iudicij ulterius absoluitur.
3 Lis non contestatur in l. diffamari iudicio, diffamante scilicet nõ agẽte.
4 Testes recipiuntur super diffamatione, lite non contestata.
5 Testes lite non contestata quando recipiantur.
6 Litis contestatio de substantia est iudicij.
7 Contumacia diffamantis in termino minus comparentis omnino accusanda est.
8 Diffamator in termino si compareat, ut procedat.
9 Exceptiones diffamator citatus ut in hoc iudicio opponat.
10 Reconuentio non habet locum intentato iudicio l. diffamari.
11 Exceptiones tantum litis ingressum impedientes in hoc iudicio diffamator opponere potest.
12 Diffamator si compareat & agere uelit, ut id legitimè debeat.
13 Diffamante in termino agente libellus diffamati in uim exceptionis resoluitur.
14 Litis cõtestatio & cæteræ solennitates seruantur hîc, si diffamator agat.
15 Litis contestatio requiritur ut ad diffinitiuam rectè procedi possit.
16 c. Cum olim, De testib. intellectus.
17 Lis non contestatur per positiones & responsiones singulariter factas.
18 Diffamatore probante ut sententia feratur.
19 Matrimonij in caussa semper sententia in principalẽ personam ferẽda.
20 Diffamatori comparenti, intentionem autem suam non probanti, æquè silentium imponitur.
21 Sentẽtia pro diffamato declaratoria ferri potest, si in iudicio probauit.
22 Sententia contra certum diffamantem lata, ignorantibus nihil præiudicat.


I igitur libellus oblatus, & diffamator actor certo cõstituto termino à iudice citatus est:
1 quid ulterius in ipsa † præscripti termini die agendũ,& qualiter hic in iudicio utrobiq;
procedendũ,recto ac legitimo ordine dici nunc poterit.Et quidẽ hãc rẽ Saly. in l. nostra,
& Ang Insti.De excep.in Rub.in 9.quæst.distinguendo rectißimè tradunt.Diffamator
siquidẽ aut in die constituti termini cõparet & agere uult,uel minus. Et quidẽ si contem
pto iudicis iussu, uel quia parũ de iure suo asserto confidit,atq; adeò iudiciũ illud cõmodius supersedendũ
2 censet,in termino legitimè ac solenniter citatus † non cõparet:tunc sicut citatus reus actore non cõparen
te absolui debet ab instãtia iudicij uel à termino,ut Panor.in c.Cõsuluit,De off.deleg. Sic magis & hic dif
famatus diffamatore non cõparente,ad ipsius instantiã eatenus omnino absoluitur,ut contra eundẽ diffa=
mans ius suũ per diffamationẽ assertũ,nunquam ulterius intentare queat:atq; diffamato in posterũ à diffa
matore suo,etiamsi quod ius assertũ uel in personã suã uel res suas legitimè ac uerè habuit, eo nomine ni=
hil omnino metuendũ sit:cũ diffamatori omnis agendi accusandiúe uia protinus per sententiã iudicis peni
3 tus ulterius præcludatur.Litis contestatio igitur † hoc casu super libello diffamatorio nulla est, cũ diffa=
mator nõ cõparuerit: & eiusmodi diffamati petitio solùm ad præparationẽ caussæ tẽdat,ut suprà declara
tum est,& no.super Rub.ff.De interroga.actio.& uolunt Bal.hic & Saly.qui omnino asserit,quòd in e-
ius contumaciã diffamatione probata iudex pronũciabit ut in libello petitur , scilicet eundẽ diffamantẽ de
cæterò non esse audiendũ si uelit petere,uel secũdũ literã l. nostræ,si uelit istũ seruũ suũ esse. Et q̃ in hoc
l.diffamari iudicio lite nõ cõtest.procedatur,uult quoq; Goff.in c.licet, De acc.& ponit latè Soc.in c.quo
niam frequenter,fo:7.in 50.fall.ut lite non contest. Cũ igitur super hoc libello diffamatorio litis cõte=
4 statio nõ fiat,recipientur testes super probatione † diffamationis lite nõ cõtestata,cõtra reg.Rub.Ex̃ ut li
te nõ contest.ut post Anto.de Butr.in c.Cũ olim,in uers.Tertius intellectus,De testib.uult Georg. Natt. in
5 repe.clem.sæpe,col.35.uers.Nõ aũt,De uerb.sig.sicut eũ & Cagno.hic allegat.Alios uerò casus, † quãdo
& quoties testes lite nõ cõtest.recipiantur,not.ponit Abb.in c.si ut lite nõ contest.in §.j.& fi.quod idem
no.in c.Veritatis,De dol.& contu.sicut & paßim hinc inde in uarijs locis eiusmodi casus à DD.recensen
tur. Nec hic quidquã impedire potest,q̃ initiũ litis per contestationẽ fieri dicitur,l. Vni. ubi glo. C. De
plus peti.l.apertißimi,C.De iud.c.super quæstionũ,§.j.ubi glo.& DD.De off. deleg. & q̃ litis contesta=
6 tio de † substantia sit iudicij,ut no.Bar.in l.prolatã,C.De sen.& ideo quòd omissa litis contestatione pro
cessus sit nullus.pro quo d.c.quoniã,& c.accedens,ut lite non contest.c.Dudũ,ubi Panor. col. 2. per illũ
tex.De elect.& no.Alex.cons.2.Consideratis,col.2.uers. Insuper, uol. 3. Hoc ipsum enim ut regulariter
uerũ,in pluribus attamen casibus limitationes suas recipit,ut DD.in Auth.Si omnes,C.si minor ab hær.se
abst.& alijs locis notant: ita uel maximè in l. nostræ condictione euidentißimis ex rationibus specialiter
exempta,nullatenus locũ habere potest,ut patet.Hoc casu uerò si diffamatio probata,libellus datus, & ci
tatio subsecuta sit,nec tamen diffamans cõparuerit,ut postmodũ nõ audiatur,ac illi perpetuũ imponatur
7 silentiũ:ipsius diffamantis non cõparentis in termino,ut & suprà dictũ,contumaciã † accusare necesse e-
rit,ac petere pronunciari illũ contumacẽ esse,nec in termino statuto cõparuisse: ideoq; secundũ cõmina=
tionem iudicis in citatione positã decæterò super illa re eum audiendũ non esse,per sententiã imposito si=
bi super ea silentio perpetuo,l.nostra,cũ sim.s̃.all.& ut diligenter monet Ang.in Rub.Instit.De excep in
9.quæst.ex doctrina Angeli,& Ioan.de Imo.in d.l.quamdiu,ff. De adq.hære. per dictũ Innoc. in c. Cũ in
tua,Ex̃.qui matri.acc.poss.& fa pro hoc tex aper.& DD.in d.l.properandũ,§.Et siquidẽ,C. De iudi.cũ
sim.s̃ relatis, & j.cap.prox.nu.25.An uerò illa secunda petitio diffamati in scriptis & in modum libelli
fieri poßit,suprà cap.5. tactum est:ex quo & quæstio Ioan. Fabri de duobus libellis hic mota fundari, ac
cum suprà posito temperamento determinari uidetur. Hoc igitur casu l.nostræ,quo diffamator non cõ
paruit in termino,nec egit,sine omni litis contestatione ac ulteriori processu denuò saltem petendũ, con=
tra non comparentem ut contumacem ad perpetui silentij impositionẽ per sententiã procedi,sicut & fieri
ac pronunciari solet & debet:qua & ratione iudicium l.diffamari exitum ac finem legitimum sortitur.
8 Aut uerò diffamator in † die constituti termini comparet: & tunc aut protinus agere uult, & ius
suum contra diffamatum in iudicio deducere:aut uerò exceptiones opponendas habet.& tum quidem eæ
9 exceptiones † aut ipsam caussam principalẽ respiciunt, & nisi fortè exceptionem habeat litis iam pen=
dentis,& cõtrouersiæ seu cõtinentiæ nõ diuidendæ,&c. opponere illas in hoc iudicio in uim exceptionis
nõ poterit,sed solũ,ut & suprà cõmemoratũ,in uim actionis:hoc est,si quod illi ius respectu diffamatiõis
ac assertionis suæ cõtra diffamatũ cõpetit,ut id secundũ præscriptã formã iuris cõis,tanquã si primitùs cõ
tra eũdẽ agere uoluisset ut actor,sicut iã dicetur,deducat:quo et casu prior diffamati libellus in uim exce=
10 ptionis cõuertitur.similiter itaq; nec illi reconuentionẽ † hic opponere licebit,per ea quæ no. Are.in c.In
præsentia

præsentia,col.j.& in 5.nota.De proba.& q. duo libelli cōtrarij circa idē nō admittūtur,ut Paul. Castren.
& Lancel.Dec.in l.In tribus,ff.De iudic.Felyn.in c.Inter monasteriū,col.10.De re iudica.Perus.in c. Di=
lecto,quæ.16.cū seq.De app.& ut s.cap.5.nu.44. deductū. Aut uerò exceptiones non quidē principale
negociū respiciētes,sed tātū (qualis & superior est) ad impediēdū litis ingressum diffamatori citato com=
petunt:& quidē eas,ut etiā in cæteris iudicijs, uariè hic, respectiuè tamē † ac cæteris paribus, opponere 11
poterit. Atq; cū hic quilibet iudex inuocatus,ut suprà deductū est,sit iudex cōpetens, ratione fori declina=
toriā facilè opponere nō poterit:nisi forte cōtra personā iudicis legitimas exceptiones habeat,aut diffama
tus ordinario suo omisso,superiorē iudicē à quo appellatio nō restat, protinus adierit:cū fauor actoris sit,
ut suprà dictū,plures habere iudices,&c. Sic aūt et cōtra personā rei diffamati exceptiones ratione excō=
municationis uel banni,&c.ut supr.ca.2.circa finē declaratū est,obijcere poterit. Ita præterea & si cōtra
exactā ac requisitā formā iuris,ut suprà ostensum,reus diffamationis caussam iudici proposuerit, nec ritè
libellū formarit,exceptio ineptæ petitionis uel inepti libelli illi quoq; cōpetit. Cæterùm si diffamatiōe prius
nō cognita iudex citationē in hoc iudicio decerneret:uel aliàs ratione citationis uel termini in citatione assi=
gnati plus æquo grauatū se diffamans citatus sentiat,datū est illi illius grauaminis nomine,uel etiā excipe=
re si uelit,uel protinus appellationis remedio uti:ut j.de appella.dicetur. Si autem diffamator in termi=
no comparens agere uult,tunc petitionem de † contentis in diffamatione ac assertione iuris sui coram iu= 12
dice faciet,atq; adeò libellum super negocio principali,ut in specie l.nostræ, super seruitute istius quem suū
asserit seruum:cuius quidem rei libellos ac reliquum processum exquisitè ponit Spec.in tit.De nat.ex. lib.
uen.col.2.iudici offeret:uel super possessione ac quibusdam bonis, uel de crimine aliquo quod contra dif=
famatum intentare uult,sicuti hic ciuiles ac criminales caussæ, ut suprà dictum, intelligendæ ac accipien=
dæ sunt. Et quidem tunc iudicium super eius petitione solenniter uentilabitur. nec hic quicquam prior ille
diffamati † libellus ulterius impediet,cum tantum ad uoluntatem diffamantis,ut suprà relatum,explorau 13
dam oblatus sit,tanquam extinctus, ac si nunquam in iudicio oblatus fuisset, reputabitur: adeò ut si quas
defensiones sibi paratas diffamatus censeat,eas nunc loco exceptionis reseruet atq; opponat. Et instituetur
hic communis ac solennis processus à iure requisitus, & debitæ solennitates † in hoc iudicio, ut in cæteris 14
legitimis caussis, seruabuntur. Lis itaq; hic necessariò contestabitur, & omnia quæ ad declarationem ac
probationem caussæ hinc inde faciunt,in iudicium deducentur,ut rectè uoluit Ang.Aret.in d.Rub.De ex=
cep.in 9.quæst.uers.si autem actor,per d.l.Si ea,& quæ ibi no.Vltramon.& Cyn.Bal.Ang. & Salyc.la=
tè,C.qui acc.non poss.& Bar.in d.l.Mancipiorum,ff.De op.lega. & in d.l.Titia, in fin. ff. De accusa. &
Ang.& Rom.in d.l.Quādiu, la.grande, ff. De adq.hære. & per Innoc. & Canonistas in d. c. Cū in tua,
Extr.qui matr.acc.poss.& idem uult Ioan.Fabri hic,& sequitur Nic.Boer. d. decis. 255. nu. 12. uers. si
uerò in iudicio. Et ut ad sententiam diffinitiuam † procedi possit, quòd litis contestatio necessariò requi= 15
ratur, uult omnino in l.nostra Salyc. uers. quæro an litis contestatio, per glo. ibid. & l.Diui, §. j.in prin.
& circa med.ff.De lib.cau. & hoc probari asserit per l.3.§.fin. ff. De lib. hom.ex. Et sumitur ex genera=
li regula quæ se habet, Vt in caussis lis debeat & contestari,l.j.C.De lit.contesta. & no. in l. prolatam, C.
De sen.nec obstare inquit d.l.Diui, §. j. ad fin. neque enim ibi quod prius dictum erat corrigi, arg l. Non
ad ea, ff. De condi. & demon. neque obstare † c.Cum olim, Extr. De testib. ubi super libertate Ecclesiæ 16
proceditur ad diffinitiuam lite non contestata: id siquidem in libertate ecclesiæ speciale esse. quod licet qui=
dam etiam ad ciuitatem referant,arg.l.fin.C.De sacrosan.eccl. de eo tamen dubitat, cum Decretalis Papæ
præsit legi,& cum à iure communi exorbitet,ideo non extendenda. Atqui sanè hæc res nullā dubitatio=
nem in se hic habere potest,quin in omnibus caussis in quibus litis contestatio de iure requiritur, similiter
& in ijsdem si diffamator de iure suo in iudicio contra diffamatum iudicialiter experiatur, necessaria sit:
cum is processus totus,ad instar aliarū caussarum,ex cōmuni dependeat, nec id quod à reo diffamato pri=
mitus ad iudicium prouocatus est,nihil hic quicquam inter eas caussas,ut dictū,discriminis pariat:sicut &
aliàs per positiones † & responsiones quæ singulariter fiunt,lis nō contestatur, licet id quidā opinentur, 17
tex.gl.& DD.in c.j.De litis contesta. Si igitur in hoc iudicio, diffamatore actore citato comparente ac
agente lis contestata, legitimè processum, & hinc inde partium iura ac probationes plenè deductæ sunt,
& in caussa utrinq; conclusum:tunc aut actor ius suum quod se contra reū habere diffamando palàm asse=
ruit,probauit,uel minus. Et siquidem in legitima probatione superior fuit, iā planè hic iudex sicut † in a= 18
lijs caussis secundum petitionem libelli sui, & deducta atque probata, sententiam proferet diffinitiuam:
à qua uel diffamatus in iudicio uictus, si illi aliqua appellatio competat, appellare poterit: uel senten=
tia eiusmodi, ut in alijs caussis fieri consueuit, executioni mandabitur. Et qualiter hoc casu, si actor
diffamator ius suum in iudicium deduxit, tam contra ipsum principalem diffamatum quàm eius

defensorem sententia formanda, ponit Innoc. in c. Caussa quæ, Extr. qui filij sint legi. uers. sed quæres quo-
19 *modo fertur, & cõmuniter no. in c. querelam, De electio. ubi obiter notandũ, in caussa † matrimonij hic casu quo defensor admittitur, sententiã non in personã procuratoris sed principalis, licet semper fuerit absens, formandã, arg. c. perlatũ, Extr. qui filij sint legi. & c. j. Extr. qui matrim. acc. poss.* Si uerò actor con-
20 *tra diffamatũ intentionẽ suã in iudicio minus probauit, nec de prætenso suo iure docere potuit: † tunc reus ab impetitione eiusdẽ actoris ex defectu probationis iuris absoluatur, actoriq; perpetuũ silentiũ imponatur, iuxta. l. fin. C. De rei uind. & l. prolatam, ubi DD. C. De sen. & interlo. d. c. j. De lib. obla. & Card. in clem. sæpe, §. quæ omnia, De uerb. sig.* Idem *si declarauerit in iudicio nullum super his contractum fecisse cum ipso reo citari faciente, tunc eidem actori perpetuum imponitur silentium, atq; contra eum sententia fertur, per quam condemnatur ne decætero infamet: ut Nic. Boer. decis. 255. nu. 12. uers. si uerò in iudicio. & sic quòd actori nil probãti silentiũ imponatur, probat & Milis in suo reper. in uerb. actor agens, ibi, Et si aduersarius in termino nihil probat, & uult hic Ioan. Fer. in sua pract. in ult. cap. uers. sin autẽ postulatus. Et hoc casu sufficit iudicẽ reo adiudicare eiusmodi conclusionem in principio caussæ captam: neq; de iure illi cõpetẽte, de quo per actorem diffamatus erat, quidquã pronunciare debet, secũdũ Bal. in l. nostra,*
21 *uers. sed nũquid iudex: nisi in replica diffamatus allegauerit ad se pertinere, & in se onus illud probandi † assumpserit, idq; nimirũ actore instante atq; agente: ut uidere est in casu c. Tuam, De ord. cog. & d. c. caussam, & c. peruenit, Extr. qui filij sint legi. tunc sententia declaratoria ferri posset, l. Circa, in fi. & ibi gl. ult. Iterũ quæro an in omni caussa, et ibi Flo. & Iacob. de. San. Geor. post Bar. ff. De proba. à qua quidẽ nisi appellatũ fuerit, ipse uel eius hæres ratione illius iuris agere ulterius non poterũt, ut Boer. d. decis. 255. pro quo facit quod infr. ca. 9. notatũ, nu. 62. & s. quoq; deductũ est.* Veruntamen *aliàs hæc sententia qua dif-*
22 *famatus absoluitur, ignorantibus † nihil præiudicat, l. Etiam, ff. De minor. sicut eius regulæ clara exempla plenè deducit Innoc. in d. c. Caussa quæ, Ex. qui filij sint le. uers. Sed quæres si uno petente, ut infr. de senten. latius. quanquã ipsis diffamãtis hæredibus ac successoribus eam nocere, no. in c. j. in fin. De cõcess. praben. & consuluit Anto. de Butr. cons. 44. & Alex. cons. 30. nu. 6. uol. 5. sicut s. cap. prox. nu. 62. clarius dicetur. Potest aũt hinc aliquo modo hæredibus diffamati eiusmodi sententia prodesse, ut & eius successoribus qui molestari timet: quo casu tantũ possessor, non uerò is qui rem minus possidet, aduersario eiusmodi perpetuum indici silentiũ petit, ut singulariter probat tex. in l. 3. secundũ Bal. in l. j. uers. Quod ut fiat implorare æquitatem præsidis debes, C. qui bon. ced. poss. quod alibi ita expressum reperiri non putat.*

AN ET QVANDO POST TERMINVM PRAEFIXVM COMPARERE POSSIT DIFFAMANS, AC AGERE.

CAPVT VIII.

1 l. Diffamari remedium si intentetur, duplex iudicium inde, diuersimodè tamen, nec simul oritur.
2 Terminum post constitutum diffamans an agere queat, quæstio multiplex, & uarijs DD. opinionibus intricata.
3 Citatus legitimè hic contumaciter absens caussam amittit.
4 Termino elapso uidetur ꝙ quis in hoc iudicio ulterius non audiendus.
5 Terminus ad agendum constitutus in dubio peremptorius intelligitur.
6 Testes uel instrumenta post tempus statutum ulterius produci non possunt.
7 Termino ad probandũ elapso, ulterius ne quis audiat, ut limitandum.
8 Negligentibus æquitas non suffragatur.
9 Diffamans præsumitur probationes iuris sui asserti in promptu habere.
10 Ignorantiam facti alieni non allegare potest, qui de eo inuestigauit, &c.
11 Termino ad omnimodam probationem lapso, ne iuramẽtum quidem in supplementum probationis ulterius admittitur.
12 Termini lapsus renunciationem inducit.
13 Minor intra constitutũ terminum non accusans, ulterius nõ restituitur.

14 Termino

14 Termino ad agendum lapso, tamen si nondum per sentẽtiam silentium impositum sit, diffamans agere poterit.
15 Superuacaneum est alterum si duo suffragentur, ad idẽ & unũ sufficiat.
16 Terminum post lapsum semper quis auditur, usque ad declaratoriam cõtra ipsum factam.
17 Mora contra statutum iudicis purgari potest, si nõ transijt in rem iudicatam per sententiam.
18 Actione pro conseruanda locum habet moræ purgatio.
19 Termino cum comminatione de ulterius non audiendo lapso, an tamẽ quis hic audiendus sit.
20 Comminatio iudicis in termino, si non egerit ex nunc prout ex tunc, eũ non audiendum, &c. quid operetur.
21 Sententia sub conditione intrinseca ferri potest.
22 Comminatio iudicis in termino apposita, eo elapso quo minus quis audiatur, sententia necdum lata non obstat.
23 Cõminatio posita in termino de nõ audiendo effectũ interlocutoriæ nõ habet, sicut nec interlocutoria lata in assignatione termini.
24 Iudex quem ut contumacẽ condemnare nõ potest, nisi certò præexistenti contumacia.
25 Contumacia alicuius sibi nunquam nocet, nisi aduersario in termino eam accusante.
26 Contumacem iudex mulctare ut possit, parte etiam non petente.
27 Citatus etiam generaliter ad totam caussam, tamen ad sententiam denuò citandus.
28 Citatio ad sententiam audiẽdam, caussam eam expressè cõplecti debet.
29 Sententia nõ ualet nisi fiat ad instantiam partis, & altera parte citata.
30 Interlocutoria etiam sine citatione partis ferri quòd possit, ut limitetur.
31 Sententia contra absentem non solenniter citatũ lata, ipso iure nulla est.
32 Sententia etiam in fauorem absentis lata, eo nõ legitimè citato nõ ualet.
33 Caussa formalis respectu sententiæ consideratur.
34 Comminationẽ de nõ audiendo in citatione appositã sentẽtiæ, uim non obtinere, à congruo tempore quo sententia ferri debet, apparet.
35 Sententiam in ipsa citatione protinus in hoc iudicio iudex apponere non potest.
36 Sententia lata contra casum iuris, dicitur lata contra ius cõstitutionis.
37 Citatio per edictum non facilè, & saltem urgentibus de caussis fieri debet.
38 Sententia excommunicationis qualis.
39 l. Tutor qui repertorium, §. si deponi, ff. De admin. tutor. casus.
40 Terminus à lege uel statuto præfixus peremptorius, & per modũ præscriptionis statutus intelligitur.
41 Legis authoritas maior quàm hominis.
42 Impedimentum legitimum contra terminum legis quale esse debeat.
43 Temporis certi constituti à lege ratio certa reddi non potest.
44 Terminus legalis necessariò alicui notificandus non est.
45 Termino à iudicio Cameræ Imper. diffamanti ad agendum constituto elapso, an audiendus?
46 Cæsar fons iurisdictionum est, ac omnimodam iurisdictionem habet, eamque Cameræ omnimodo largitur.
47 Camera cum Cæsare in solidum iurisdictionem habet.
48 Imperatoris maxima & incomparabilis potestas.
49 Camera Imperatoria omnino authoritate in iudicando utitur.
50 Termino elapso ut agere quis ualeat, intelligitur re integra.

51 Res

51 Res integra uel ius integrum ex parte rei ut intelligendum, ut actor post terminum agere posſit.
52 Ius integrum ut in cauſsis matrimonialibus accipiendum.
53 Matrimonium contra an lapſo termino re integra opponatur.
54 Matrimonium accuſare uolens ut peccatum corrigat, re integra post terminum lapſum auditur.
55 Matrimonium ſi ritè enunciatum ſit, poſtmodum diffamans nō audit.
56 Matrimoniū poſt trinā enūciationē protinus cōſummari, ſpōſi intereſt.
57 Sponſæ diffamatæ, diffamante intra deſignatum terminum non agente quid agendum?
58 Diffamans an & ut poſt ſilentiū ei per ſentētiam impoſitum agere queat.
59 Diffamans etiam poſt ſententiam contra eum latam, ſi appellauit, agit.
60 Paria ſunt, aliquid non fieri, uel non debito modo.
61 Diffamanti poſt ſententiam, ſi minus appellauit, præcluſa agēdi uia eſt: niſi ei ius de nouo adquiratur.
62 Sententia in hoc iudicio lata etiam ipſis diffamātis ſucceſſoribus nocet.
63 Sententiæ in hoc iudicio latæ ſumma efficacia
64 Sententia ut protinus contra diffamantem in termino non comparentem feratur, diffamato conſultiſsimum.
65 Sententiæ à qua non appellatum omnimodo ſtatur.
66 Sententiam in rem iudicatam tranſactam retractari ſupplicans, infamiam incurrit.
67 Nouum ius ſuperueniens, an faciat ut diffamans poſt ſententiam cōtra ſe latam audiatur?
68 Nouum ius diffamanti adquiſitū, ut is etiā poſt ſentētiā audiat, efficit.
69 Iudicium ſuper futuris eſſe non poteſt.
70 Futura ſuper controuerſia decerni non intelligitur.
71 Nouo remedio indigent, quæ de nouo emergunt.
72 Noua ſuperueniens cauſſa facit ut quis iuramento cōtrauenire poſsit.
73 Exceptio dilatoria etiā poſt litē cōteſtatā ꝓdeſt, ſi de nouo ſuperueniat.
74 Nouum ius, poſt ſententiam diffamans agere uolens, probare tenetur.
75 Diffamans ſi infra terminū illi ad docendū de iure ſuo, &c. conſtitutum cōpareat, ſed intra eū nō plenè doceat, an propterea excludatur?
76 Actori non imputandum ſi non ſua culpa accidat, ut quid minus conſtituto termino fiat.
77 Terminus in l. diffamari iudicio ad comparendum tantum & agendum diffamanti conſtitui poteſt
78 Paria ſunt, actum non incipere, uel cœptum non perficere.
79 Paria ſunt, contra legem quid facere, uel ultra legem.
80 l. diffamari contra ceſſantem propter contumaciam locum habet.
81 Iudex beneficium legis adimere non poteſt.

1 NTENTANDO *remediū l. diffamari duplex iudiciū, non quidē ſemel † nec ſimul, ſed diuerſimodè & cauſatiuè alterū oriri atq; cōſtitui poſſe, ex ſuperiorib. manifeſtū eſt. Iudex enim ſi ad implorationē ac petitionē diffamati rei, diffamāti certū terminū intra quē de iure ſuo doceat ac experiatur, aſsignat: iā actor uel in termino cōparet, ac agit: & hoc caſu propriū l. diffamari iudicium uires ſuas amittit, ac extinguitur, & aliud iudiciū ordinarium nunc ac ſolēne inchoatur atq; efficitur: & pro ipſius cauſſæ qualitate, ſicut in cæteris cauſsis fieri ſolet, communis proceſſus, ubi omnia hinc inde ſolenniter aguntur, ſeruatur. Vel in conſtituto termino non comparet, nec agit: & iam iudicium l. noſtræ uires ſuas exercet ac procedit, ut illi ſuper diffamatione ſua ac iure prætēſo perpetuum ſilētiū per ſentētiā imponēdū ueniat. Rectè nunc igitur quæritur, an poſt terminū ad agēdū uel accuſandum per iudicem in citatione diffamanti conſtitutum, is etiamnum cōparere ac agere poſſit: an uerò illi perpetuum iam indictum ſilentium intelligatur?*

gatur? Et quidē quæstionē † hanc uariæ DD. sententiæ ac opiniones uariā, difficilē ac nodosam fecere: quæ 2
tamen diligentius distinguendo, clarior ac certior reddi potest, Elapso igitur termino, aut sententia la-
ta, & diffamanti per iudicem perpetuū impositum est silentiū, uel non. Et hoc quidem casu licet sententia
necdum lata, & silentium nondum impositum sit, uidetur tamen neutiquam ulterius post terminum diffa-
mantem comparere ac agere posse, sicut ex hactenus traditis patet: & quòd regulariter cōtumacia eorum
qui ius dicenti non obtēperant, litis damno coercetur, l. contumacia, ff. De re iudi. quod & gl. in l. nostra, in
uerb. inquietudinem adprobat. nā amittit † caussam, cū deest cognitioni contumaciter, per d.l. Contuma- 3
cia, et l. j. in fi. C. De asser. toll. quod adeò quoq; procedere uidetur, q. semper quis uenire debeat ad iudicē,
siue iustè siue iniustè uocetur: aliàs ut contumax puniatur, glo. in c. Veniens, in uerb. propter cōtumaciam,
Extr. De accusa. per illū tex. & l. antepen. §. Itē si quis, ff. ne quis eū qui in ius uo. est ui exim. & l. Si reus,
ff. iudica. sol. quod licet ibi gl. uerū dicat, si dubitetur an citatio teneat, per c. si duobus, & c. Cum parati, De
app. & l. si quis ex aliena, ff. De iudi. tamen ea res in hoc iudicio nostro dubiū non habet, cū legitima cita-
tio etiā à quouis iudice facta, ut suprà de iudice dictum, hic teneat. Et q. elapso termino † illi ad agendū uel 4
accusandū à iudice præfixo, amplius nō audiatur, sed iudex eū effectu actionis priuare poßit, expediti iu-
ris esse asserit Hiero. Schurpff. cōs. 75. q. prædicta, nu. 8. & 9. cent. j per tex. notab. & ibi Bar. in l. Manci
piorū, ff. De optio. lega. Sed clarius hoc dicit Bar. in l. si ea, C. qui accus. nō poß. & hoc probari uidetur per
gl. & DD. in l. Titia, ff. De accusa. & tex. & gl. in l. ob cōmissa, C. De adul. & l. si eo tēpore, C. De remiß.
pignor. & per no. in l. j. C. Vt nemo inui. & in c. per tua, qui matr. accus. nō poss. cū sim. fa. itē optimè q. in
dubio semper ac regulariter † eiusmodi terminus peremptorius intelligitur, licet iudex nō adijciat Perem 5
ptoriè, uel non dicat, Aliàs ultra terminū pronunciabimus te audiendū nō esse, arg. l. statuliberū, §. Stichū
aut Pamphilū, ubi Bar. & DD. ff. De lega. 2. & clarè Bar. in d.l. Mancipiorū, & in l. fi. ff. De ferijs, & ple-
nè in l. si finita, §. Iulia. ff. De dam. infect. & in l. 2. uers. sed circa hoc quæro, C. De eden. & Salyc. in d.l. Si
eū, nu. 6. uers. primo casu. Sic actionē perdi, si infra terminū statutū ad agēdū nō agitur: licet secus, si ad ex-
cipiēdū, testatur & Abb. in c. pastoralis, De excep. Sicut et post tēpus statutū † à iudice, ad pducēdū testes 6
uel instrumēta ulterius pduci nō possunt, ut gl. j. in d.l. Si ea, et no. in d.l. Mācipiorū, & Gul. de Suza asse
rit, se hoc pluries cōsuluisse de facto, q ulterius inducit l. si quis ita instituatur, §. Itē si cōditioni, ff. De hær.
instit. et l. 4. C. De bon. auth. iud. poßid. et l. j. ff. De cu. bon. dan. Idē uult Spec. in tit. De dila. §. Vidēdū, uers.
quid si data et quid si datus, et uer. si quid post datū, et in tit. De instrum. edi. §. Nūc dicamus, uers. licet. fa.
optimè d.c. pastoralis, & c. Cū dilectus, De fide instrum. Terminus enim ille peremptorius, licet id non ex-
primatur, intelligitur, ut per Panor. in d.c. pastoralis, in pen. col. uers. quæro an terminus. fa. l. oratione, ff.
De fer. & c. Cū in multis, De rescrip. in 6. & quòd termino ad probandū elapso amplius quis non audia-
tur, cōmunis DD. opinio sit. Bar. in l. j. C. De dila. & per eundē in Extrauag. Ad reprimēd. in uerb. super
dicto crimine, & quod no. in l. 2. col. 2. uers. Ego teneo, ff. De re iudica. & in d.l. Mancipiorū. Hoc ipsum
aūt licet de rigore iuris procedere, ac uerū dicat Salyc. in d.l. si ea, nu. 4. uers. Ab opinione ergo Iacobi: ali
ud tamē de æquitate. † Tū enim distinguendū esse, q. aut testes uel instrumenta illa erant antea producen- 7
ti nota: & tum quidē q. nedum de rigore, sed etiā de æquitate debeat repelli: cū negligentibus † æquitas nō 8
suffragetur, l. Ab hostibus, §. fi. & l. Non enim, ff. Ex quib. caus. maior, l. pupillus, in fi. De priuil. cred. &
d.c. pastoralis. singulariter fa. l. Admonendi, ff. De iureiur. Aut testes seu instrumenta illa non erant prius
producenti nota: & tunc duobus concurrētibus admittendum esse, & Iacob. de Are. & Cyn. opinionē p-
cedere, & ita cōmunē esse practicā: tamē hæc distinctio in diffamāte actore locū sibi nō uindicat casu quo
agere cœpit, et in processu illi à iudice tēpus ad producēdū testes uel instrumēta ad cōprobationē iuris sui,
quod diffamādo sibi cōpetere proposuit, fuerit cōstitutū. hoc enim lapso simpliciter ulterius admittēdus nō
est. Sicut aūt de iure suo ac probationibus inquirere ac certus esse debebat, antequā diffamando reū ad iu-
diciū prouocaret: ita quoq; hoc casu in illo omnimoda † noticia iuris sui cōpetētis ac probationū propter 9
diffamationē suā, iure ac meritò præsumitur, ut nullatenus hoc nomine ignorantiā prætendere queat: sicut
& iustā ignorantiam facti alieni is allegare non pōt, † qui de eo inuestigasse constat, arg. l. Non est feren- 10
dus, ff. De transact. item per quem de eo facto sæpe discussum ac tractatū fuisse apparet, ut Bal. in l. Cū alie-
nam, in ult. col. C. De lega. per l. Procula, ff. De proba. & l. si patronus, ff. De confir. uti. & sequitur. Ioan.
de Imo. in l. si domus, §. De euictione, ff. De lega. j. & Ias. Instit. De action. in §. si quis agens, nu. 7.
idq; sanè de iure diffamantis quod tempore diffamationis habuit, non quod de nouo superuenit, ut in-
frà dicetur, intelligendum. Et hinc Ioan. Fabri in l. nostra in fin. notab. colligit, quòd hæc l. faciat,
quòd termino peremptorio aßignato elapso non poßint produci instrumenta: & remittit ad c. sæpe, De
uerbor. signific. in clem. & l. Iudices, in fin. C. De iud. & quod no. Cyn. in d.l. si ea, C. qui acc. non poß.
Sic

11 Sic similiter † si statutus est terminus ad probandum per omne genus probationis, licet regulariter iuramentũ in probationis supplementũ deferatur, tamen lapso termino non põt peti tale iuramentũ, ut no. Bal. in c. Cum cõtingat, De iureiuran. & Domi. de San. Gemin. in c. j. §. 2. in princ. 2. col. De excep. & uidetur uelle Ang. in l. Certum, §. si quis absentem, ff. De confess. & sequitur Socyn. fall. 5. ad reg. 204. Et quòd præfixio termini ad aliquid faciendũ excludat facultatem id faciendi post terminũ, probat Bar. in d. §. Stichũ, & Salyc. in l. scimus, §. similiq; modo, & Bal. in §. Cum igitur, in ead. l. C. De iure deliberan. & Abb.
12 in c. Cum dilecti, nu. 4. De fide instrum. Et quòd lapsus termini † renunciationem inducat, asserit Bal. in sua pract. in quæstionib. circa appella. quæs. 3. nu. 3. per l. fin. C. De his qui à non domi. & l. quamdiu, in fin. De adq. hær. fa. l. Ab accusatione, §. Destitisse, ff. Ad Turp. Sic Bar. in d. l. Mancipiorũ, & d. l. si ea, per illos textus simpliciter & apertè decidit, quòd is qui tẽpore statuto à iudice non accusat uel accusationẽ non
13 prosequitur, postea non audiatur: quod & eatenus procedere uidetur, ut si iudex † præfixerit terminũ alicui infra quem debeat accusare, etsi iam is minor sit, tamen si omisit infra terminum accusare, certè postea non restituitur ad accusandum, arg. l. Auxiliũ, in prin. ubi id no. Bal. ff. De minor. ubi etiã dicit Bal. quòd nõ restituitur ad opponẽdum crimina uel defectus, de quo Archidia. in 87. dist. c. In religiosum, et Specul. De resti. in integ. §. Quis autem, uers. sed pone ecclesia. et no. in c. 2. De procura. in clem. & fa. quod no. in Spec. De cessio. actio. §. j. uers. quid si minor, fa. clem. Constitutionem, De electio. Et quidem generaliter uidetur quòd quoties terminus statuitur ad id quod interest aduersarij nõ fieri, quòd quis termino lapso excludatur, ut Bal. in d. l. si ea. nu. 6. uers. Itẽ nota, col. j. de quo et in Auth. Ad hæc, col. pen. uers. quæro etiã, C. De usur. Ex his itaq; diffamantem elapso termino illi à iudice assignato ulterius agere non posse, arbitrari potest. Verùm his & similibus non obstantibus, uerior sententia, maximè in ciuilibus, in contrarium
14 est, quòd hoc casu, quo nondum contumacia accusata necdum sententia † lata & silentium impositũ est, etiam post terminum illi à iudice constituum semper quis comparere possit ac agere: idq; primum tam ex mente quàm ex ipsis uerbis l. nostræ clarè probari uidetur. ibi enim apparet diffamantem à præside aliquoties certo assignato termino seu tempore uocatum ut contradictionem faceret, si defensionibus suis confideret: illo uerò neutiquam comparente nec agente tandem præsidem allegationibus diffamati commotũ sententiam dedisse, ne decætero inquietudinem sustineat. Constat igitur diffamantem non solo lapsu termini à iudice constituti, sed etiam contumacia accusata & sententia tandẽ subsequuta, iure suo penitus priuatum. hac itaq; declaratoria necdum facta eum semper comparere ac agere potuisse: cum superuacaneum
15 sit alterum † si duo suffragentur, ad idem & unum sufficiat. gl. in clem. j. De sum. trini. & fide cathol. lex autem superflua remedia inducere minimè præsumatur, l. qui hic idem, ff. De stipula. l. Hæc stipulatio, §. Diuus, ff. ut lega. nom. cauea. cum sim. atq; hic de pleno agatur præiudicio: unde diffamans non nisi post impositionem silentij iure suo priuatus intelligitur: ut DD. communiter uolunt, & ita hic simpliciter ac generaliter id Bal. declarat, sequitur & idem hic comprobat Ioan. Fabri, arg. c. si tibi absenti, Extr. De præben. lib. 6. d. l. Mancipiorũ, & l. 2. De optio. lega. & in hoc allegat Innoc. in c. fi. Extr. qui matr. acc. poss. & in c. lator. qui filij sint legi. Idem uult ac latè prosequitur Felyn. in c. pen. col. 3. De iudi. & uidetur clarè probari in c. licet, in fin. De proba. Et idem omnino apertè decidit Bar. in l. Titia, ut ibi patet ex primo & 2. notab. & ante fin. ff. De accusa. Et quòd hæc ipsius planè fuerit mẽs & sententia, manifestũ est ex eo quòd in alijs & suprà all. locis ad no. in d. l. Titia se remittit, & quod ibi dixerit. Et in hãc sententiam quòd talis adornatus post assignationem termini comparendo audiatur intra appellationem, eum allegat ac sequitur Boer. decisio. 255. ubi agit de modo procedendi in isto casu: et illam sententiã clarè probat Salyc. in d. l. Si ea. & Ang. & Ioan. de Imo. in l. quamdiu, ff. De adq. hær. quos & Ang. Are. in Rub. Instit. De excep. in
16 9. quæsi. uers. Quid si in termino prædicto non comparuit, omnino sequitur: uolens quòd quis semper † audiatur post terminum sibi assignatum, siue sit terminus ad agendum siue ad accusandũ, siue ad testes inducendum, siue ad proponendum exceptiones, siue ad probandum uel aliud faciendum, donec & quousq; fuerit facta declaratoria illum cui terminus fuit assignatus fuisse contumacem in termino, & non fuisse audiendum & inpositum sibi silentium. & hoc notandum admonet, & ad hoc allegat Innoc. in d. c. Cum in
17 tua, qui matrim. acc. poss. & Bal. hic qui uers. Et differentia est dicit, quòd contra statutum † iudicis possit mora purgari si non transierit in rem iudicatam per sententiam diffinitiuam uel per impositionem silentij factam per interlocutoriam caussa cognita latam, per l. Titia, ff. De accusa. & no. in d. l. Mancipiorum. Sic quòd quis ad agendum bis aut ter cum temporis præfinitione admonitus & citatus comparens ante sentẽtiam semper audiatur etiam citra appellationem, Nic. Boer. d. decis. 255. nu. 12. hac ratione probat:
18 quòd pro actione conseruanda † habeat locum moræ purgatio, l. si ita quis, §. Seia, ff. De uerb. obliga. & l. si post tres, ff. Si quis cautio. non autẽ pro adquirenda, l. Thais, §. Intra, ff. De fideicom. liberta. ubi hoc et

ad

ad hæredem citati referre uidetur. Et quòd ante silentij impositionem quis audiatur, consuluit Hieron. Schurpff. d. cons. 34. quod prædictus, nu. 8. cent. j. quodq; non solo lapsu temporis aut termini à iudice aßignati iure suo diffamans priuetur, fa. optimè tex. & Bar. in l. Ad peremptorium, & l. Nonnunquam, ff. De iudicijs, & quod hic Bal. no. quòd licet quis sit contumax ad agendum, quòd tamen ad sententiam citari debeat, & solenniter cum de pleno agatur præiudicio. Licet autem hoc ipsum quòd sententia necdum lata, post terminum quis comparere ac agere poßit, DD. communiter limitent, ac uerum dicant, nisi iudex in aßignatione termini addiderit peremptoriè, & etiam † comminatus fuerit q, agere debeat infra 19
tempus aßignatũ, aliàs eo elapso eũ non audiet, quòd tũc elapso termino alia ac ulteriori declaratoria iudicis opus nõ sit: ut sentire uidetur Bar. in d. l. Mancipiorũ, ante fin. per illũ tex. in l. Ad peremptoriũ, cum l. seq. ff. De iudi. cum sim. & Bar. in l. 2. in j. lectur. uers. sed circa hoc quæro, ibi, Si enim iudex, C. De eden. fa. quod idẽ de ista cõminatione no. in d. l. si finita, in §. Iulia, circa prin. ff. De dam. infec. et quod no. Bal. & Salyc. in l. j. C. Commina. uel epi. ut refert & sequitur Ang. Are. in præall. Rubr. De excep. pro quo allegat opt. tex. in l. Tutor qui repertorium, §. si deponi, ff. De admini. tutor. & idẽ probari uidetur, in d. l. statuliberũ, §. Stichum. qui tex. à DD. communiter ad hoc allegatur. ubi inter cætera deciditur, q, si hæres cui data est optio in legato alternatiuo tempore debitò, scilicet tempore recitati testamenti, non optauerit, quòd amplius optare non poßit, sed quòd optio transferatur ad legatariũ: & pro hac opinione & ut unica termini aßignatio sufficere poßit, cautelã dat aduocatis, ut faciãt eiusmodi cõminationẽ in statuendo termino per iudicẽ addi, ut nisi quis † in statuto termino egerit ex nũc prout ex tũc, pronunciet eũ decæterò audiri 20
non debere. hac enim ratione effici, ut quis termino lapso actione priuatus habeatur, Ang. in d. l. quandiu, la. ult. in j. col. ff. De adq. hære. post Innoc. in c. lator. qui filij sint legi. Et quòd alia silentij impositio post eiusmodi iudicis comminationem haud requiratur, tradit Felyn. post Salyc. & Aret. relatos, in c. pen. col. 4. uers. alius est casus, De iudi. & in c. accepimus, col. 2. De fide instrum. eo quòd comminatio ea secum executionem trahat. idq; in tantum procedere ac uerum asserit Salyc. in d. l. si ea, ut iudex post eiusmodi cum comminatione terminum præfixum alium ulterius constituere nõ poßit, tanquam suo functus officio, per l. dicitur, in fin. ff. De arbitr. l. quod iußit, & l. iudex, ff. De re iudi. & d. l. Titia. idq; etiam probari censetur ex ratione, quòd manifestum est interlocutoriam sub conditione ferri posse, ac sententiam † sub cõdi 21
tione intrinseca latam ualere, l. Generaliter, in princ. C. De reb. credi. l. Admonendi, secundum unam lecturam, ff. De iureiuran. l. A diuo Pio, §. si super rebus, ff. De re iudica. l. Cum iudex, ubi omnes DD. C. De sen. fa. singulariter quod no. Panor. in c. In literis, el. 2. circa med. De off. delega per l. Cum ad præsens, ff. si cert. peta. 2. quæst. 6. c. Biduum, l. j. §. Biduum, ff. quan. appell. sit. Completa itaque conditione per non comparitionem, iudex præexistentem caussam habere uidetur, ut ex tunc eiusmodi interlocutoria ualeat, sicut in sententia excommunicationis uidere est, quæ sub conditione fertur, c. præterea, el. 2. De appell. & hanc opinionem sequitur Schurpff. d. cons. 34. nu. 9. & d. cons. 75. nu. 10. in j. cent. & in eandem & Cagno. hic inclinare uidetur: tamen communior hæc DD. opinio, maximè in hoc nostro iudicio, simpliciter ueritatem non obtinet. & in contrariam ac ueriorem sententiam constanter concludit Bal. in d. Auth. Ad hæc, in pen. quæst. C. De usur. quòd licet in ipsa aßignatione † termini iudex dixisset, Et ex nunc si non egeris 22
in termino, pronuncio te non esse audiendum: quòd tamen adhuc agens post lapsum termini audiretur, quum non sit lata caussa præcedente. & hanc sententiam simpliciter ac rectè amplectitur Georg. Natta. in clem. sæpe, col. 33. & seq. De uerb. signi. Et aptè huc quadrat quod singulariter no. Bal. in l. 2. C. qui admitti. quòd sicuti † comminatio posita in termino de non audiendo, effectum interlocutoriæ non habet, l. 23
j. & tot. tit. C. Commina. uel epist. ita & interlocutoria lata in aßignatione termini. Nec enim potest iudex aliquem ut contumacem condemnare, nisi iam præexistenti contumacia, & eo tempore quo illi iam de contumacia ista certò constet: ut notab. scribit Bar. in l. Multum interest, ff. De condi. & demon. & in l. Hæc autem, §. Non defendi, per tex. ibi in princ. ibi, Constare debet liquereq; prætori, ff. Ex quib. cauf. in poß. ea. Pone, inquit, quòd iudex † pronunciauerit contra aliquem tanquam contra contumacem, cum ipsius 24
contumacia non esset iudici nota, licet iam ueritate esset contumax, non ualebit tamen processus: quia illud principale propter quod pronunciat & ius pronunciandi habebat, ignorabat. & in hoc allegat Innoc. in c. Cum contingat, De off. delega. & ita in d. §. Non defendi, asserit propter hoc processum coram generali iudice ducatus Spoleti calcasse. & fa. pro hac sententia quod idem Bar. no. in d. l. Hæc autem, §. primo, ff. Ex quib. cauf. in poss. cum alijs simil. suprà cap. 6. nu. 108. allega. quòd ante nuncij relationem sententia contra contumacem lata, ipso iure nulla dicitur. Et hanc Bartoli decisionem, quòd iudex contra contumacem non nisi præexistenti contumacia pronunciare poßit, sequuntur Abb. & Moder. in c. quoniam contra falsam, ubi Felyn. plures in hoc enumerat, De proba. et tenet præcipuè Anton. de Butr. in c. Cum dilecti,

De dol & contum. & in c. Cum dilecti, De electio. propterea Bal. in d. l 2. subdit, secus esse si post terminũ iudex sententiam ferat. Nam quòd tunc præexistentem caussam habeat, contumaciam eius scilicet qui non comparuit in termino: sicut in secundo membro dicetur. Vnde constat quod in contrariũ allegatur, interlocutoriam sub conditione ferri posse, ideoq; completa conditione per non cõparitionẽ iudicẽ caussam habere præexistẽtẽ, ut ex tunc interlocutoria ualeat, &c. simpliciter hoc nostro iudicio, ubi de pleno pro-
25 tinus agitur præiudicio, falsum esse: cũ & aliàs expediti iuris sit, cõtumaciã † alicuius nunquã sibi nocere, nisi quãdo aduersarius in termino cõparuit, & eius cõtumaciã accusauit, nec antè cõtra cõtumacẽ ad sententiã procedi posse, ut tex. melior de iure secundũ Raph. Fulgo. Paul. de Castr. & Ias. in l. properãdum, §. Et siquidẽ, ibi, Parte fugiente ex una parte actoris absentiã incusante. ubi & id no. DD. maximè Bal. & Salyc. C. De iudic. & Bar in l. Consentaneum, ad fin. C. quom. & quan. iud. & in Auth. Ei qui appellat, in fin. C De tẽp appell. & in d. l. si finita, §. Iulianus, in 4. nota & in Extrauag. ad reprimẽd. in uerb neglexerit & prosequitur idẽ latè Alex cons. 100. Discussis, nu. 3. uol. 5. Ita in iudicio Cameræ Imp. ac cæteris rectè institutis iudicijs communiter uidere est, semper alicui terminum statui, dilationemùe concedi, hac appendice seu hac comminatione, quòd elapso eiusmodi tempore constituto seu concesso, ad ulteriorem partis aduersæ instantiam fieri debeat quod iuris est. Et quòd contumacia alicui nocere non possit nisi accusetur, rectè & inde procedit: quòd fieri potest ut in termino neutra partium compareat. quo sanè casu citatio circumducitur, nec citatus moram incurrere intelligitur, cum citare facientis non intersit, arg l. 2 in fin. ff si quis in ius uoc. non ier. idq; ibi reiecta gl. secundum communem DD. oppinionem, pro qua fa. & l. Arbiter calendis, ff. De arbitr. & l. post edictum, §. j ff. De iudic. & no. Alex cons. 92. perspectis his, nu 12. uol j. Neq; hic quicquam remoratur, quod no Bar in l. 2. ff. si quis in ius uoc. non ier. & post
26 eum Panor. in c. j. in uerb. Placuit, De iudicijs, iudicem posse mulctare † contumacem etiam parte non petente, quòd parti respectu mulctæ imponendæ nulla competat actio, sed totum expediatur officio iudicis, cuius iurisdictio & authoritas contemnitur. siquidem hic non de aliqua mulcta imponenda, sed de omnimoda amissione iuris agitur. Dein in hoc iudicio citatio planè uoluntaria est, non coactiua, ut diffamans possit comparere, si putauerit sua interesse ac agere, &c. ut suprà deductum. Neque hic iudex non agenti aliam pœnam præter silentium imponere potest, ut Ang. in l. j. C. Vt nemo inuit. Cum uerò hic silentium non nisi solius rei diffamati super diffamatione conquerentis respectu imponatur diffamanti, itaque ut ipse reus in hoc contumaciam non agentis accuset, illiq; eam pœnam imponi petat, necesse omnino erit: sicut ut id planè in termino à diffamato reo fiat, atque ut is protinus contra non comparentem sententiam ferri petat, & diligenter & prudenter admonet Aret. in d. Rub Instit. De excep. in 9. quæsi ut hic in se-
27 cundo membro dicetur. Et ita licet † ratione distantiæ, nec aliàs (quod tamen in iudicio Cameræ Imp. limitationem suam recipit, per ea quæ supr. cap. 6. nu. 41. deducta sunt) ut Ioan. Andr. in add. ad Specula in tit. De cita. § Viso utrum licet, Innoc in c 2 circa fin. 2. col. De dolo & contum. Ioan. de Imo. in l. qui ante Calendas, in ult. colum uers. Item adde licet citatio, De uerb. obliga. & pulchrè prosequitur Schurpff cons 82. Veritas, num. 6. cent j. quis possit generaliter citari ab initio ad totam caussam, quòd amplius non requirantur aliæ citationes ad particulares actus, id tamen non nisi usque ad sententiam diffinitiuam, c. auditis, cum ibi not. De procura. c. Cum ex literis, De resti in integ. & c. fin. De dolo & contum. cum sim. & d l Consentaneum, & l. si prætor, in princ. ff De iudic. Licet enim quis sit contumax ad agendum, citari tamen debet denuò ad sententiam & solenniter, cum de pleno præiudicio agitur, ut ex mente d. l properandum constat, & ut Bal hic notab. decidit. fa. quod no. Cardin. in clem. 2. §. Denique in prima oppo. De re iudica. & Innoc. in c. Dudum, el. 2. De electio. idq; in tantum, ut in citatione
28 etiam specificè † ac clarè exprimi debeat caussa ut ueniat ad sententiam proferendam seu audiendam: neque diceretur caussa sufficiens in citatione, si citaretur ad audiendam intentionem iudicis seu curiæ, ut tenet Felyn in c. Consuluit, colum. 6. De off delega. & Ioan. de Ana. in c. Inquisitionis, § ad petitionem, col. pen. in princ. De accusa. ubi etiam Felyn in 7. col. per tex. in c. 2. & ibi Gemin. de dolo & contuma. lib. 6 & sequitur Maran. in sua pra. in 6. par. De denuncia. num. 70. Et manifesti iuris
29 est, sententiam † nunquam ferri debere, nisi pars faciat instantiam, & faciat aliam partem citari ad sententiam, aliàs non ualere: per ea quæ dicta sunt, & ut no Imo. in l. de unoquoque, ff. De re iudi. & Bar. in l j. C. Vt quæ desunt aduo. Castren. in l. j C. De iudi. & Ias. in d. l. properandum, §. Et siquidem, colum. j fa. quod no. Ang. cons. 266. colum. 2. & Maran. in sua pra. in 6. par. §. Decimus
30 actus, num. 10. Neque hic impedit quòd interlocutoria † ferri possit & ualeat etiam sine citatione partis, ut est glo. in l. Nec quicquam, §. Vbi decretum, ff. De off procons. & gloss. in l. Diem proferre, in princ. ff. De arbitr. & gloss. in l. Recusare, ff. Ad Trebellian. In hoc nostro enim

iudicio de pleno agitur praeiudicio,& interlocutoria hic uim diffinitiuae habet. Igitur necessariò ad eā audiendam pars citari debet, cum & interlocutoria magni praeiudicij sine citatione partis sicut diffinitiua non ualeat,ut uolunt Bar. Imo.& DD. in l. si opus,ff. De no.op.nunc.& Bar. in d.§. Vbi decretum, ubi & Ias. plures in hoc enumerat col. 5. & 6. Et quòd dicta comminatio de non audiendo in termino posita per se non eius efficaciae in nostro iudicio sit,ut non comparentem ab agendo protinus excludat, maximè hinc demonstratur,quòd manifestissimi iuris est sententiam contra absentem † non legitimè ac solenniter citatū 31
latam ipso iure nullam esse,l. j.§. Item cum ex edicto,ff. quae sen. sine app. rescin.no. per glo. in clem. saepe,in uerb. sententiam, De uerb. sig.& per glo.& DD. in c. Consuluit, De off. delega Bar. in l. j. in 2. oppo. C. De aduoc. diuers. iud. Rot. decis. 425. sed pone,in no. Dec. cons. 118. Et pro tenui,nu. 4. uers. similiter nulla ui detur,cum sim. quod adeò ueritatem obtinet,ut etiam sententia lata in fauorem absentis † qui non fuit le= 32
gitimè citatus,non ualeat,ut est glo. no. secundum Bar. in l. Ea quae, C. quom.& quan. iud. Iam uerò in hoc nostro iudicio unicam iudicis citationem seu monitionem non sufficere, ex superioribus de citatione satis superq; claret. Sequitur igitur nunc necessariò, quòd licet iudex in ipsa assignatione termini addiderit dictam comminationem,quòd tamen termino elapso neutiquam eiusmodi comminatione ac praesumpta sententia obstante,si ultra hanc denuò iudex diffamantem non admonuerit, nec insuper ad instantiam diffamati aliam declaratoriam tulerit,diffamantem in iudicio etiamnum comparere posse ac agere,nec illum à iudice excludi posse,aliàs eiusmodi sententiam nullam iudicari. pro quo fa.& quod no. Felyn. in c. j. colum. fin. De consti. Nec refero nunc argumentum quo Egid.& Guil. de Naasa. ad hoc, quòd sententia excommunicationis conditionalis scripta,ipso facto non liget,usi sunt,ut refert Panor. in d.c. praeterea, in pen. col. uers. ulterius quaeritur, De app. quòd sententia non liget,nisi iudex eam proferat ore suo,ut in c. fin. De re iud. lib. 6.& l. j. C. de sen. ex peri. reci.& quòd consideratur caussa † formalis respectu ipsius sententiae, 33
quia debet scribi & recitari de scripti recitatione,l. fi. ubi Bar.& DD. C. eod. Atqui uerò quòd dicta comminatio uim ac potestatem iustae sententiae non protinus obtineat à congruo † tempore, quo sententia ferri debet,argumentum conspicitur,arg. l. Aut qui aliter,in princ.& in l. si uitem, §. fin. & utrobique per Bar. ff. quod ui aut clàm,& l. Cum non eo die, C. quan. pro. non est necess.& habetur per DD. in c. Consuluit, De off. delega. Deniq; alijs hic pluribus argumentis omissis, cum processus hoc nostro iudicio ex ipsa l. nostra meritò sumi formariq; debeat, clarè iam inde apparet,quàm absurdum ac ineptum sit dicere, iudicem hic statim in ipsa citatione ac termini assignatione simul & sententiam apponere,atq; inde † ali- 35
quem in perpetuum iure suo priuare posse: cum ex casu l. nostrae manifestum sit, unum atq; item alterum praetorem frequenter ac aliquoties diffamantem ad iudicium uocasse, & proculdubio quoq; in ipsis citationibus illi comminatos esse, & tamen demum post manifestam illam ac insignem citati contumaciam ac iudicij contemptum,praetorem ad instantiam Crescentis diffamati sententiam dedisse. Si igitur dicta illa comminatio in termino à iudice apposita sententia dicenda est,& si iam illa contra legis rationem non esset, † cum tamen contra casum iuris expressum sit: sententia lata contra ius constitutionis dicenda est, ut 36
Dec. in d.c. quoniam contra falsam,nu. 35. De proba. de quo c. Cum inter, De re iudi.& Ias. in l. Qui Romae, §. Duo fratres,nu. 53. ff. De uerb. obliga. Nunquam ergo ea tanquam ipso iure nulla in rem iudicatam transit,& appellationis necessitas hic remittitur,l. j.§. Item cum contra,ff. quae sen. sine appell. rescind. Et haec quidem de dicta comminatione iudicis in termini designatione in citatione legitima, de qua in l. j. ubi Bar. ff. De liber. agnosc.& in l. praetor ait,ff. De dam. infec. in nostro hoc iudicio certa sunt. Caeterùm si diffamatus impediat ne citatio ad eum perueniat, uel ad eum non tutus accessus pateat, & quoties † citatio 37
per edictum fit,idq; urgentibus de caussis,ut Bar. in d. Extrauag. ad reprimend. super. uerb. edictum,& Ioan. de Imo. in d.l. qui ante Calend. in ult. col. uers. item adde quòd citatio per edicta,ff. De uerb. obli. cū sim. suprà cap. 5. relatis: tunc ea iudicis comminatio quid operari, ac pro qualitate rei sententiae uim obtinere posset,sicut in sententia excommunicationis cōditionali scripta ac in ualuis Ecclesiae affixa, similiter & in citatione in diffamatiōis caussa matrimoniali, ut suprà uidere est. aliàs autē in citatione ac assignatione termini eiusmodi per iudicē cōminatio per se diffamantem lapso termino actione sua priuare haud poterit,ut ex iā traditis satis elucet. Nec quicquā hic argumentū à simili de excōmunicationis sententia cōditionali impedit,cum ea † nō nisi caussa explorata ac penitus cognita,ut si de debito uel alia re iā certò con 38
stat,proponatur,dein ea nec propriè sententia sit,& ad materiam diffinitiuae trahi non possit, nec in rem iudicatam transeat: ut haec no. in c 2. De consti. lib. 6.& in c. per tuas, De sen. & in c. Venerabilibus, De sen. excom. lib. 6.& tex.& ibi DD. in c. ad reprimendam,& ibi gl. in uers. suspendatur, De off. ordina.& in c. sacro, De sen. excom.& Dec. in c. qua fronte, De appell. Nec quicquam item hic remoratur tex. supr. in cōtrarium adductus in d.l. Tutor qui repertoriū, † §. si deponi. Ibi enim praetores cōminātur,ut si 39

non fiat depositio uel aliquando tardius, legitimæ usuræ præstentur: ubi iam caussa cognita est, ibiq; periculum non adeò graue facilè euitari potest, hic definitiuè de magno ac pleno protinus agitur præiudicio, necdum caussa discussa, hoc est, an diffamanti aliquod ius competat nec ne. Comminatione igitur illa non obstante, rectè ac generaliter hic concluditur, q. semper quis etiam termino ad agendũ præfixo lapso, necdum autem per sententiã iudicis silentio imposito, quis cõparere possit ac agere, nõ obstantibus utrobiq; superius in contrarium adductis, ut partim uisum. ita nec obstat d. l. Contumacia, q. contumacia litis damno coercetur. Id enim hic uerum esse constat, si contumacia accusata, & per iudicem ad sententiam contumax citatus, & insuper pronunciatum sit, ut hic notab. Bal. infert. Sic quoq; alia iura superius allegata in contrarium facere quæ uidentur, facilè suam solutionem recipiunt. partim enim hæc loquuntur ac intelligenda sunt, quando per sententiam impositum est silentium, ut etiam ad ea respondet Schurp ff. d. cons 34. nu. 8. partim uerò ea iura ut & d. l statuliberũ, §. Stichum, cum sim. loquuntur in termino non à iudice, sed

40 à lege statuto atq; præscripto. † hoc siquidem lapso, ulterius quis non auditur, l. Ob commissa, C. De adul. cum terminus præfixus à lege uel statuto peremptorius sit, & statuatur per modum præscriptionis: atq; adeò contra terminum tam legis municipalis cõtra quẽ æquè ueuire non licet, l. fin. ff. De decre. ab ordin. fac. quàm iuris cõmunis exclusiuũ non detur reparatio, nisi probetur impedimentũ, ut Panor. post Innoc. in c. Cũ in tua, uers quid enim si sponsus, ibi, Quòd aut terminus fuit præfixus, &c. qui matr. acc. po. & Bal. hic in l. nostra, uers. Itẽ interdũ statuitur, per d. l ob cõmissa, & l. facta, §. si quis bonorum. ubi dicit Iacob de Aren. q. fortior est exclusio termini legalis, quàm repudiationis, ff. Ad Trebell. Legis siquidẽ autho

41 ritas † maioris est potentiæ quàm hominis, ut no. & Anto. de Butr. in c. pastoralis, §. fin. De off. delega & Alex. cons. 225 ponderatis, nu. 16. uol. 6. Pro quo fa. optimè tex. in l. q. si nolit, §. si quis ita, in fin. ff. De ædil. edi. Vbi si is qui nõ restituit rẽ infra 60 dies, à lege assignatos, nõ auditur postmodũ: nisi iustã caussam probet, cur id in termino non fecerit. Non igitur hic æquè ac si à iudice terminus assignatus fuisset, excusatio admittitur. ibi enim etiã post terminũ si adhuc res sit integra, aut si de nouo superueniat ius, ut infrà dicetur, quis admittitur atq; auditur: hic uerò termini legalis exclusio fortior est, nec sufficit simpliciter rem esse integram: quia illa esset iusta caussa, quæ superueniret post terminum, quæ non contigisset in termino,

42 ut & uoluit Aret. in d. l. quamdiu, in 7. col. ff. De adq. hær. Et de hoc impedimento † legitimo per Panor. in c. fin. qui matr. acc. poss & no. in d. l. ob commissa, & d. l fin. De decre. ab ord. facien. Et sic in termino legali clausula comminatoria non exigitur, ut Innoc. in d. c. Cum in tua, circa med. qui matr. acc. pos. Sic facit q. non à lege sed bene à termino iudicis appellandum est, ut Bal. in add ad Spec. in tit. De app post §. fi.

43 licet huius taxationis † temporis nulla ratio uera ac præcisa reddi possit, nisi quòd ita placuit legislatori, ut glo in l. j. §. Initium, in uerb. Ratus, ff. De postul. & glo. in c. j. in uerb. usq; ad annum, quæ incip. Istud est mirabile, in tit. Si de inuesti. inter dom. & uas lis oria in usib feud. & Bal. in conclusionib. feud. ad fin. & gl. in uerb. quadragesimum, in clem. Nolentes, De hæreti. & glo. in uerb si quatuor, in c. 2. De rescrip. cum

44 sim. Neq; is terminus † legalis necessariò alicui notificandus est, eo quòd notus sit uel esse debeat, ut Bal. in l. 2. C. De temp. app. Lapsus igitur termini à lege statuti, quẽ iure suo quidem excludit: secus uerò à iudice assignati. postmodum enim, nisi per sententiam cõdemnatio subsequuta fuerit, semper quis admittẽdus: sicut & in hanc sententiam cõmunis DD. authoritas magis ac clarius conspicitur. Sic similiter nec obstat, quòd eiusmodi terminus à iudice assignatus regulariter peremptorius intelligitur. Id enim, ut sæpe demonstratum, maximè fallit in hoc nostro iudicio: cum & in alijs ordinarijs iudicijs post eiusmodi terminũ, iudicẽ adhuc nouũ terminum constituere posse nõ neget Salyc. in d. l. si ea, C. qui acc. nõ poss. & aliàs ad sententiam usq; regulariter quis audiatur, refundendo expen. defectuũ, ut Boer. decis. 51. Mundo. Sic nec ea quæ de termino ad probandũ elapso dicta sunt, quicquã hic impediunt, cũ magna inter hũc & illũ terminũ ratione processus ac præiudicij appareat rationis diuersitas, arg. l. Inter stipulantẽ, §. sacrã, ff. De stipula. l. fi. ff. De ritu nup. Sic deniq; nec d. l. Auxiliũ, q. minor ad accusandũ non restituatur, quicquã hic officit: cũ auxiliũ in integrũ restitutionis in executionibus pœnarũ paratũ non sit, ibid. Veruntamen quod hactenus dictum est, sententia nondum lata semper diffamantem etiam post lapsum termini à iudice assignati

45 comparere posse ac agere, an id quoq; in iudicio Cameræ Imperialis † locum sibi uindicet, hic nõ immeritò quæri potest. Vt si cui certus terminus assignatus sit ad cõparendũ ac agendũ, aut aliàs ad uidendũ & audiendũ sibi super diffamatione sua ac iurib. assertis perpetuũ imponi silentiũ: an iã eiusmodi termino lapso, sententia aũt nondũ sequuta diffamans tamen cõparere possit ac agere? Et quidem non ambigendum uidebatur, si diffamati procurator in termino negligẽtiã ac cõtumaciã citati minus accusarit, eũ etiãnũ audiendũ fore: per ea quæ s. adducta sunt. Si uerò in termino contumaciam accusauit, simulac petijt iuxta editam comminationem aduersario perpetuũ per sententiã imponi silentiũ, necdum aũt sentẽtia lata est, sicut

nec

*nec in eo supremo iudicio ad instantiam partis in continenti pronunciari solet:an interim diffamans com=
pārens de asserto iure suo docere poßit,ac audiendus sit? Sanè in hoc puncto à communi hactenus* DD.*tra
dita doctrina discedendi,iudicio* Imperia.*Cameræ facultatē concessam,statui non immeritò debet:idq; pro‑
pter summam ac planè* Imperatoriam,*qua in decernendo,statuendo ac iudicando utitur,authoritatem.* Si=
quidem ut Cæsar † iurisdictionem omnimodam habet,et fons iurisdictionum est,ut Bal.*in usib.feud.in tit.* 46
De pace tenen.§.Ad hæc,nu. 2.& 11.*ita & suo iudicio Cameræ iurisdictionem suam largitur, secundum*
Bar.& Alex.*in l.Moræ maioris,nu.8. & alios ibi allegatos, ff.* De iurisdic. om. iud. *ut in solidũ cum* Im=
peratore † iurisdictionem Camera habeat, atq; quasi eius concurrens iudicanda atq; habenda sit.Cum igi 47
*tur nihil ulterius obijci poßit,ubi semel de mente principis constat, & princeps nulli ordini seu formæ ad=
stringatur,ut* Bar.*in l.* Aemilius, *ppe fi. ff.* De minor.Bal.*in c.j.§.*Inuestitura,col.2 De noua form.fidel.et
Bal.*in l.fin.col.* 2.C.*sent.rescind.non po.per l.j.ff.*De consti.princ.*idq; propter maximam & incompara‑
bilem † eius potestatem,* Auth.De consue.*in fin.l.2.ibi,*Sed quia diuinæ res,C.De uet.iure enucl.*fa.c.* Cum 48
*nostris,§.*Nos uerò,De conceßio.præben.*iam non immeritò cum & simili ac planè* Imperatoria *authori=
tate in decernendo ac iudicando Camera utatur, † propter hanc ipsam in decernendis proceßibus, ac sta=* 49
tuendo,summam quoq; eidem potestatem attributam,statuendum est:sicut & singuli processus inibi ipsius
Imperatoris *nomine eduntur.*Itaq; *si cui terminus ad comparendum & agendum,intra quē si id minus e=
gerit ad uidendum & audiendum sibi super suo asserto iure perpetuum imponi silentium à iudicio* Impe=
riali fuerit constitutus:quin iam eiusmodi termini designatio propter Imperatoriam *authoritatem maiesta
temq; sufficiens planè ac tanti momenti æstimari queat, ut eam contemnens ac negligens porrò omni iure
actionis priuatus iure intelligatur habeaturq;,dubium ea res nullũ habere uideri potest:sicut in hoc ipsum
omnino in specie ac finaliter concludit* Schurpff. *d. cons.* 75. *quod prædicta, cen. j.* Vt *si certus terminus
alicui statuitur infra quem agat, à* Consistorio Imperiali, *ut scilicet sine omni dubitatione post terminum
non audiatur,propter contemptam maiestatem principis,&c.quod maximè indè corroboratur, quòd in
iudicio* Imp.*Cameræ in causis simplicis querelæ termini, si minus seruentur, pro circumductis habentur.*
Iam *uerò causam l.diffamari,causam simplicis querelæ esse constat:ergo, &c.* Sed *& aliàs communiter q̃,
elapso termino ad agendum per iudicem aßignato,quis tamen comparere ac agere poßit, † intelligendũ* 50
*omnino uenit re adhuc integra.quod utiq; non tam ad sententiam iudicis nondum latam, quàm ad emolu=
mentum ac ipsum ius rei diffamati referendum:si scilicet ipsius non singulariter iam intersit, ut si lapso ter
mino † non fecit præparamentum ad ea quæ sine damno suo obtinere non potest,arg.c.* Caußis, *& quod* 51
*ibi no.*De electio.*ut hoc modo rē integrã intelligit* Panor.*in d.c.*Cũ *in tua,qui matrim. acc. poss.uers.*Et *in
fi.gl.no.sing.itē si reo diffamato ius suũ adhuc sit integrũ,ut* Bar.*in d.l.*Mancipiorũ,*secũdũ* Iacob. de Are.
& Cyn.*in d.l.si ea,*C.*qui acc.nõ pos.ubi idē tenet* Bal.& Rom.*in l.una,* C. Vt *nemo inuit. in fin.* Si *enim
rei intersit,lapso termino actorē nõ audiri,actor morã purgare nõ poterit,ut no.in l.si ita quis,in §.* Seia,
*ff.*De *uerb.obliga.* Et *quanquã hoc posterius de iure rei integro cõmodè referri posse uidetur ad inchoa=
tũ processum, ut si eo pendente interim probationes rei cõtra instrumenta ob lõga ipsius actoris nõ com=
parentis subterfugia perierũt,ut* DD. *in præall.locis: tamē id & in proprio l.nostræ casu ac iudicio usum
habere põt,ut si interim dum actor nõ cõparuit, uel dũ iudex ad instantiã diffamati rei contra diffamantē
sententiã protinus proferre,illiq; perpetuũ imponere silentium distulit, testimonia ac documēta sublata ac
amissa sunt,quibus uel famã suã ac innocētiam tueri, uel rerũ suarũ titulũ ac uerũ dominium demonstrare
poterat:quo sanè casu ius diffamati rei deterius factum cernitur,nec post terminum illi à iudice semel statu=
tum ad agendum diffamator hoc nomine admittetur.*Atque *hac ratione ius integrum respectu rei, licet id*
Bar.*ac* Salyc.*in d.l.*Mancipiorum,*aliter atq; aliter intelligant,rectè hic utrobiq; percipi potest.* Verunta=
men in caußis † matrimonialibus in hoc iudicio ius integrũ diffamati ulterius accipitur,ut præter senten‑ 52
*tiã nõdum latã,& intelligatur,si interim matrimoniũ nõ fuerit cõtractum.si enim fuerit contractum, iam
ex parte diffamati res nõ intelligitur integra,ideoq; post terminum aduersa pars nõ audietur,ut* Innoc. *in
d.c.*Cũ *in tua,per illũ tex.qui matr.acc.poss.& per c.lator.*Extr.*qui filij sint legi. & arg.d.l. si eo tempo=
re,*C.De *remiss.pignor.& d.*Auth.Si *omnes,*C.*si minor ab hær.se abstin.* Et *ita in d.c.* Cum *in tua, ex=
preßè ac simpliciter uult glo.ult.in fin.q. contracto matrimonio de præsenti res iam integra & non sit au
diendus tanquam suspectus,si potuit infra tempus procedere & denunciare impedimentum.* Præterea
*uerò in istis caußis matrimonialibus,ut suprà dictum & in alijs,res integra intelligenda est, quando diffa
matus lapso termino non fecit præparamentum ad ea quæ sine damno suo obtinere non potest, arg. d. c.*
In *caußis,& quod ibi no.* De *ele.ut si sponsus elapso termino præparauit multa, quæ non possunt differ=
ri sine magno dispendio: iam absurdum esset dicere accusationem admittendam esse post terminum, ut*

notab. Panor. in d.c. Cum in tua, uers. quid enim si sponsus. Et quia fauore matrimonij multa specialia conceduntur, ut Ioan. And. Anton. de Butr. & DD. in c. j. ut lite non contesta. an iam sicut in cæteris diffa-
53 mationum caussis, ita & in † matrimonialibus lapso termino semper quis re integra opponere possit ac audiatur, non immeritò gl. Hostien. & Innoc. in d.c. Cum in tua, §. Alioquin, hinc inde argumenta disquirunt. quòd enim post tempus lapsum quis audiendus ulterius non sit, allegant l. Celsus, ff. De arbi. l. Cum quidam, in fi ff. De lega. 2. l. si filius, ff. Ad Macedon. c. Insuper qui matr. acc. poss. 32. quæs. 2. c. mulieres, c. Cũ olim, De off. delega. In contrariam partem adducitur itidẽ l. promissor, ff. De consti. pecun. l. Ab eo, C. quom. & quan. iud. c. puella, 20. quæs. 2. Tertiò deniq; cũ tẽperamento istã taciturnitatẽ intelligẽdã esse, arbitrantur iuxta l. quod dicimus. ff. De solu. l. Ab hostibus, § fi ff. Ex quib. caus. maior, c. pen. & ult. De loca. & condu. Verùm in hoc puncto & nostro hoc iudicio ut ueritas certius eluceat, ratione diffamationis & ratione enũciationis seu citationis omnino distinguẽdũ erit. Is enim qui personã aliquã de matrimonio diffamat, aut uult accusare ac opponere solùm ut peccatũ corrigat, ut si impedimẽtum sciat cõsanguinitatis, uel simile: aut uerò quis, ut casus l. nostræ est, errore uel malignitate diffamat, q aliqua sibi alteriue fidẽ dederit, ac nupserit, & hoc solũ cũ legitima destituatur probatione, ut impediat ne tertiò nubere possit, uel si-
54 bi quandoq; alteriue nubere cogatur. Primo sanè casu † si accusare uel denunciare uult ut peccatũ corrigatur, q etiã post terminũ hoc possit, uolunt præcisè Bar. & Hostien. in c. Tua, De cogna. spirit. quod tamen nõ nisi re integra intelligendũ, nondũ scilicet cõtracto matrimonio, ut d. gl. ult. in d.c. Cum in tua, finaliter cõcludit: sicut & hoc apertè probat Hostien. in d. §. Alioquin, uers. quid si tempus lapsum est, arg. l. Is qui, ff. De cess. bon. & c. gaudemus, §. pen. De diuor. ubi refert Goff. qui plus scripsit, q semper audiatur usq; ad diẽ solennis benedictionis, quæ cõsummationẽ matrimonij debet præuenire, c. spõsus, 23. distin. 30. quæs. 5. cap. j. & 2. quod tamẽ reprobat ex quo matrimoniũ est cõtractũ, nisi caussa rationabili excusetur: de quo specialiter no. in d.c. Cum in tua, & c. Cũ inhibitio, De clandest. despon. &c. Secundo uerò casu si quis diffamat aliquã, q sibi alteriue fidẽ dederit, & hoc solũ ut illã ne alteri matrimonio iungi possit impediat, uel sibi nubat, &c. & quia hoc casu an alteri quoq; fidem dederit nec ne, non distinguimus: iam ratione citationis enunciationisue distinctionem accipimus. Aut enim illa iudicium l. nostræ contra diffamantẽ intentauit, & terminus diffamanti à iudice ad comparendum & matrimonium suũ probandum assignatus est: aut illa uerò diffamationem hanc parui pendens ac negligens, cum alio matrimonium contraxit,
55 idq; de Christiana consuetudine † in facie Ecclesiæ publicè enunciari fecit: & sanè hoc casu si tertiò pro more nostro id matrimonium in Ecclesia enunciatum est, quin iã simpliciter omissa hic Canonistarũ distinctione amplius audiri nõ possit, hodie dubium planè nullum reliquum est: cum statim post tertiã enunciationẽ apud nos dies solennis benedictionis ac nuptiæ sequi soleant, quo modo ipsum matrimoniũ solenniter ac legitimè perficitur ac consummatur: & quis aliàs etiam nullo tempore certo præfixo intra modicũ tempus uenire teneatur, ut communiter DD. in d.c. Cum in tua. & minimè dubium sit, tertia enunciatione facta diffamantem ut personam certam etiam indistinctè, hoc est nondum solenniter cõsummato matrimonio, nullo modo amplius audiendum, per ea quæ no. in c. Cum dilectus, Extr. De electio. & quæ no. Innoc. in d.c. Cum in tua. de quo & supr. cap. 2. dictum est. Vt tamen hodierna consuetudine seruatur, post tertiam enunciationem quamprimùm matrimonium in facie Ecclesiæ debitis solennitatibus comprobare atq; confirmare:
56 ita † ad omne euitandum periculum etiam diffamati maximè è re fuerit, cum multa cadant inter calicẽ supremaq; labra, post tertiã enunciationẽ protinus ad legitimã matrimonij properare cõsummationẽ. Si uerò iudicialiter actum, & per iudicẽ diffamanti ad instantiam ac petitionem diffamatæ partis terminus sta-
57 tutus est: tunc ut termino lapso, diffamator nullo modo ulterius audiatur, tutissimum ac consultissimum † fuerit, statim in termino statuto in quo minus comparuit petere, ut per sententiam iudicis illi perpetuum imponatur silentium: ut & Innoc. in d.c. Cum in tua, rectè in hoc monuit, in effectu uolens hanc sententiã necessariam & ad hoc prodesse, ut etiam si matrimonium non sequatur, tamen post sententiam diffamator ulterius minimè audiatur. ut idem Innoc. & DD. in c. Conquerente, De off. ordina. & Abb. in d.c. Cum in tua, uers. Aut terminus fuit præfixus ab homine. Vt igitur in priori caussa lapso termino statuto consummatio matrimonij omnẽ ulterius opponendi uiã præcludit: ita & in hac, iudicis sententia diffamantẽ prorsus quoq; excludit, ut & ex sequentibus clarius patebit. Et hæc quidem an lapso termino ad agendũ à iudice præfinito, sentẽtia uerò nõdum lata, cõparere quis ac agere possit, dicta sunt: nũc igitur ad secũdũ membrũ deueniendũ. Aut lapso termino sententia per iudicẽ lata, & diffamanti perpetuum impositum est silentium. Et quanquã hoc aperti, expediti ac indubitati iuris esse uidetur, q diffamatus post sententiam ul-
58 terius inquietudinem sustinere non debeat, ut uerba l. nostræ clara sunt: tamen & hoc † casu, an diffamator etiamnum agere possit, diligenter quoq; distinguendum est. Diffamator siquidem cui per sententiam

iudicis

iudicis super diffamatiōe sua, atq; adeò ipsa caussa, perpetuū impositū est silentiū, aut ab eiusmodi iudicis sententia ritè † ac legitimè appellauit, & denuò coram superiore super ipsa caussa & de iure suo asserto 59
in alio experiri poterit, non obstante priori sua in non agendo contumacia, prout infrà cap. 10. clarè deducetur: aut uerò non appellauit, seu minus legitimè: cū eadē sint, † aliquid non fieri, uel non debito mo- 60
do, l. j. § pen. ff. quor. legat. cū simi. Et tum quidē ut audiatur, aut illi de nouo ius superuenit, uel non. Et hoc quidē casu si nouū ius ortū illi non est, post sententiā † nullo modo amplius auditur: ac ipsa iudicis hic sen- 61
tentia à qua non appellatū est, protinus ac simpliciter in rē iudicatā transit, ut Bar. in d. l. Titia, in ult. not. ff. De acc. per no. in l. quod iussit, ff. De re iud. & in c. Cū cessante, Ex. De app. et idē Bar. in l. j. per illū tex. C. De relat & fi. l. peremptorias. & l. fi. C. sen. rescind. non po & c. Cū inter uos, & c. quod ad consultationē, De re. iudica. Neq; post eiusmodi sententiā diffamator uel eius hæres aliquo modo amplius ratione illius iuris agere poterunt, per d. iura, & no in c. j. in fi. De concess. præben. & quòd successoribus † eius- 62
modi sententia noceat, allegat Panor. tex. in d c. Cū inter, & in c. Cū olim, De præscrip. & idem concludit Anton. de Butr. cons. 44. & pariter per d. iura tenet singulariter Alex. cons. 30. Ponderatis narratis, nu. 6. uol. 5 in tantum quòd nec per in integrum restitutionem eiusmodi possit rescindi sententia, licet contra priuilegium lata, † ut ibid. Vnde conspicuū est, & hæredibus diffamati in possessione eiusmodi ad se trans- 63
missa, eatenus hanc sententiam latam prodesse: cum aliàs hoc l. diffamari remedium tantum certæ rei diffamatæ possessori competat, per tex. sing. in l. 3. secundum Bal. in l j uers quod ut fiat implorare, &c. C. qui bon. ced. poss. Et quòd per talem sententiam omnis hic obligatio magis sublata quàm per simplicem præscriptionem intelligatur, notab. tradit Bal. in c. Debitores, De iureiuran & quòd post sententiam nullatenus diffamator audiendus, idem Bal. in l nostra, col 2 uers. Modò hic quæro unum, & Ang. in d. l Vena, C. Vt nemo inui. qui alleg Innoc in d. c Cum in tua. idem no. Innoc in d. c. conquerente, De offi ord Bal. Ang. & Salyc. in d l. Si ea, Bal. in Auth. Ad hæc, col. 2. uers. quæro si ego, C. De usur. Ang. in l. quamdiu mag. ff. De adq. hær. & in l si quis libertatem, in fin. uer. Inter. ibi, aut finem, ff De peti. hære. Cardin. in c. pen. Ex. De iud. Petr. de Anchar. in c Aduersus Ex. De immuni. eccl Ioan. de Imo in c. Lator. col. 2 uers. ultimò tangunt, Ex. qui filij sint legi. Panor. in d. c. Cum in tua, col. 2. uers. aut terminus fuit præfixus ab homine. Maria. Socy & Felyn. post Panor in d. c. pen. De iudi. & uidetur bonus tex in c. Licet in beato Petro, De accusa. Vbi Panor. col. 2. uers in glo. in dicto textu, ibi dicit: Nos igitur super prædictis silentiū duximus imponendum, ne decæterò eis super his accusare liceat, uel etiam infamare. In quam sententiam & uerba l. nostræ aperta ac perspicua sunt, ibi, Sententiam dedisse ne decæterò inquietudinem sustineres, &c. Ita in hoc & Ioan. Fabri concludit hic, uers. Et dic quod quamuis, post Ang. Are. in tracta. maleficiorum, in gloss. nec non tantum. & sequitur Nicol. Boer. d. decis. 255. nu. 12. Atq; ideo Ang Are. in præall. Rubr. De except. uers. quid si in termino prædicto, causidicum † admonet, ut* 64
sic cautus, quòd lapso termino solicitus sit, ut non solùm contumaciam non comparentis in termino simpliciter accuset, sed etiam instanter petat pronunciari illum esse contumacem; & in termino non comparuisse, ac decæterò super illa re non esse audiendum: & quòd etiam necesse sit, quòd iudex ad petitionem suam super hoc instanter pronunciet, & sententiam proferat, uidelicet Titium fuisse contumacem in termino, & decæterò super illo non fore audiendum. & in hoc allegat Angel. & Ioan. de Imo. in d. l. quamdiu, per dictum Innoc. in d. c. Cum in tua. Atq; in hanc rationem Bar. in d l Titia, uers pro examinandis, sententiam format: Absoluo te, quia accusator non potest accusare, quia infra terminum te non accusauit. Sic igitur iudex præexistentem contumaciam habet, ut inde sententia cum causæ cognitione lata æstimetur, ac omnimodo seruari debeat, l. Ea quæ, C. Commina. epist. Sicut & eiusmodi omnino standum esse sententiæ, à qua non appellatum est, † licet etiam contra absentem indefensum & ignorantem, 65
solenniter tamen citatum lata sit, asserit Bal. in l Ab eo, C. quom. & quan. iud. Vnde cum hic iudicis sententia in rem iudicatam transierit, liquidum est postmodum quem non audiri, cum ea omnimodo ritè lata intelligatur, l. Cum inter, De re iudi. quod adeò etiam ueritatem † obtinet, ut infamiam quoq; incurrere in- 66
telligatur, qui ut eiusmodi sententia retractetur supplicat: secundum Paul de Castr. in l. fin. C. ut lite. pen.

Si uerò diffamatori post sententiam, per quam illi contumaci nec in termino comparenti perpetuum impositum est silentium, in causa ac re de qua diffamauit nouum ius superuenit, an audiatur nec ne, rectè hic quæri potest. † Et uidebatur quidē, cum illi super diffamatione ac ipsa caussa perpetuum per iu- 67
dicis sententiam impositum sit silentium, ulterius eum non audiendum, argu. eorum quæ iam de efficacia huius sententiæ dicta sunt, & quòd illi super certa caussa ac re & suo iure asserto ac omnimoda contradictione perpetuum impositum silentium intelligatur, ut ex hoc aliqua ratione ulterius audiri, ac diffamatus absolutus molestari ac conueniri minimè debeat, ut dictum est. & fi. quod not. Baldus in d.

l.fin.C.ut lite pen.& hic,per no.Innoc.in d.c.Cum in tua,& quod no.decis.Rotæ 120.actore.in no.arg. c.Cum ecclesia,De caus.poss.& proprie.c.Cum Bartold.De re iudi.c.Constitutus,De reli. do. c. licet, De proba.cum sim.quod maximè hic propter odium diffamationis ac ratione illius delicti præcedentis procedere uideri potest,&c. Veruntamen huiusmodi ac simili obiectione non obstante, ueritas in contrarium est.Etsi enim diffamator ius suum ac probationes suas,quod quasúe tempore diffamationis ac constituti à iudice termini habuit habereúe potuit, termino lapso ac sententia lata ulterius in iudicium contra diffamatum proferre non potest, eo quòd probationes iuris sui quod diffamando diuulgauit, cognitas habere iure præsumatur,per ea quæ suprà deducta sunt, & ex ipsa l. nostra manifestè appareat, quem per sententiam iudicis ac perpetui impositionem silentij omni iure tum competenti quo diffamatum iudicialiter inquietare poterat,penitus exclusum,& fa. l. sub specie, C. De re iudica. tamen hoc ipsum non nisi in certa diffamatione ac caussa locum habet, quam etiam potestas iudicis hic in pronunciando non egreditur.Et sicut sententia hæc contra certum diffamatorem lata, alijs ac ignorantibus non præiudicat, nec ius
68 tertij lædit:ita & similiter diffamatori non nisi quatenus certam diffamationem † suam ac ius quod respectu eius tum habuit habereúe potuit,spectat, sententia iudicis hic præiudicare ac obesse potest : cum petitio diffamati certis limitibus,ut suprà ostensum,circumscripta sit:itaq; & hos sententia iudicis transgredi haud queat.Cum igitur super certa diffamatione,& super certo iure quod se habere diffamator diuulgauit,sentẽtia lata,ipsiq; perpetuum indictum sit silentium:certum iam est,ius quod illi de nouo super uenit,quæsitum est ac competit,illi etiamnum esse integrum,atq; de nouo quoq; ad instar alterius tertij actoris,aliarumq; causarum for[illegible], illum de eo experiri ac agere posse: nec quidquam hic sententiam super præterita diffamatione lata[illegible]mpedire,cum ea ultra id quod in iudicium deductum est,non extenda
69 datur,& iudicium super futuris † esse non possit,l.Non quemadmodum,ff.De iudi.fa. ad propositum optimè tex.in l.Non potest uideri,ff.eod.Sicut & decretum super futura controuersia non ualet,l.Item eo-
70 rum,§.si decuriones,ff.quod cuiusq; uniuer.ut & † rescriptum etiam apostolicum ad futuras ac nouas lites non extenditur,ut Spec.in tit.De rescrip.repræsen.§.9.nu. 16. uers. Item excipitur quod est ad futuras,&c.quod & Caldrin.approbat in suo reper.in uerb.futura quomodo. Sicut igitur sententia inter certos lata regulariter tertio non officit:sic nec hic sententia in priori diffamationis caussa contra diffamatorem lata iuri nouo quod illi postmodũ superuenit,quidquã præiudicare potest ob prædictas caussas, &
71 quòd ea quæ de nouo † emergunt nouo remedio indigent,l.De ætate,§.Ex causa,ff.De interroga.action. l.j.in prin.ff.De uent.inspic.c.Cæterùm,De iuram.calum.fa.bene d.l.Non potest, cum sim.Et quæ iam di-
72 cta adeò etiam corroborantur & ueritatem obtinent,ut etiam iuramento † contrauenire licitum sit,quãdo aliqua caussa noua superuenit,c.Cum inter,c.Ad nostram,De renunciatio.l.fin.ubi Moderni ff qui satisda.cogan.quod no.& Dn.Alciatus,præceptor uenerandæ memoriæ,in c.Cum contingat,nu.38.De iureiuran. Sic & licet dilatoria exceptio regulariter post litis contestationem opponi non possit,si tamẽ
73 † reo etiã lite contestata de nouo superueniat,ipsi prodest,l.si mulier reuerterit, l. Rei iudicatæ, in prin. ff.solu.matri.l.sin autem,§.j.ff.De rei uindi.Paul.de Castr.cons.119.latè Alex. d. cons. 100. Discußis, nu.6.& 7.uol.5.DD.in l.Exceptionem,De proba.& in c.pastoralis,De excep. Veruntamen si non
74 liquidò constat,† diffamatori post sententiã ius de nouo quæsitũ esse ut audiatur, hoc ipsum planè probare necesse habet,arg.eorum quæ no.in d.c.pastoralis,cum sim. Postremo deniq; hoc loco & illa quæstio notab.quam Cagno.hic licet probabiliter decidat,cogitandã tamen reliquit,certius enodanda est: An
75 si diffamans, cui ad faciendam fidem de iuribus suis † certus per iudicem fuit aßignatus terminus, puta trium mensium, intra ipsum terminum compareat, ac experiri ac docere incipiat, nec uerò perficiat, nec intra terminum de iuribus suis omnino doceat: an propterea à persequutione iuris sui postea excludatur? Hæc quæstio si secundum casum ac proprietatem l. nostræ formata esset, tunc nullum penitus hic relinqueretur dubium:sed limites legis nostræ,atq; adeò in hoc nostro iudicio iudicis in statuendo,decernendo ac pronunciando potestatem egreditur. Neq; enim iudex hic, sicut & communiter ac generaliter aliàs primitùs ac caussa nondum cognita eiusmodi terminum protinus ad omne deducendum ac probandum ius eatenus actori constituere potest, ut si minus hoc in termino statuto peragat & ad fi-
76 nem deducat, omni dein actionis iure priuatus habeatur : cum sæpe non actoris, † cui terminus ad deducendum ius suum statuitur, culpa accidat, ut minus causa infra certum terminum expediatur, quod & ei imputari non debet : prout notab. Dyn. Cyn. & Bald. in l. si cum ipse, iuncta l. præcedenti, ff. De excusat. tut. & DD. in l. petendæ, C. De temp. in integr. restitut. petend. fa. tex. in l. ultra utile,in princip. ff. De minor. & l. Contra maiores, C. De inoff testamen. & l. fin. in fin. ubi Cyn. Bal. & Salyc. C. De adult. & quod not. Ioan. Andr. in add. ad Specul. in tit. De dila. §. j. super uers.

sed pone

sed pone quod causa. & prosequitur idem Alex. cons. 71. Videtur in consultatione, nu. 4. uol. 5. Et maximè in hoc nostro iudicio, cum diffamatori ut actori per iudicem ad agendum terminus statuitur, etiamnum incertum est, quod & quale ius diffamanti competat, quid item diffamatus concessurus negaturusúe sit, & quibus exceptionibus usurus: quibus item hinc inde utraq; pars probationibus inhæreat atq; nitatur. Atq; idcirco iudicis hic in decernendo ac pronunciando † potestas limitata atq; constricta est, ut 77
ad comparendum tantum ac agendum terminum actori constituere possit: qui si agat, eius actionis finis ex processu dein ac determinatione iuris cõmunis dependet: cum illi comparenti ac agenti omnia beneficia iuris ac dilationes legitimæ ac debitæ competant, atq; si principaliter sine diffamatione actionem instituisset. Veruntamen assumendo quæstionem, ponamus iudicem aliquem, sicut passim hinc inde eiusmodi multos iudices iuris ualde imperitos reperire est, actori diffamãti constituisse terminũ, intra quem de iure suo edoceat, aliàs ulterius non audiatur: an iam diffamãs qui intra terminũ agere quidẽ, ac de iure suo docere cœpit, nec uerò intra eundẽ penitus de iure suo docuit, ulterius audiendus nec ne sit? Et uidebatur quidẽ, cum iure paria reputentur, † actum non incipere uel cœptum non perficere, l. fin. §. Illud, C. de codicil. §. 78
pen. Instit. quib. mod. testam. infirm. cum sim. eum ulterius ius suum persequi non posse, eo quòd id in constituto termino secundum monitionem ac iussum iudicis non fecit neq; absoluit. Verùm sine omni hæsitatione hic respondendum, ac constanter statuendum est, diffamantem, si semel in termino comparuerit, ac agere & de iure suo docere cœperit, lapso termino nihilosecius ius suum secundum cõmunem processum & tempus ac terminos l. properandum, C. De iudic. persequi posse, non obstante quòd iudex illum in constitutione termini, ut intra hunc de iure suo asserto penitus doceat, fidemq; in iudicio faciat, onerarit: cum id non legitimè fecerit. Neq; enim hanc potestatem lex hic iudici tribuit, ut sine omni causæ cognitione, primitùs statim in constituendo termino intra tam curtos limites actorem compellere queat: & iudex hoc ultra legem facere uidetur. paria uerò sint, † contra legem quid facere uel ultra legem, l. j in fin. ff. De loc. 79
pub. fru. dein remedium l. nostræ propter contumaciam contra cessantem locum habet. Si igitur is qui uocatus est in termino comparuit ac agere cœpit, cum contumax non fuerit nec cessauerit, à persecutione iuris sui minimè excludi debet: sicut & hæc uera l. nostræ † mens est, ut & ibidem glo. rectè ac apertè id cõ- 80
probat, ibi, Quod præses statuerat tempus intra quod inciperet agere, quod potest &c. Si igitur incœpit, iam utiq; authoritatem iudicis non contempsit, ac legitimæ constitutioni termini satisfecit, ut hoc nomine iam omne ius illi integrum conseruatum sit: ac exin iam in terminis iuris cõmunis caussa sua uersetur, ac secundum illos iudicium super petitione sua uentilari debeat: sicut & id ostendit Ang. in d. Rub. De excep. in 9 quæst. uers. si autem actor in termino comparuerit, per d. l. si ea, & quod ibi Vltramon. & Cy. Bal. & Ang. & Salyc. latè, C. qui accus. non poss. & Bar. in d. l. Mancipiorum ff. De optio. lega. & d. l. Titia, in fin. & Ang. & Rom. in d. l. quamdiu. ff. De adq. hære. & per Io. Innoc. & Canonist. in d. c. Cum in tua, qui matri. acc. poss. Cum igitur diffamans si intra terminum illi à iudice cõstitutum semel agere incœpit, secundum terminos iuris cõmunis procedere habeat: sequitur hic iudicem † beneficium d. l. properandum de termino ad finiendam caussam à tempore litis contestationis datum, ipsi in deducendo iure suo tollere non posse: neq; eiusmodi termini constitutionem per iudicem ad omne probandum ius, in hoc iudicio diffamantem quidquam coarctare, quo minus si semel agere cœpit, in processu ac terminorum constitutione, beneficio iuris cõmunis utatur. 81

SENTENTIA QVALIS SIT, ET VT EA FERENDA: ET QVOD IN HOC L. DIFfamari iudicio iudicis in pronunciando munus sit, quæq; potestas.

CAPVT IX.

1 Diffamator si in termino compareat ac agat, iudicium l. diffamari cessat.

2 Sententia impositionis silentij contra diffamantem non comparentem lata, uel contra comparentem nihil autem probantem, an eadẽ sit.

3 Paria sunt, non comparere uel comparere, nihil autem probare.

4 Condem-

46 Senten-

46 Sententia qua pronunciatur appellationem non esse desertã, mera interlocutoria est.

47 Interpositio secundi decreti interlocutoria sententia est, habens uim diffinitiuæ.

48 Sententia lata super attẽtatis interlocutoria est, uim diffinitiuæ habens.

49 Sententia qua pronunciatur exceptionem peremptoriam obstare, uel non interlocutoria iudicatur, uim diffinitiuæ quæ habeat.

50 Sententia qua quis se incompetentem pronunciat, uim diffinitiuæ habere uidetur.

51 Sententia qua iudex pronunciat caussam compromittendam esse uel non, uim diffinitiuæ habet.

52 Interlocutoriæ uim diffinitiuæ habentes quõ cognoscãtur & regulentur.



Vperest igitur nunc de ipsa sententia, eius qualitate, ac iudicis in hoc nostro iudicio in pronunciando potestate dispicere. Etsi uerò *superioribus capitib. distinctio, quantum ex hac l. nostra processum spectat facta est, an diffamator actor compareat ac agat nec ne, & inde quoq; distinctim de ipsis sententijs, quæ suos processus singulariter sequuntur, obiter dictum: tamen quando actor † in iudicio comparet, ac intentionem suam cõtra diffamatum probare paratus est, cũ integer is processus ad similitudinẽ aliarũ caussarum ex forma solennis ac ordinarij iudicij atq; iure cõmuni dependeat, atq; adeò diffiniendus, & de hoc supr. cap. 7. dictũ, nec propriè hic casus sit noster: penitus nunc illo omisso, hic de ea simpliciter ac solum sententia dicemus, quæ iuxta naturam ac conditionis nostræ proprietatẽ pro diffamato reo fertur: hoc est, per quam actori diffamati non comparẽti nec agẽti perpetuum super diffamatione sua ac iure asserto silentium per iudicem imponitur.* Cũ *uerò similiter † ex superioribus pateat, etiã diffamanti comparenti & agenti, intentionem autem suam minus probanti, æquè tamen silentium imponi, arg. l. fin.* C. De *rei uind & l. prolatã, ubi* DD. C. De *sen. & interlo. c. j* De *lib. obla. & Car. in clẽ. sæpe, §. quæ omnia,* De *uerb. sig. cũ sim. cap 7. nu. 20. deductis: iam inde quoq; quis putare posset, eiusmodi sententiam quasi hic unam cum nostra, ac eiusdem planè qualitatis ac naturæ esse: cum idẽ planè sit, quid ab initio esse tale, uel ex facto fieri tale, l.* Nec *interest, ff* Ad *l.* Falcid. *l. pen ff.* De *action. emp. & sint paria, non comparere † uel comparere, sed nihil probare, arg l.* Duo *sunt* Titij *ff.* De *test. tute.* Et *eadem reputari queant, aliquem iam esse condemnatum, uel ex processu apparere † ipsum condemnandum, l. qui pœnæ, ff.* De *manumiss. tamen ne quidem hanc hic distinctionẽ admittemus. etsi enim diffamanti cõparenti ac agẽti, nihil uerò probanti æquè silentium imponitur: ibi tamẽ ordinariũ & alium processum & iudicialiter inter partes super caussa disceptatum fuisse constat, atq; idcirco ibidem super toto negocio in iudicio inter partes controuerso ac discusso, prout in cæteris causis iudicialiter actitatis, sententiam diffinitiuã ferri: quæ & quo ad eius proprietatem & qualitatẽ, longè alia quàm hæc nostra iudicanda est.* Vnicam *igitur † hic ac singularẽ iudicis sententiã statuimus, atq; eam solã quæ contra diffamantẽ non comparentẽ uel non agentẽ à iudice profertur, cum alius casus aliã sententiarũ qualitatẽ pariat* Constat *autem hic iudicis ut in decernendo ac terminum assignando, ita & in pronunciando eandẽ quasi ac parem potestatẽ iure esse concessam, ac quodãmodò in cõstitutione termini in hoc iudicio iudicis repræsentari sententiam, &c.* Potest *enim iudex † actori ad agendum terminum statuere, quo elapso decæterò non audiatur, l. nostra, & l.* Titia, *ff* De *accusa. l.* Si *ea,* C *qui accus. non pos. & l. si eo tempore,* C. De *remiss. pignor. cum sim. supr. allega.* Vt *uerò hic ad cõparendũ & agendũ iudex terminum statuit, ita & eius potestas aliàs in temporis † limitatione ac designatione latè se hinc inde extendit, sicut & ipsius officiũ latissimũ est, l j. ff.* De *iurisdict. om. iud.* Sic *interdum alicui per iudicem terminus statui potest ad faciendã omnem defensionẽ suam, l. 3 §. si ad diem, ff.* De *re mili. ubi tamen maximè iudicem pro ratione omnium circumstantiarum circumspectum esse necesse est, ne in hoc partem grauet, arg. 7. quæ. 2. c. ult. & 42. distin. c. quiescamus, cum sim.* Interdum *sic ad aliquem certum articulum terminus statuitur, interdũ generaliter ad causam, ut no* Inno. *in c* Consuluit, De *off deleg. ut eum hic &* Bal *refert, atq; cõcludit, ita terminũ interdũ ad iudicij ingressum, interdũ ad progressum, interdũ ad egressum, id est ad terminũ litis cõstitui: cuius rei plura exẽpla suprà c. 2. uidere est.* Et *sunt interdũ † per legẽ tã cõmunẽ quàm municipalẽ, cõtra quã æquè uenire non licet, l. si ff.* De *decre. ab ordin. fac. terminus statuitur, qui & omnino ac præcisè seruãdus est, l. facta, §. si quis bonorũ. ubi* Iacob. de Are. *ff.* Ad *Trebell. sic & eadem planè ratione, licet non eadem potentia ut ex superiorib. patet, per iudicem, ut* Bar. & DD.

& DD. in d. l. Titia, & Bar. expreßè in l. 2. in j. lectura, uerſ. ſed circa hoc quæro, ibi, Si enim iudex, C. De eden. Res igitur clara eſt, iudicem ad agendum uel accuſandum terminum præfigere poſſe, quo elapſo ulterius actor non audiatur. quod ipſum tamen, ut ſ. cap. j. dictum, eam diſtinctionem recipit, ut id nõ niſi cauſſa cognita poßit, cum uel periculũ in mora eſt, uel fama, uel alia cauſſa, uel præſumptio contra aliquem quòd calumnioſam moueat accuſationem, ſecundum Hoſtien. Ioan. Andr. & clarè per Innoc. in d. c. lator. qui filij ſint legi. & Hoſtien. in c. Cum in tua, §. Alioquin qui matr. acc. poſſ. & in ſum. in tit. De li-
9 belli obla. uerſ. utrum poßit actor, cum ſim. ſuprà allegatis. Sic autem & iudicis in ſententia hic ferẽda † poteſtas certis quoq; terminis atq; limitibus definita atq; conſtricta eſt, ut ultra perpetui ſilentij impoſitionem contra diffamantem non comparentem, in pronunciando progredi nullo modo poßit: ſicut & ſuprà dictum, reum diffamatum qui hoc remedio utitur, ulterius petere non poſſe, quàm ut ad agendũ diffamatori terminus ſtatuatur, eoq; elapſo ipſi non comparenti perpetuum imponatur ſilentium. itaq; ultra id quod petitum eſt, iudex pronunciare non poteſt, iuxta l. fin. C. De fideicommiſſ. lib. 50. ut fundus, ff. Com. diuid. c. licet Heli, Ex̃. De ſymon. quod ipſum ex natura huius noſtræ condictionis rectè procedit, ubi ſimpliciter iuxta petitionem diffamati ſine ulteriori indagine ac probatione, iudex pronunciat diffamantem decæterò non audiendum eſſe, ſi uelit agere. Itaq; reo diffamato aliquod ius circa id de quo diffamatus fuit, competere ut liber is ſeu legitimus ſeu certæ rei poſſeſſor ſit, non pronunciabit, cum id non petierit, nec de ſuo iure ut de libertate, legitimitate uel legitima poſſeßione ſua probarit aut docuerit: & ſufficiet ei adiudicare concluſionem in principio cauſæ captam, ut uoluit Innoc. in d. c. cauſa quæ, qui filij ſint legi. & poſt eum Bal. hic circa fin. uerſ. Sed nunquid iudex pronunciabit, & Nic. Boer. d. deciſ. 255. num. 12. quod equidem ſecundum propriam condictionis noſtræ naturam, ubi diffamatus ut reus abſoluendus uenit, rectè procedit: cum eo caſu, ultra ſilentij impoſitionem nihil exigendum præſtandumúe ſit. Cæterùm ſi in iudicio ulterius proceſſum atq; probatum ſit, eo caſu de quo ſ. cap. 7. dictum, quemq; hic ſtudio
10 ſè omittimus, ulterius quoq; pronunciari poſſet: quam tamen † pro diffamato ſententiam declaratoriam ac abſolutoriam, ut inter certos latam, ignorantibus non præiudicare ſuprà dictum eſt, & probatur per l. Etiam, ff. De minor. Cuius regulæ exempla clarè deducit Innoc. in d. c. Cauſſa quæ. uerſ. ſed quæres ſi uno petente. ubi generaliter concludit, eiuſmodi ſententiam non obeſſe, niſi contra illos qui fuerunt in iudicio: nec poſtea alijs petentibus exceptionem rei iudicatæ obijci poſſe. ad quam tamen doctrinam & limitationes ſubiungit, & limitatio elegans ſumi poteſt ex ijs quæ ſupr. de citatione generali, item de ſucceſſoribus diffamati, ſ. cap. prox. nu. 62. relata ſunt. Et ex illa doctrina hic argumentum deduci poteſt, ut ſi in contradictorio iudicio ſententia pro diffamato abſolutoria non niſi præſentibus obſtat: multo igitur minus eiuſmodi ſententia iuxta propriam condictionem l. noſtræ contra non comparentem nec agentem lata alijs
11 oberit, ualido † argumento à maiori, c. ſi Paulus, ubi & glo. 32. quæſ. 5. & glo. Ioan. And. Panor. Ioan. de Imo. & cæteri in c. Cum in cunctis, De elect. cum ſim. quod tamen ſimiliter ut ſuprà dictum, limitandum.
12 In caſu igitur l. noſtræ proprio, non immeritò de forma † ſententiæ Bal. hic quærit, & definit ita formandam ſententiam, ut ex ea conſultum ſit diffamato, ſecundũ uerba l. noſtræ, ne ſcilicet decæterò inquietetur. Id nanq; idem eſſe quod imponere perpetuum ſilentium ſuper diffamatiõe & ipſa cauſa. de quo per Innoc. in d. c. Cum in tua, & ſã. quod no. in l. Aurelius, §. Centum, ff. De lib. lega. Et huiuſmodi ſententiam iudex abſente altera parte rectè ferre poterit, dum tamen legitimè fuerit citata, ut dictum, cum ſcilicet abſoluatur à toto iudicio, ut Innoc. in c. Conſuluit, Extr. De off. delega & Bar. in d. l. Titia, nu. 7.
13 An uerò eiuſmodi iudicis † ſententia, qua ſecundum l. noſtram diffamatori intra terminum nõ comparenti nec agenti perpetuum imponitur ſilentium, ſententia diffinitiua an uerò interlocutoria cenſenda ac dicenda ſit? quæſtio ſanè ambigua, ac multum inter DD. cõtrouerſa, certius nunc explicanda eſt. Et quidem primum omnium, quòd iudicis ſententia in hoc noſtro iudicio lata, ſententia non ſit, nec diffinitiua
14 nec interlocutoria ſententia dici debeat, ſed decretum, † Odofredus hic afferre uidetur in l. noſtra, circa fin. ibi. Sed nos dicimus quòd eſt decretum, non ſententia. & in l. præſenti, C. De his qui ad Eccl. confug. ibi & eodem modo reſpõdetur ad l. diffamari, quia ibi fecit actor quòd iudex interponeret decretũ ſuum. ſic & alibi iudex decernit, non ſententiat, ut in l. Mancipiorum, ff. De optio. lega. & l. ſancimus, C. Ad Trebell. Ad quod Odofredi obiectum licet uideri queat reſponderi poſſe, quòd id nullam hic differentiam pa-
15 riat ſeu conſtituat, cum ſententia † & decretum æquiparentur, per no. in l. Cum non ſolum, §. ſin autem patre, C. De bon. quæ liber. & c. Dudum, 2. De electio. c. Ex parte, De uerb. ſigni. & probatur 11. quæ. 3. c. graue, iuncta decre. Dudum, De præben. in 6. & quòd ſententia ſit decretum, l. j. C. ſen. reſcind. non poſ. c. olim. De excep. c. conſtitutis, 2. De app. ut hæc no. Caldrin. in ſuo reper. in uerb. ſententia & decretum.
16 Item quòd ita † indifferenter decretum interdum dicitur ſententia diffinitiua, ut l. Decreta, ff. De re iudic.

interdum

interdum interlocutoria,ut l.j.in fin ff.De assess.ut no.Spec.in tit.De primo & sec.decre.in prin.ubi om-
nino latè ac in uarias partes illud nomē Decretum interpretatur:sicut & quòd istud nomen † Decretum 17
largè sumptum sit,nomen generale comprehendens omne id quod decernitur per iudicem,& sic compre
hendat diffinitiuam & interlocutoriam,plenè declarat Ias.in l.Nec quidquam,§.Vbi decretum, in j. col.
ff.De off.procons.strictè uerò † sumptum dicatur omne id quod decernitur per iudicē cum causæ cogni- 18
tione circa absolutionem uel condemnationem,ut Ias.ibi.& col.2.& secundum hoc cōmunis sit DD. con
clusio decretum dici interlocutoriam,ut no.Phil.in c.Cum cessante,col.antepe.uers.15.De appel. & glo.
in §.si quis autem,Auth.De hær.& Falcid.pro quo tex.in l.qualem,in fin.ff De arbi.& Franc. de Are.in
l.si is apud quem,ff.De adq.hære.&c. Verùm hæc utut sint,certum tamen est, his nihil impedientibus O-
dofred.inter sententiam & decretum certam differentiam designare uoluisse,ut hic in l. nostra, & in d. l.
præsenti clarè ex ipsius notatis apparet:sicut & in specie † hanc differentiam constituit in Auth. Si om- 19
nes, C.si minor se ab.hær.abst.in.ubi post med.uers.Alij dixerunt,&c.per d.l.Nec quidquam,§.Vbi decre
tum,& arg.l.3.§.si causa.ubi in hoc clarus textus ff.De bon poss.quod idem designat & Spec. in tit. De
resti.in integ.§.2.in fin.& idem declarat Alber.in d.Auth.si omnes,& Are.in l.Iustè,ff.De adq.poss.Si-
cut & in hoc uariæ differentiæ inter sententiam & decretum in uarijs locis hinc inde ex DD.scriptis con
spiciuntur:quemadmodum & per se patet,aliud esse iudicem decretum † interponere,& aliud sententiā 20
ferre:sicut eam differentiam aliqui in d.§ ubi decretum,demonstrare conantur, licet uim diuersitatis non
satis explicent.Eam igitur differētiam apertius ponit Dn.Alcia.paradox lib.2.cap.3. circa med. inquiēs:
Scire oportet,decretum in hoc à sententia differre,quòd ex ea regulariter aut absolutio sequitur aut con-
demnatio:in decreto solum iudices authoritatem suam interponunt,& quod agitur sibi iustū uideri pro-
nunciant.Ex quibus manifestum est,Odofred.inter sententiam & iudicis decretum discrimen hic ponere,
nec in hoc nostro iudicio iudicem sententiam ferre, sed decernere. Cuius equidem intentio & magis ex i-
psius no.in d.l.In præsenti,circa med.uers.or segnori,circa istam legem opponitur, conspicitur. Ibi enim
dum Martini sententiam quòd lite non contestata † contra absentem per contumaciam diffinitiua ferri 21
possit,impugnare,& argumenta ipsius in eam sententiam adducta infringere ac confutare conatur,ea sic
diluit,ut iam dicat iudicem non sententiam ferre,sed partem mulctare,ut in l.ult. C.Vbi quis de curia. co-
hor.uel alia cond.Iam uerò litem cōtestatam fuisse,ut in Auth.qua in prouincia,C. Vbi de crim.agi opor.
iam autem interlocutoriam esse latam asserat,ut in d.l.præsenti, &c. ad l. diffamari uerò cum respondet,
cum ibi interlocutoriam latam affirmare nolit, eo quòd diffamantem planè condemnari cōstat:nec etiam
diffinitiuam esse admittere uelit,eo quòd hic litem non contestatam esse apparet.idcirco decretum hic iu-
dicem interposuisse,non tulisse sententiam affirmat,arg d.l.Mancipiorum,& d.l.Sancimus,& l.si eo tem
pore, C. De pignor remiss. Verùm quòd hic in scirpo nodum † nō solùm quærat,sed & faciat,dum in hoc 22
nostro iudicio iudicis sententiam,sententiam rectè dici non posse contendit:& ex ipsius responsis ad argu
menta Martini hinc inde uidere est,sicut & dum in casu d.l.In præsenti, contra reum absentem interlocu
toriam dari,& mitti actorem in possessionem dicit.eam enim sentētiam uim diffinitiuæ habere constat,ut
Bal.in l.per hanc,circa fin.C.De temp.app.cum sim.infr. allegan.maximè similiter dum fatetur, & ante
& post litis contestationem contra actorem absentem ferri posse diffinitiuam,& hoc odio actoris esse in-
troductum,qui trahit reum inuitum,l.Inter stipulantem,in prin. ff. De uerb. obliga. Clarum inde † iam 23
est,& hic contra diffamantem iudicem omnimodo sententiam ferre potuisse, cum is diffamando reum in-
uitum ad iudicium prouocare ac trahere intelligatur, ut hic Bal. & quòd diffamatio non minima delicti
sit species,l.nostra,in prin.sicut & aliàs quòd contra contumacem etiam lite non contesta. sententia ferri
possit diffinitiua,melior est glo.in l.sancimus,§.ult.in uerb.contumaciam,C. Ad S.C.Trebel.& ita Gulie.
de Cugno.in casibus d.l.ult.C. Vbi quis de curia.cohor.tenet & sequitur ibidem reiecta glo.ibi.Bar.quòd
contra † contumaces proferri sententia possit.quod bene notandum, & mente tenendum admonet, sicut 24
& contumaci iurisdictio denegatur,ut no.in l.sed & si per prætorem,§.sed & si dum,ff.Ex quib.caus.ma
ior,cum multis sim supr.cap.2.deductis. Verùm omissis his ac alijs pluribus,quæ facilè in medium pro tu
enda ac comprobanda sententia in hoc nostro iudicio lata,produci possent, cum & omnis iussus † iudi- 25
cis sententia dici queat,arg.l.Cum clericis,ibi,Sententiarum tuarum authoritate, C. De episc. & cler. res
hæc clarissimam suam resolutionem & ex mente,& ex ipsis manifestis uerbis l. nostræ accipit. Hic enim
per sententiam diffamantem iure suo asserto omnino exclusum,ac diffamatum ab obseruatione iudicij ab-
solutum esse constat. † Præterea lex hic dicit apertè,rectorem prouinciæ sententiam dedisse,non autē de- 26
cretum interposuisse. Itaq; cum nos non distinguere debeamus,ubi lex non distinguit, l. De precio, ff. De
publica.& ibi,Vbi textus iuris est, † nulla sit dubitatio,ut Bal.in l.Ancillæ, C. De furt. & hic uerba legis 27

 sint ex-

ſint expreſſa:liquidum eſt,ſententiam iudicis hic latam,ſententiam omnino dici debere, & hanc ueritatẽ, ut iam uidebitur,cõmuni DD.uoto comprobatam eſſe atq; receptam. Ea igitur an diffinitiua,an uerò interlocutoria iudicanda atq; dicenda ſit,rectè hic quæritur. Et quidem quòd hæc ſententia diffinitiua ſentẽ
28 tia ſit ac dici debeat,† uidetur eſſe glo.in l.noſtra,in uerb.ſententiam,in j.lectu. & quòd hic lis fuerit conteſtata,arg.l.Diui,§.j.ff.De lib.cau.ſecundum Al.Et in hanc quoq; ſententiam quòd diffinitiua ſit,Odofredus hic & Martinum refert,uerùm diuerſo argumento:ſcilicet quòd contra abſentem poßit ferri ſententia diffinitiua,lite non conteſtata,ut hic & d.l.præſenti,C.De his qui ad Eccl.confug ubi ſententiam Mar
29 tini in hoc Odo.latius refert:nẽpe quòd ſicut lite conteſtata poteſt ferri † ſententia diffinitiua contra præſentem uel abſentem,ita lite non conteſtata poteſt ferri ſententia diffinitiua contra abſentem per contumaciam,arg.d.l.In præſenti,& d.Auth.qua in prouincia,& d.l.ult. & d.l.Sancimus,§.Cum autem, & Authen.qui ſemel,C.quom.& quan iud. l ſi prætor, ff. De iudi & l.diffamari. Et in hanc ſententiam q; noſtra hæc ſententia diffinitiua ſit,refert Milis in ſuo reper.in uerbo,actor agens. Anton. in c. Cum olim, De teſti.pen.col in fin.& Bar.in d.l.Titia.Et quòd hæc ſententia diffinitiua ſit, uelle uidentur Cardin. Alexand.in c.Cum in tua,col.5.uerſ.quæro ſecundò,qui matri.acc. poſſ. & Ant de Butr. in d. c. Cum in tua. Sic & Bal.quoq; cum ad petitionem eius cui liberatio ad tempus relicta eſt, interim hæredi ſilentium impoſitum ſit,l.Aurelius,§ Centum,ff De libera.lega quem tex.etiam allegat in l.cum Papinianus,C De ſen ten.& interloc eiuſmodi ſententiam diffinitiuam eſſe aſſerit in l.præſes,in ult quæſtio.C.cod. Contrà
30 autem quòd dicta ſententia non diffinitiua ſed interlocutoria † ſit, uult Bar.ita tamen ut uim diffinitiuæ habeat,dum tradit interlocutoriam poſt quam non ſperatur diffinitiua,tranſire in authoritatem rei iudicatæ,ſecus in alia interlocutoria,in d.l.Titia,in ult.nota.per illum tex.referens ſe ad no.in l.quod iuſſit,ff. De re iudi.& in c.Cum ceſſante,Ex̃.De appell. Et in hanc omnino ſententiam quidquid uoluerit in d. l.præſes,eſt Bal.hic dicens falſum eſſe quòd hic contra non agentem lata ſit diffinitiua, cum hic lis non fue
31 rit conteſtata,l.poſt edictum,ff.De iudi.Et ut † iudicium ordinarium ſolenniter debeat incipere per conteſtationem,pro quo l.Vni ubi glo.C.De plus peti.& l.apertißimi, C. De iudi. cum ſim. ita & ſolenniter diffiniri per diffinitiuam,allegans glo.ſing.ad hoc,quam alibi non eſſe dicit in l.proinde, la. 2. in fin. glo. fin.ff.Ad l.Aq.& propter huius contrarij timorem hic primam opinionem glo.dicit,quòd lis fuerit conteſtata,quæ tamen non uera:neq; enim hic diffamans comparuit nec egit, & proceſſum fuit lite non conteſtata ad impoſitionem ſilentij, propter contumaciam diffamantis. Itaq; ſecundam lecturam amplectitur, quòd hic ſententia interlocutoria fuerit lata, & pronunciatum diffamatorem eo quòd intra terminũ non egit,decætero non audiendum:cum contumaci iuriſdictio denegetur,ut no.in l.ſed & ſi per prætorem, §. ſed ſi dum decreto,ff.Ex quib.cauſ.maior.Idem uult & Bal.in l.fin.C.Si tutor uel cura. & in Auth. Qui
32 ſemel,in 4.col C.quom.& quan.iud.ubi dicit interlocutoriam † per quam imponitur perpetuum ſilentium,habere uim diffinitiuæ,ut idem proſequitur in d Auth.in ult.col.uerſ.ibi ab obſeruatione iudicij. & in hanc Bal.ſententiam hic & Salyc.reperitur,& Ang in l.Si ea,C qui acc.non poſſ.ibi,Sis cautus aduocatus ut ſemper dictam ſententiam interlocutoriam ferri facias. Licet autem ibidem dicat, quòd nulla alia diffinitiua poſt eam ſperctur,nec ualeat niſi per appellationem reſcindi:tantundem eſt ac ſi dixiſſet, eiuſmodi interlocutoriam eſſe,ac uim diffinitiuæ habere.quare fruſtra eum in hoc alicuius contrarietatis arguit Boer.d deciſio.255.Et idem uult Ang.Are Inſtit.in d.Rub.De excep in 9.quæſi.& Milis in ſuo reper.in uerb.actor agens,ibi,Et dicta ſententia non eſt diffinitiua,ſed interlocutoria.Sic quòd hæc interlocutoria ſit,& uim diffinitiuæ habeat,quum aliam poſt ſe non expectet,declarat Felyn.in Rub. De re iud. col j.& pen.& ſã quod no.Phil.in c.Cum ceſſante,col fin.ubi etiam Anton. de Butr. Imo. & Panor. De appell.& in hanc quoq; ſententiam concludere uidetur Maran.in ſua pra.in 6. parte,§ Expedita ſecũda parte,nu.34.Octauò quæro.Et in hoc ipſum concludit Schurpff.d. conſ.34 quòd prædictus,nu.2.cent. j.Et idem probat hic Ioan.Ferr.in ſua pra.in 3.par.cap.ult.uerſ.Cæterùm quia iudicis officium. & ſecundum Bal. & Salyc. hic Cagno. Ex quo enim diffamator intra terminum ſibi aßignatum non egit, iudex abſq; aliqua litis conteſtatione,in contumaciam ipſius diffamantis eum decætero non eſſe audiendum pronunciabit,ſiue diffamatum inquietudinem non debere amplius ſuſtinere:quæ & poſterior ſententia ut cõmunior ac receptior,ita & uerior ac conſtantior eſt. Etſi enim Martinus & alij quidam hanc ſententiam
33 diffinitiuam eſſe uoluerunt,id inde † factum eſſe uidetur,quòd reſpexerunt ad id quòd hic reus ab obſeruatione iudicij abſolutus,& actori perpetuum impoſitum ſilentium eſt, & ſic quaſi tota cauſſa finita ui-
34 debatur: cum & aliàs interlocutoriæ uim diffinitiuæ habentes tantum præiudicent † ſicut diffinitiuæ: quod & nomen ipſum importat,ut Bal.in l. j.C.quan pro.non eſt ne.& ſã.quod no.Aret.conſ.20.& ſen
35 tentia habens uim diffinitiuæ iudicetur diffinitiua, † cum non curemus de diuerſitate nominis, dato eodẽ effectu,

effectu,ut itidem uerba sunt Bal.in l Minoribus,C.De his quib.ut indig. Vnde & hic non multum referre
uideri queat,eiusmodi sententiam uel diffinitiuam dici,uel interlocutoriam diffinitiuæ uim habentem:atq;
idcirco quoq; non adeò in præsenti quæstione ut ea altiorem indaginem & disquisitionem mereatur, esse
situm.Veruntamen non parum in discußione huius quæstionis situm esse,& eos qui hanc sententiam no=
stram interlocutoriam esse uoluerunt,quæ tamen uim diffinitiuæ habeat, altius ac melius rem perpendis=
se certum est.quod enim iam ex no. Baldi de paritate sententiarum relatum est, constat id Bal.solum quo
ad earum effectum retulisse:cæterùm quo ad formam, proprietatem ac qualitatem ipsarũ sententiarũ, ad
eas id minimè referri debere,cum ex his non exiguum discrimen † inter ipsas iure constitutum appareat, 36
quorum ratione & hic inter diffinitiuam,& sententiam in hoc nostro iudicio latam differentia non exi=
gua apparet: cum ea diffinitiua sententia propriè dicatur, quæ definit † ac finaliter decidit ipsam caus= 37
sam in iudicium deductam,ac inter partes legitimo ac iudiciario ordine controuersam,l.j.ff.De re iudica.
l.præses,& l.post sententiam.ubi clarè Salyc.C.De sen.& interlo.om.iud.Bar.in l. qualem,& l. dicere,
ff.De recep.arbi.& fa.c.diffinitiua,2.quæ.6.& quòd no.Ioan.And.in c.Non solum,De appel.lib. 6. ubi
scilicet manifestum est,& litem contestatam & omnia in iudicio inter partes solenniter esse acta,contro=
uersa, ac earundem partium iura hinc inde deducta:sicut in hoc & Bal.conspicitur per l.post edictum,ff.
De iudi.uolens quòd ut iudicium ordinarium solenniter debet incipere per contestationem, ita & solen=
niter diffiniri per diffinitiuam,pro quo & Salyc.hic,uers.quæro an litis contestatio,&c. In hoc ue=
rò nostro † iudicio actor omnino non comparuit,nec egit,nec aliquod hic ius ab aliqua parte deductum, 38
nec lis contestata est,adeò ut etiam iudici tempore latæ sententiæ incertum fuerit,an actori diffamatori a=
liquod ius,quod se diffamando habere asseruit,competierit nec ne.Igitur hic legitimè ac propriè loquen=
do, sententia diffinitiua quæ ipsam certam principaliter causæ controuersiam ac disceptationem in iudi=
cio ordinario inter partes solenniter iam factam respicit, ferri non potuit. Potuit autem hic iudex, quia
diffamator legitimè citatus in termino non comparuit nec egit, propter contemptam ipsius authoritatem
interloqui,ac diffamatori quasi diffinitiuè super diffamatione sua ac ipsa caussa perpetuum indicere silen
tium.Et sic regula, Vt lite non contestata,ad sententiam diffinitiuam non procedatur, hac exceptione hic
non grauabitur:ad quod seruandum magis adstringimur quàm ut noua exceptione † regulam iuris in= 39
fringamus,arg.glo.fin.in l.2.ff.De app.recip.& quod no. Innoc. in c. præterea, De dila. & Bar. in l. 2.
col.j.ff.si quis in ius uoc. Non obstat d.l.ult. † C. Vbi de curi. quæ inter cætera argumenta maximè 40
urgere hic uidetur. Id enim ibi speciale est in eo qui conuenitur pro publicis functionibus, ut ibid. Guil.
de Cugno.& Bar.Dein ibi in ipsa caussa cognita iam sententia lata est.ibi enim conuentum ac obnoxium
teneri constat: propterea quasi in contumaciam eius lis contestata intelligitur, ac in caussa satis rectori
prouinciarum nota meritò contra eum in contumaciam ad diffinitiuam proceditur:quæ & sententia prò
tinus exequenda erat.Sic autem in simili uidere est in ordin.Cam.in 3. par. tit. 43. De non comparentis
rei contumacia,in prima instantia,in §.ult.ubi si actor propter contumaciam rei nolit ad declarationem
banni,uel mißionem ex primo decreto agere,sed in causa principali uelit pergere : tunc ad petitionem † 41
eius lis in contumaciam pro contestata accipitur, ac articuli ipsius admißibiles ac pertinentes admittun=
tur,ac ad diffinitiuã proceditur,arg.l.2.C.Vbi in rem actio,& glo.in Auth.qui semel,C. quom. & quan.
iud. allegans, §. Si uerò,in Auth. ut omnes obed. iud. per quod articulus in ordinatione positus fundari
posse uidetur,etiam lite non contestata.Et hæc quidem uera apparent, ubi caussa in iudicium deducta cla
ra est seu probata,ut eo in negocio principali meritò in contumaciam sententia diffinitiua ferri poßit.
Longè aliud est in casu ac iudicio l.nostræ.ibi enim neutra partium ius suum in iudicium nullo modo de=
duxit:nihil itaq; in ipsa caussa pronunciatum † seu diffinitum.nec enim diffamatus ingenuus pronuncia= 42
tus est,propterea quòd ingenuitatem suam in iudicio probare paratus erat ac defendere:eo usq; siquidem
in caussa non processum est ut ad probationes admitteretur,cum hoc non actum nec petitum sit,& aduer
sarius in termino non comparuerit nec egerit.Itaq; hic non in caussa ipsa, ut in alia inter partes solenni=
ter ac iudicialiter controuersa, sententia lata est:uerùm quia neglecta authoritate iudicis semel atq; iterũ
uocatus in iudicio comparere ac agere posthabuit,meritò illi super diffamatione sua perpetuum,iuxta pè
titionem diffamati,per interlocutoriam iudicis imponitur silentium: quæ & sententia contra alios absen
tes ac ignorantes,ut suprà dictum,in rem iudicatam non transit.Interim tamen quia ea sententia quantum
certum diffamatorem respicit,aliam post se † sententiam non expectat,& iudicis officium iam quantum 43
hoc iudicium spectat finitum est; quo ad sententiã, dicitur ea sententia interlocutoria uim diffinitiuæ ha=
bens,arg.eorum quæ no.Bar.in l.quod iußit,ff.De re iudi. Sicut & sententia absolutoria † ab instã= 44
tia uel obseruatione iudicij non diffinitiua sententia dicitur,cum ipsam caussam non decernat: interim ta=

men quia partem à præsenti obseruatione iudicij absoluit, sententia interlocutoria uim diffinitiuæ habens dicitur, glo. est sing. in l. Harum, in uerb. absoluatur, ff. si serui. uind. Bar. in l. Generaliter, C. De decurio. lib. 10. Ang. in l. j C. De sen. ex breui. recip. Alex. cons. 192. Visis actis, in 2. & ult. col. in 2. uol. & uult Felyn. in Rub. Ex. De re iud. Sicut & sententia ab obseruatione iudicij liberatoria, qua expirauerũt tempora accusationis, ut Bar. in l. Titia, ff. De accus. & in l. Infamem, ff. De pub. iud. uide no. in c. Examinata, De iud. & quod no. Ioan. Andr. in c. finem litibus, De dol. & contum. Eadem planè ratione licet ipsam caussam per se non concernat, quia tamen pars ab ulteriori instantia absoluitur, sententia interlocu
45 *toria & uim diffinitiuæ habere censetur,* † *qua pronunciatur appellationem esse desertam, secundũ Bal. in l. 2. in 14. quæ. C. De episc. audien. & in l. Eos, in 2. col. uers. scias tamen, C. De appell. & Bal. & Salyc. in l. Si præses, C. quom. & quan. iud. & per Panor. in c. peruenit, el. 2. De app fa. quod uolunt Bar. Ias. & Zas. in d. l. quod iussit, ff. De re iud. & Phil. in c. Ex ratione, uers. Circa septimum, ibi, Quo ad secundum dictum, in 33. col. & uers. circa nonum membrum principale, ibi, Sed quæritur primò, in 38. col. & in c. Sua nobis, in 4. no. De appell. & Felyn. in d. Rub. De re iud. & clarè Hennig. cons. 14. Mulier, nu. 13. in*
46 *2. par. & Are. d. cons. 106. ubi econtrà meram interlocutoriam esse ait, si pronuncietur* † *appellationẽ non esse desertã. De qua sententia super desertione appellationis lata, uide Rot. decis. 13. Si iudex, & decis. 86. Si à pronunciatione, & deci. 427. Fuit dubitatum, in no. & Guid. Pap. quæst. xj. Vtrum sententia, per tot. & quæst. 12. nu. 4. & quæ. 220. Locum tenens, &c. Sic uerò omnino in simili, interpo*
47 *sitio* † *secundi decreti licet dicatur sententia interlocutoria, c. Cum cessante, De app. & ut Bal. in l. Cum & minores, in 2. oppo. C. si aduers. rem iudi. & glo. in l. præsenti, §. Cum autem, C. De his qui ad Eccl. habet tamen uim diffinitiuæ, quia imponit finem negocio, licet principale negocium non determinet, ut Fely. in c. Consultationibus, col. 2. & 3. De off. dele. & Petr. Phil. Com. in cons. 65. col. fin. in j. uol. & Bar. in l. Nõ uidetur, ff. De iud. & in l. si finita, §. si fortè, ff. De dam. infec. & Bal. in d. l. si præses, C. quom. & quan.*
48 *iu. & in l. per hanc, circa fin. C. De temp. app. & in l. 2. C. De epis. audien. Sic sententia lata super* † *attentatis, licet sit reuera interlocutoria, ut Ioan. And. in c. Non solum, De app. lib. 6. quia per eam non diffinitur negocium principale, tamen uim diffinitiuæ habet, tanquam super exceptione peremptoria lata, arg. eorum quæ no. in clem ad compescendas, De sequest. & quæ no. Ioan. And. in clem. fin. De app. & ita est decisio Rot. si à sententia, in no. & Perus. in c. Cum cessante, De appell. & Felyn. in d. Rub. De re iud.*
49 *Sententia etenim qua pronunciatur exceptionem* † *peremptoriam obstare uel non, probatam esse uel non, interlocutoria uim diffinitiuæ habens iudicatur, l. Intra utile, ff. De minor. & clem. Cum à repulsione, in glo. in fin. De app. Bar. in l. 2. ff. De app. recip. de quo etiam latè Aret. cons. 20. & d. cons. 106.*
50 *Eodem planè respectu sententia, qua quis pronunciat* † *se incompetẽtem, à quibusdam habetur pro habente diffinitiuæ uim, arg. l. post sententiam, C. De sen. & interlo. om. iud. & per no. in d. l. qualem, & d. l. dicere, ff. De recep. arbi. & in c. significantibus, De off. delega & ita uelle uidetur Bar. in d. l. quod iussit, ff. De re iud & Ioan Ferr. in sua pra. lib. 3. cap. 2. De sent. uers. ad sententiarum, circa fin. Licet Aret. teneat contrarium, d. cons. 106. per d. c. significantibus, ad quod uidenda d. decisio. Rot. 86. Si à pronũcia.*
51 *in no. uers. Nec istud per omnia est uerum. Et idem in sententia qua index pronunciat caussam* † *cõpromittendã esse uel non, quòd uim diffinitiuæ habeat, statuit Perus. in d. c. Cum cessante, nu. 22. De app. Bal. in l. j. C. si qua. præ. fue. potesta. Petr. de Anch. cons. 421. incip. Ista sententia, Dec. cons. 22. Et pro tenui, nu. j. Atq; aliàs interlocutoriarum sententiarum, uim diffinitiuæ habentium, & 26. formas re-*
52 *fert Phil. Franc. in d. c. Cum cessante. Ac de interlocutorijs uim diffinitiuæ habentibus* † *quomodo cognoscantur ac etiam regulentur, an secundum interlocutoriarum uel diffinitiuarum normam ac naturam, & earum plura exempla, uide pulchrè ac latè Felyn. in d. Rub. De re iud. ubi plures remißiones ponit: & de ijs infr. cap. seq. De appellatione ulterius dicetur. Et hæc de sententia in nostro iudicio sufficiant.*

DE

DE APPELLATIONE: AN ET QVOMODO EA IN HOC IVDICIO LOcum habeat,& ut appellari debeat.

CAPVT X.

1 Appellatio quid ſit.
2 Nemo præſumitur ſuum iactare,& poſt ſententiam contra ſe latam non appellare uelle.
3 Appellare hic diffamans ab interlocutoria contra ſe latam an poſsit.
4 Appellationi in hoc iudicio locum non eſſe,uideri poteſt.
5 Contumaci uero beneficium appellandi denegatum.
6 Contumax nec à ſententia,quæ in rem iudicatam non tranſit, appellat.
7 Appellatio in iudicio l.diffamari locum ſibi uindicat.
8 l.Intra utile,ff.De minor. caſus.
9 Appellari poteſt ab interlocutoria, ſi grauamen per appellationē à diffinitiua reparari non queat.
10 Appellari poteſt ab interlocutoria poſt quam non ſperatur diffinitiua.
11 Appellatur æqua ratione ab interlocutoria habente uim diffinitiuæ, ac ab ipſa diffinitiua.
12 Appellari ſi à grauamine poteſt,multo fortius ab ipſa ſententia.
13 Sententia perpetui impoſitionis ſilentij tum demum cum non appellatur,in rem iudicatam tranſit.
14 Contumax uerus apparenter & exiſtenter non appellat.
15 Contumacem contra expreſſum duplex oritur exceptio.
16 Citationes plures requiruntur ad probationem contumaciæ.
17 Iuſſus iudicis conſtituit in uera contumacia.
18 l.Diffamari caſus non ſolum in uero & expreſſo cōtumace intelligēdus.
19 Contumax fictus infra decendium à tempore ſciētiæ appellare poteſt.
20 Citatus per edictum à tempore ſcientiæ appellat.
21 Contumax uerus apparenter ſed non exiſtenter appellare poteſt.
22 Contumax uerus intra decendium à lata ſententia appellare poteſt ſecundum Rot.
23 l.Diffamari caſus eſt,& ſi diffamans in termino comparet,ſed non agit.
24 Diffamans non ſolùm à ſententia,ſed & illatis grauaminibus appellare poteſt.
25 l.Diffamari integer proceſſus.
26 Appellari poteſt à termino hic ſine cauſæ cognitione lato.
27 Diffamans grauatus in aſsignatione termini appellare poteſt.
28 Appellari non poteſt ab arbitro,nec arbitratore.
29 Termini deſignatio ubi arbitrio iudicis relinquitur à iure, relinquitur ut iudici.
30 Termini nimis breui à conſtitutione appellari poteſt.
31 Appellari an queat à grauamine illato,uel ſententia lata per iudicem priuilegiatum.
32 Conſulis cuiuſdam ſenioris inſignis iniquitas.
33 Subditis cum ſuperioribus contendere,periculoſum.
34 Ciuitatum gubernatores priuilegijs ad ſalutem communem ciuitatis conceſsis,interdum in perniciem ſubditorum abutuntur.
35 Partes audire cum προσωποληψίᾳ,quid ſit.

36 Imperium dum humano arbitrio conceditur, belluæ tribuitur.
37 Gubernantium iniquius Respub. mira, ratione priuilegiorum suorum, tyrannis, ac stulta & damnanda elatio ac iactatio.
38 Subditis contra suos magistratus seu iudices iniquius decernentes ac iudicantes, utcunque priuilegiatos, remedia iuris reseruata sunt.
39 Iuramentum ciuium quale intelligendum sit.
40 Priuilegia à iure cōmuni uariare, ius aūt naturale tollere non possunt.
41 Defensio iuris naturalis est.
42 Princeps ea quæ iuris naturalis sunt, immutare non potest.
43 Sententia iudicis manifestam iniquitatem continens, licet ab ea nō appelletur, in rem iudicatam non transit.
44 Iniquitas iudicis in pronunciando ut probetur.
45 Appellatione remota, clausula in principum rescriptis ut accipienda.
46 Beati qui magistratum tyrannicum ac iniquum euitare possunt.
47 Iudices priuilegiati protinus & sententiarum suarū executores existūt.
48 Querela uti potest apud superiorē iniquius grauatus à magistratu seu iudice suo, licet ab eodem appellare prohibeatur.
49 Querela quid sit.
50 Cameræ Imp. iudicium ciues Imperij, contra suos inferiores iudices iniquiores uindicare ac defendere debet.
51 Priuilegium Imperatorum ut appellationem non admittant, quatenus intelligatur.
52 Imperator contra inferiorum in Imperio iudicum iniquitatem, omniū subditorum defensor ac tutor.
53 Iudicia inferiora magis priuilegiata censeri, quàm Cameræ Imp. iudicium, absurdissimum est.
54 Iudices inferiores authoritate ac ratione priuilegiorum suorum iniquitatem suam in pronunciando ac decernendo defendentes, summam iniuriam opt. Imperatorib. inferunt.
55 Imperatores legū custodes existunt, ut his singulorū salus tutari queat.
56 Principi nihil placere præsumitur, nisi iustum & æquum sit.
57 Priuilegia sub prætextu publicæ utilitatis impetrantes magistratus, si ea in ciuium suorum perniciem conuertant, ijs exuendi penitus sunt, ac profligandi.
58 Iudex seu magistratus priuilegiatus si contra quem notoriè iniquam ferat sententiam, poterit grauatus hoc ad superiorem ac ipsum Imperatorem deferre per querelam: nec solùm ut ipsi succurratur petere, uerumetiam ut publicæ utilitati ac singulis subditis cōnsultū sit, contra eundem ad iudicij correctionem seu reuocationem priuilegiorum agere.
59 Priuilegia ab initio bona si progressu temporis onerosa esse cœperint, peti possunt reuocari.
60 Priuilegia quòd reuocari possint.
61 Priuilegia propter iniquitatem notoriam reuocari ~~si petantur~~, poterit id & à iudice inferiore discerni.
62 Terminum peremptorium statim ab initio in hoc iudicio si iudex statuat, poterit appellari.
63 Comminatione à iudicis appellari potest.
64 Termini à nimis breui seu nimis longa designatione ut appellari queat.
65 Grauamine à futuro appellari potest.
66 Grauamen iudex si reuocet, ab illo appellari non potest.
67 Audientiam si iudex deneget, appellari potest.

68 Negli-

102 Nullitatis iudex etiam in causa principali cognoscit.
103 Nullitatis iudex ut in principali causa cognoscat, petendum à parte nullitatem prætendente. (repôt.
104 Appellatione omissa iudex superior super principali negocio cognosce
105 Appellationis à grauamine causa, & si diuersa uideatur ab instantia causæ principalis, tamen iudex grauaminis articulo omisso in principali cognoscit, si appellatus petat seu consentiat.
106 Nullitas cũ deducitur corã superiore, adeundus est immediatè superior.
107 Appellationes recipiũtur in iudicio Cam. & si tres præcesserint instãtiæ.
108 Status Imperij in præiudicium iurisdictionis Imperatoriæ nihil inducere possunt.
109 Priuilegia inferioribus iudicib. concessa ne ab eis appellari possit, plerunq; in subditorum perniciem uergunt.
110 Appellationes in iudicio Cã. ut recipiant, requirit ut gradatim sint factæ.
111 Appellationis iudex medius seu immediatus si appellationem non recipiat, ut processus in iudicio Cam. impetrandi.
112 Decendium computatur à scientia latæ sententiæ, & ignorantiam per iuramentum probare in iudicio Cam. conceditur.
113 Decendiũ nullo modo ad partis appellantis petitionẽ prorogari potest.
114 Appellans necesse habet probare intra decẽdium se appellasse, ut iudex ad quem progredi queat.
115 Appellationis ad persecutionem sex menses in ordina. Cam. præfixi, incipiunt currere à die interpositæ appellationis.
116 Appellans infra sex menses non solùm citationem impetrare, uerùm & intra eosdem in iudicio Cam. producere necesse habet.
117 Fatalium tempus præcisè obseruari debet.
118 Appellans sex mensium ad appellationem persequendam concessorum prorogationem propter nimiam itineris distantiam petere pôt.
119 Fataliũ post lapsum nõ pôt fieri prorogatio: in termino igit illa petenda.



V M de sententia in hoc iudicio uisum sit, legitimo nunc ordine & de appellatione dicendũ erit, quæ prouocatio 1 † *est ad maiorẽ iudicẽ ratione grauaminis per sententiã illati, nec quicquã aliud q̃ defensio data ac cõcessa oppreßis per iniuriã ac iniquã sententiã iudicis, iuxta l. j ff.* De *app. & c. Ad* Romanã, 2. *quæs. 6. c. Cũ speciali, §.* Porrò, *De app. & Socyn. conf. 195. col. 3. in 2. uol.* Et *hæc plerunq; sententiã sequi solet.* Nemo *siquidẽ tam*
2 *resupinus præsumitur,* † *q. suũ iactare uelit, l. Cũ de indebito, §. primo, ff.* De *proba. & post sententiã latã, qua quis grauatũ se sentit, nõ appellare nec cõqueri, ut* Boer. *decis. 255. nu. 12. uers.* et *hoc minus iuuat.*
3 Principaliter *itaq; hic quæstio quã* Bal. *in l. nostra, &* Bar. *in d. l. Titia, ff.* De *accus. mouent, an ab hoc* † *interlocutoria appellari poßit? diligentius excutienda est: ex cuius integra resolutione & qualitas appellationis in hoc iudicio sese perspicuè offeret.* Et *primũ quidẽ uidetur in hoc iudicio iudicis sentẽtiæ omnimo-*
4 *do ac protinus standũ, neq; hic appellationi* † *locũ esse: cum semel & legitimè super diffamatione & ipsa caussa actori perpetuũ indictũ sit silentiũ, in tantũ ut hoc nomine ulterius diffamatus nullatenus molestari debeat: sicut & id uerba legis nostræ dilucidè exprimũt, ibi, Sententiã dedisse ne decætero inquietudinem sustineres. quam & sententiã ipsos* Imperatores *tanquã superiores ad quos appellari poterat, adprobasse confirmasseq; apparet: ut & in hoc & in simili casu superior ab eiusmodi sententia appellationẽ recipere haud debeat, sed protinus eã sententiã latã confirmare ac executioni mandare: sicut & in l. nostra* Imperatores *executionẽ quãprimùm decernendã censent, cũ in eadẽ obstinatione perseueranti in pœnã grauius et apud eundẽ iudicẽ expectandũ esse iudiciũ statuunt.* In *quẽ etiã modũ* DD. *cõmuniter concludere uidẽtur.* Ita *Abb. in d. c. licet in beato* Petro, *col. 2. uers. in glossa, in dicto textu,* De *acc. in hanc formam sententiam ponit:* Nos *igitur super prædictis silentium duximus imponendũ, ne decæterò eis super his accusare liceat, uel etiam infamare. &* Bar. *in d. l.* Titia, *nu. 3. uers. pro examinandis, in hunc modũ: Absoluo te, quia accusator non pôt accusare, quia infra terminũ te non accusauit: quod sanè propter contumaciã legitimè citati, qui potuit in termino cõparere & non uenit, sicut superiori capite de sententia hunc casum constituimus,*
rectè

recte procedere ac confirmari uidetur. Cum eiusmodi uerò contumaci † beneficiū appellandi iure denega 5
tum sit, l. Et post edictū, § fi. ff. De iudi. & l. j. C. quor. app. non recipian. & l. Ex consensu, § fin. & ibi glo. Bar. Imo. & DD. ff De appell. & no. Innoc. in c. præterea, uers. sic nec appellari potuit, De dilation. & Archi. in c. statuimus, De electio. super uerb. Infra mensem, lib. 6. & Alexan. in l properandū, § fin autē reus, col. 3. in fin. uers. octaua conclusio, C. De iudic. ubi plus dicit, quòd etiam si peremptoriè citatus sit contumax, ad solam sententiam non appellet. Idem tenet Alex. in l. sæpe, col. 24. ff. De re iud. fa. opt. d. l. Et post edictum, § fin. idq; adeò uerum, ut uerus contumax etiam à sententia quæ † nunquam transit in rem iudicatam appellare non queat, ut Anto. de Butr. & Imo. in c. Tenor, De re iud. & in l. j. si procurator, col. 5. ff. si quis ius dic. non obtemp. Atq; hinc fundamentum iudicij nostri constitui manifestum est, cum suprà dictum sit, iudicium l. diffamari hoc casu solum ac propriè dici posse, si diffamatus non comparuit nec egit, atq; ideo illi per sententiam iudicis perpetuum impositum sit silentium, l. nostra & l sed & si per prætorem, § sed & si dum, & quæ ibi no ff Ex quib. caus. cum sim. Cæterùm si diffamans comparuit, ac ius suum in iudicium deducere ac agere cœpit, iam iudicium l. nostræ ac nomen eius penitus extingui, & aliū atq; ordinarium inchoari processum de integro secundum ius commune deducendum atq; determinandū. 6

In hoc igitur iudicio nostro ut diffamanti per sententiam iudex perpetuum imponere posit silentium, causam præexistentem ipsam diffamantis contumaciam habere constat. Verùm his & similibus non obstantibus, uerior, constantior ac receptior sententia in contrarium est, quòd in hoc nostro iudicio appellatio maximè † locum habeat, & quòd ab impositione perpetui silentij uel à declaratione & pronunciatione de non audiendo ulterius diffamans appellare posit, est hoc casu gl in d. l. Titia, quod ipsum ibid. ulterius ac magis Bar in 4. nota. asserit ac comprobat, quem & communiter DD. sequuntur, & Bal hic notab. & Ang. in d. l si ea, C. qui accus. non poss. Panor. in c. Cum in tua, col. 2. uers. Et in fine gl. qui matrim. acc. poss. cum sim. & fulcitur hæc sententia rationibus firmis ac manifestis: sicut in casu l. Intra utile, † ff. De minor. à simili quodammodo interlocutoria appellatur, ex ratione quòd ibi secum executionē trahit, & caussam ferè totam determinat, ut gl. in l. pen. in uerb. discussione, post med C quor. app. non recip. unde Bar. in d. l. Titia, nu. 5. in hunc modum argumentum facit: Ab interlocutoria, per quam † grauamen illatum non potest reparari per appellationem, à diffinitiua potest appellari, l. arbitro, & l. Ab arbitro, ff. qui satisda. cogan. & l. 2. ff. De app. recip. ubi idem Bar. plenè. Sed quando alia diffinitiua non fertur, ut hic, tunc non potest reparari per appellationem à diffinitiua grauamen per interlocutoriam illatum: ergo ab ista interlocutoria appellari poterit. Quod & simili argumento confirmatur per regulam, quòd ab interlocutoria post quam non speratur diffinitiua, † appellari posit, l. Ait prætor, § permittitur, ff. De minor. & d. l Intra utile, eod. fa. item argumentum, quòd ab interlocutoria habente uim diffinitiuæ, æquè ac à diffinitiua † appellari potest, c. Cum ecclesia, ubi glo. sing. in uerb. iniusta, De appell. Panor. in c. peruenit, el. 2. eod. & dicetur infr. plenè. Sed hæc interlocutoria nostra habet uim diffinitiuæ, ut suprà cap. prox. ostensum: ergo, &c. Probatur denique idem argumento à fortiori, hoc modo: Si ab assignatione termini hic appellari potest, ut Bar. in d. l. Titia, col. fin & mox plenius uidebitur: † magis ergo ab ipsa sententia hic appellari poterit. idq; in tantum uerum est, ut tum demum cum ab huiusmodi declaratione ac sententia impositionis perpetui silentij non appellatur, † ea in rem iudicatam transeat, ut Bar. in d. l. Titia, uers. Tertiò nota. per no. in l. quod, ff. De re iud. & in c. Cum cessante, Extr. De app. & idem Bar. in l. j. per illum tex. C. De relat. & quòd postmodum diffamator uel eius hæres ratione illius iuris nullo modo ulterius agere posit, arg. l. peremptorias, & l fin. C sen. rescind. non poss. c. Cū inter, & c. quod ad consultationē, De re iud. & ut tradit Alex. cons. 30. Ponderatis, nu. 6. uol. 5. ut supr. cap. prox. dictū. Nec quicquā hic prius in cōtrariū adducta, quo minus in hoc nostro l. diffamari iudicio appellatio locū habeat, impediūt: & ad ea egregia solutio ex ijs quæ hic de cōtumace Bal. notat, sumi pōt Et primū equidē nō obstat, q. casus l. nostræ in hoc apertus uidetur, q. per sententiam præsidis diffamanti perpetuum impositum est silentium, adeò ut hoc nomine diffamatus ulterius inquietudinē sustinere haud debeat, & causa penitus sopita intelligatur. Id siquidē in eo qui legitimè citatus in termino omnino non cōparuit, rectè ac simpliciter procedit: & hoc casu constat diffamantē utpote uerū † contumacē apparenter & existenter, regulam d. l. ex consensu, § fin. ff. De app. & d. l. Et post, § fin. ff. De iud. cum sim. indistinctè ueritatē obtinere, ac procedere constat: cum contumax in non ueniendo se faciat à iudiciorum copia alienum, ut Bal. hic per l. Sancimus, C. De iud. & huiusmodi iurisdictio denegetur, per no. in d. l. Sed & si per prætorem, §. sed & si dum decreto, ff. Ex quibus caus. maior, & fa. hic quod de expresso contumace Bal. no. quòd is appellationem introducere non posit, & si introduxerit, quòd tamen id frustra ac nulliter: cum ex uera & expressa contumacia † contra contumacem duplex oriatur exceptio, declinatoria scilicet, 15

7

8

9

10

11

12

13

14

&

& peremptoria: & ita intelligi debere quod no. in c. si ante, De dolo & cõtum. in clem. Sicut in hoc quoq; cõcludit Archi. in c. statuimus, De ele. super. uerb. Infra mẽsem, lib. 6. & q; personaliter inuetus & citatus ut uerus cõtumax nõ audiatur appellãs, expreßè dedúcit Spec. in tit. De cõtum. §. j. uers. Et no. quem allegat Ioan. Andr. in clem. j. De dolo & contum. ubi plenißimè de hac materia, & in clem. Causam electiõis, §. pen. in ult. gl. ubi remittit ad no. per compost. in c. j. De electio. Et hoc modo DD. quando uolunt per impositionem perpetui silentij quem iure suo penitus exclusum, ut nullatenus amplius nec per appellationem audiatur, intelligendi sunt, q; tunc in uero ac expresso contumace loquantur: quẽadmodum & in hoc
16 iudicio citationes tres non alia ratione requiruntur ac fiunt, nisi ad probationem † contumaciæ, ut & aliàs quando plures citationes fiunt, per ea quæ no. Innoc. in c. Ad petitionem, De accusa. & Rot. decis. 245. licet in causis, in fin. in no. fa. l. Contumacia, ff. De re iud. & clem. si ante, De do. & con. Maximè igitur in hoc iudicio legitimè citatus ac à iudice monitus, nec tamen comparens beneficio appellationis, ut uerus ac
17 expressus contumax priuatur: sicut & aliàs regulariter simplex † iudicis iussus uim peremptorij habet, & iussum in uera contumacia constituit, adeò quòd non poterit appellare si non comparuerit, ut sing. Ang. per glo. sing. ibi in l. 2. C. quom. & quan. iud. ante fin. Et hæc quidem res in uero contumace, qui legitimè citatus non comparuit, quòd is appellans non audiatur, clara est, neque hic aliquam dubitationem habet. Quòd uerò inde inferendum sit, hunc casum solum propriè legis nostræ esse, ergo per consequens regulariter hic decidendum, in hoc iudicio appellationi neutiquam esse locum: id simpliciter uerum non est.
18 Etsi enim is proprius casus l. nostræ, † non tamen solus est, aut esse potest aut debet: nec eatenus lex nostra quæ in omnes actiones latißimè patet, præsertim cum hic de pleno actoris præiudicio agatur, ubi cau-
19 tius procedendum est, constringi debet: cum & fictus contumax, † ut qui citatus ad domum non comparuit infra decendium, à tempore etiam scientiæ appellare poßit, c. Venerabilibus, De sen. excom. lib. 6. & Ioan. Andr. in clem. Causam electionis, §. pen. De ele. & no. Rot. decis. 49. si feratur, in no. quod idem &
20 in citato per † edictum, ut manifestè probatur Rot. decis. 364. Cum iura clamitent, in no. idq; adeò, ut
21 etiam secundum Bar. uerus contumax apparenter † sed non existenter, casu l. Diuus, ff. De resti. in integ. audiatur appellans à iudice ad quem, l. Sciendum, ff. De app. l. præcipimus, & l. A proconsulibus, C. De app. de quo in add. ad d. decis. Rot. 49. Imò etiam uerè contumax secundum obseruantiam Rotæ audia-
22 tur appellans † à sententia infra decem dies, computandos à tempore prolationis sententiæ, sed non scien-
23 tiæ, ut d. decis. 364. in fin. Dein quoque & casus huius iudicij sit, quòd diffamans comparere, † nec tamen agere poßit. quo casu licet uerè etiam sit contumax, id tamen solùm, ut dicetur, quo ad sententiam contra eum ferendam, non similiter quo ad priuationem appellationis: sicut & diligentius quoq; scrutanti nõ ita nudum ex lege nostra iudicium intentatum apparet, ut solum in sententia iudicis, qua actor in non ueniendo contumax penitus iure suo excluditur, id quiescat. Nam & in hoc quoq; causæ cognitio ac aliquis
24 processus conspicitur, idq; in tantum ut etiam extra sententiã iudicis hic † ac perpetui silentij impositionem, à qua tamen æquè appellari potest, diffamãti actori appellationes suæ à grauaminib. cùm præiudiciũ primariæ causæ, tũ uerò ipsam termini aßignationẽ respiciens, de iure reseruatæ sint: sicut id ex processu
25 huius intentati iudicij patet. in quo hæc ex ordine diligẽter ac necessariò seruãda collocamus: † & primũ quidẽ diffamati supplicationẽ pro citatione, ac libellũ, in quo cũ loco facti ex quo obligatio oritur, ipsa diffamatio narretur, & super ea libellus fundetur, p ea quæ notab. Bal. in l. 2. C. Ne filius pro patr. iã eius pbationẽ subiũgimus, quæ maximè de substãtia huius est iudicij, neq; sine ea hic iudex pcedere queat, quæ et hodie uel in libello inseri, uel simul doceri debet: cũ iudex terminũ statuere nõ poßit, nisi cũ causæ cognitione, & sic facta prius informatione de dolo uel malitia diffamãtis, uel quacũq; causa iusta ubi imminet periculũ, ut DD. in d. c. Lator. Extr. qui filij sint legi. et d. ordina. iudicij Cam. Imp. li. 2. c. 25. cũ sim. supr. cap. j. latè deductis. Exinde in hoc iudicio ipsas iudicis citationes, ac legitimũ terminũ intra quẽ diffamãs in iudicio cõparere, ac de iure suo docere debet, ponimus: postmodũ huius termini lapsum qui non cõparentẽ diffamantẽ nisi sententia, ut suprà dictũ sequuta ac lata protinus nõ excludit. Itaq; subsequẽter hic annectimus alterã diffamati officij iudicis imploratione ac contumaciæ diffamantis accusationem. Vltimo deniq; loco ipsam iudicis sententiã, qua perpetuũ diffamanti super diffamatione sua ac ipsa causa, ut dictũ, silentium imponitur, statuimus: qui singuli hic actus iudiciales, etiã extra iudicis sententiã, nisi legitimè præsten-
26 tur, semper diffamans beneficiò appellandi uti poterit. Ita si diffamatus † primitùs diffamationem non deduceret neq; probaret, atq; sine causæ cognitione iudex terminũ istũ statueret: tũc ab aßignatiõe talis termini appellari posset, & p appellationẽ rescinderetur, ut Bar. in d. l. Titia, circa fi. quẽ simpliciter sequũtur Ang. Are. d. Rub. Instit. De excep. in 9. quæsi. uers. Ex quibus nota. & Nic. Boer. decis. 255. reprehendens in hoc Panormitanũ, qui Bart. aliter intelligit, in c. Cum in tua. qui matrim. acc. poss. & sequitur Georg.

Nattan. in d. clem. sæpe, De *uerb. sig. &* Cagno. *hic, nu. 6.* Sic *quoq; si ad locum non satis tutum citatio fie-
ret, arg. c.* Ex *parte, el. j. ubi* DD. De *app. & ut s. dictum.* Sic *etiam quo ad ipsam requisitam citationem,
termini item constitutionem, si plus æquo diffamans grauaretur,* † *semper illi beneficium integrum ac re-* 27
seruatum intelligitur. Licet *enim non à termino legis, bene tamen à termino iudicis appellandū est, ut* Bal.
in addi. ad Spec. *in tit.* De *appella. post. §. fina. uers. si iudex pronunciat: sicut id in hoc iudicio plurimum
contingit.* Neq; *impedit hic quòd certus terminus à iure nõ est expressus, ideoq; relinquatur arbitrio iudi-
cis, ut supr. cap. 6. de termini assigna. deductum est: & quòd ab arbitro* † *simpliciter non appelletur, sed* 28
tantum locum habeat exceptio doli, l. Nõ *distinguemus, §.* Cum *quidam, ff.* De *arbitr. cum sim. & quòd ab
arbitratore quoq; non appelletur, sed fiat reductio ad arbitrium boni uiri, ut* Bar. & DD. *in l. si societate,
§. arbitrorum, ff. pro socio, & in l. si quis ab arbitratu, ff.* De *uerb. obliga. &* DD. *in c. quinta uallis,* Extr.
De *iureiur.* Nam *ubi certus terminus à iure non exprimitur,* † *ut hic, relinquitur quidem arbitrio iudicis* 29
*moderatio, sed ut iudici non ut arbitro: qui si non consideratis circumstantijs & contra legitimum iuris
modum partem in constitutione termini grauat, ab eo tanquam à iudice rectè appellari poterit, & iudex
ad quem postea cognoscet, ut est tex. & ibi* Panor. *in c. j.* De *dila. & c. super his,* De *accus. & gl. in l. si qua,
in uerb. de pœna, ubi &* Bar. *ff.* De *uerb. sig. ut si parti terminum nimis* † *breuem constituat, poterit pro-* 30
*tinus appellari, ut supr. cap. 6. de term. consti. dictum, & infr. latius dicetur. sic & si aliàs in constituendo
judex grauaret, itidem appellari poterit, cū hic protinus de discrimine ac præiudicio totius causæ agatur.*

Verùm *hic incidenter quis non immeritò quærere posset, quid si is iudex qui præter omnem iuris et æ-
quitatis rationem, partem in summum eius præiudicium ac manifestam causæ perniciem in assignando ter
mino grauat, sit priuilegiatus, ut* † *ab eo ad superiorem appellari non queat, ac omnimodo eius sententiæ* 31
seu constitutioni standum sit? Sicut *memini in quadam ciuitate, quæ nescio quibus priuilegijs mirificè
tumet, quamq; honoris caussa iam non nomino, à sene quodam tum consule,* † *cuius quoq; nomen nunc ho* 32
nestè reticeo, cum & aliàs uerum sit hoc tritum, Mali *corui malum esse ouum, cuidam ipsius iurisdictioni
minimè subiecto, ac præter omne meritum à quodam coram ipso uocato, non attento quòd is opponeret
ac certò fidem faceret, honestos uiros ipsius testes, quos & ad obtinendam causam illam solos habebat ne-
cessariò producendos, iam in longinquas partes profectos, nec itidem considerato, quòd is se ad satisdan-
dū & iudicio sisti, &c. omnibus modis paratissimum offerret, biduū tantū & ad cõparendum in iudicio,
& ad decudendum omnes probationes suas, & ad audiendã sententiã, & ad expectandã quoq; ac sustinen
dã protinus executionem, simul & semel ac peremptoriè fuisse cõstitutū, eundẽq; graui ac seuera cõmina-
tione & metu carceris incusso ad præstolandū termino iniquissimè præscripto coactū. sicut sæpe ea ratiõe
procedi solet, ubi pro ratione uolūtas.* Quid *igitur hoc & simili casu, & subdito grauato agendū? an om-
nino illa iniuria deuoranda, & illi tanquã omni beneficio iuris penitus destituto succūbendū ac pereundū
erit?* Sicut *& aliàs multorū experientia cõpertū est,* † *uarijs difficultatibus ac summis periculis ac discri-* 33
minibus implicari subditos, si illis uel aliqua ratione cū superioribus suis cõtendendum sit. Miror *profectò
hãc rẽ ab ijs qui exprofessò appellationū seu priuilegiorū tractationẽ suscipiunt, nõ diligẽtius excuti: cum
manifestū sit, in quibusdã rebuspub. quandoq; gubernatores aliquos, salua interim omni modo bonorum
existimatione, de quo omnino protestor, ipsorū priuilegijs ac singularibus beneficijs ab optimis* Cæsarib.
ipsis nequaquã in hoc cõcessis, in perniciẽ † *ac tyrannidẽ subditorū, ac eorū qui corã illis agere necesse ha* 34
bent, malitiosè cõuertere: dū cõtra uocẽ diuinã Deutero. *cap. j. audiūt partes cū* προσωποληψίας, *hoc* † *est,* 35
*corruptè causas cognoscūt, ut iã fauor, iã inuidia uel alij adfectus cognitionẽ eorū ac iudicia perficiant: ubi
omnino uerū esse apparet, quod* Aristoteles *lib. 3.* Politicorū *scribit,* Imperio † *adiungi belluã, dū id huma* 36
no arbitrio præter certã legẽ scriptã tribuitur. Et *licet hæc ita geri interdū à quibusdã manifestū sit, tamen
summã illi iniquitatẽ ac iudiciorū suorū peruersitatẽ ratione priuilegiorū nõ solùm defendere, sed eatenus
quoq; extollere atq; efferre audent, ut miseri subditi, uiduæ ac pupilli miserè per iniusta illorū iudicia op-
pressi, ne quidẽ contrà mutire audeant: & illū iam crimen læsæ maiestatis perpetrasse clamitent,* † *qui uel* 37
*summa necessitate, uel manifestissima ac iustissima iuris ratiõe ductus uel minimum uerbū illorum iudicijs
ac manifestissimæ iniquitati obijcere tentat: idq; non aliter ac* Iudæi Saluatorẽ *nostrum* CHRISTVM, ꝗ
*cõtra locū istū sanctū loquutus esset, exclamãtes, ac sacrilegiū id reputantes, ac atrociter minitantes isti p-
terui: cū tamen ipsi ecõtrà iudiciū* Cameræ Imp. *summū illud in* Imperio *iusticiæ asylū quod esse debet, in-
terdū ob unicã malè formatã supplicationẽ, ratione stili ac iustissimis de causis nõ admissam, quasi denega-
tæ iusticiæ, si nõ palàm eo ꝗ caussæ suæ diffidūt, clàm tamẽ insimulare nõ uereantur. eousq; & in tantã eo-
rum egregia illa libertas prolabitur petulantiam ac proteruitatẽ, ut etiã supremo illo* Imperiali *tribunali,
pedanea sua iudicia, quasi illa magis cõspicua ac priuilegiata essent, iniquissimos ac stultissimos illos tacitè*

anteponere

anteponere minimè pudeat. ita (ut Ennius inquit) uadũt solida ui. et hi sunt cõtra quos sanctus uates excla mat Psal. 81. Vsquequò quod iniquum est iudicabitis, & personã impiorũ suscipietis? Ius reddite tenui & pupillo, adflicto & pauperi iustè iudicate. Hæc illis Iuriscõsultos, utpote iusticiæ sacerdotes, indicare necesse est, qui & hanc quoque ob caussam, utut illi nescio quo supercilio interim eos spernant, longè uetustioribus, dignioribus ac maioribus priuilegijs meritò ac optimo iure decorati sunt. Quid igitur partibus, ab eiusmodi priuilegiatis, scilicet gubernatoribus seu iudicibus, præter omnẽ iuris rationem grauatis aut cõdemnatis faciendũ? an propterea omni iuris remedio exclusi ac destituti censendi ac relinquẽdi sunt?
38 Respondeo simpliciter, quòd minimè: & quòd ita † iniquè grauatis cõtra iudices ac etiã cõtra magistratũ suũ iuris beneficia maximè reseruata ac præstò sint, & q; ijs quoq; liberrimè uti poßint ac debeant, neutiquã obstante ipsorũ iuramento. debitã enim obedientiã, & quantũ in se salutẽ † Reipub. neutiquã uerò omnis iniuriæ & manifestæ iniquitatis, in ruinã totius ciuitatis, tolerantiã, ciues magistratib. iurare iure præsumũtur: sicut nec ulterius tenẽtur aut iure teneri poßunt: cũ omne iuramẽtũ ad hoc ut seruãdũ sit & obliget, debeat habere comites iusticiã & ueritatẽ: quorũ si alterũ desit, nõ est seruãdũ, Auth. Quod eis, & ibi gl. C. De nup. & Ang. in l. fi. ff. qui satisd. cogan. & Bart. Socyn. cõs. 115. uol. j. & c. Itaq; licet hæc priuilegiorũ sit natura, q; uariẽt à iure cõmuni, ut Alex. cõs. 187. nu. 15. uol. 5. tamẽ necesse est ut limites † diuini atq; humani iuris non egrediantur, ne scilicet in totũ à iure naturali & gentiũ recedatur, iuxta gl. & DD. in l. ult. C. si cõtra ius uel. ut pub. Itaq; & si appellationem principẽ tollere posse quidã existimãt, eo q; iure ciuili introducta sit: contrà tamẽ certũ est, defensionẽ cõtra manifestã iudicis iniuriã ac iniquitatẽ omnino
39
40
41 ereptam nõ esse: cũ defensio † iuris sit naturalis, & ea quæ iuris naturalis sunt in totũ per principem tolli
42 aut immutari nõ † poßint, d. l. ult. cũ ibi no. & quod no. Panor. in c. dilecti filij, De excep. & quod no. in c. pastoralis, De re iud. quæ res clara est. Primùm igitur si cõtra quem à magistratu suo utcunq; priuilegiato seu iudice iniquius grauamẽ decretũ, seu sententia manifestã iniquitatẽ continẽs, fuerit lata: iã egregiè iure cautũ, ut licet ab ea prohibitus sit appellare, tamẽ ei stare cogi nõ poßit, & ipsi etiã citra appellationis ne-
43 ceßitatẽ † sit succursum, ne inde aliquod ei grauius præiudiciũ inferri queat, eaq; sententia in rem iudicatã minimè trãseat, c. Inter cæteras, & ibi gl. Extr. De sen. & re iud. & arg. l. Si expressum, ff. De app. & l. j. §. Itẽ si cõtra, & tot. tit. ff. quæ sen. sine app. rescind. & C. quan. pro. nõ est ne. & q; ita grauatus poßit se nul-
44 litatis exceptione defendere perpetuò, hoc est, 40. annis, c. Vigilãti, Extr. De præscrip. Et põt eiusmodi † iniquitas ex testimonijs diuini & humani iuris ostendi, c. j. & ibi gl. Extr. De sen. et re iud. & d. l. si expres-
45 sum. Sic aũt & cõstat, q; etiã in rescripto uel priuilegio principis iudici dato ista clausula, appellatione † remota nihil in præiudiciũ tertij operari queat, ut est text. in c. super eo, et ibi Panor. De off. dele. et Bar. in l. j. §. fin. ff. à quib. app. non lic. & Phil. in c. pastoralis, col. fin. De app. & fa. optimè d. c. Inter cæteras. Imò q; ea clausula tantũ de friuola appellatione intelligenda sit, uult Bar. in d. l. j. §. fi. & Ias. in l. 3. §. si is pro quo, col. j. ff. q; quisq; iuris. Sic & q; appellatio in casibus prohibita, operetur tamen quo ad iudicẽ superiorẽ ad quẽ, ut si is grauamen uideat, illud emendare poßit ac corrigere, præclarè tradit Panor. in d. c. pastoralis, col. 4. uers. In tertia quæstione, per gl. sing. in clem. j. in uerb. oneramus, De iure patrona. Sed obijciet hic aliquis, hæc quidẽ, ut omnia, salutari ac sancta ratione iure sancita esse ac cõstituta, & hac iuris munifi-
46 centia eũ quidẽ, qui tutò † eiusmodi gubernatorũ uiolentiã effugere, euitare, atq; etiã ex merito suo sperne re queat, uti posse: uerùm præsenti in casu salutari eo iure uti, miseros prohiberi subditos, cum iudices in dictis locis & iudices & protinus ex ui priuilegiorũ suorũ, sentẽtiarũ suarũ utcunq; iniquè latarum, strenui
47 sint executores: † & subditi ibidẽ uxores, liberos & bona sua sita habeant, neq; illorũ tyrannidẽ facilè effugere queant, seue contra illos cõpetentibus iuris remedijs tueri. Scimus equidẽ hoc, & hac ratione multos bonos ciues, pupillos & uiduas, dũ illis ius non redditur, miserè opprimi ac perire: ueruntamẽ etiãnũ illis æquißima iura opitulantur, & contra eiusmodi notoriã iudicũ iniquitatẽ defensionẽ legitimã præseruant: sicut in hoc unicè solicita sunt, ut undequaq; iniquè oppreßis succurratur, & cuiq; quod suum est tribuatur. Secundo itaq; modo poterit is cui per iudicẽ ratione termini, aliouè modo grauamen iniquum ac intolerabile infertur, uel contra quem sententia nulla æqui boniq; ratione fertur, & is magistratus tyrannidem metuat, nec illi integrum sit eiusmodi nullitatem seu iniquitatem spernere, aut inde prouocare, ut
48 iam dictum est: per † querelam superiorem adire, ac super uiolentia ac iniquitate iudicis sui conqueri, ac proinde nobile eius officium, iusticiam ac omnia competentia iuris remedia sibi impertiri, inuocare ac implorare, arg. eorum quæ no. gl. & Panor. in c. querelam, De procura. & Felyn. in c. querelam, col. pen. De
49 iureiur. Est enim querela † quando oppreßus reclamat, ut sibi per uiam iuris succurratur, ut dicit Dec. cõs. 125. In causa spoliationis, circa fin. per iam all. & per no Bar. in l. 3. C. quom. & quan. iud. & fa. tex. in l. 2. §. dominorum, ff. De his qui sunt sui uel alien. iuris, in c. Ex frequentibus, De insti. & in c. Cũ contingat.

De

De for. compe. & fi. optimè quod no. Alexandri, in c. Cum sit Romana, col. j. in fin. & 2. De app. & quod no. Alex. in l. Si ab arbitro, in fin. ff. qui satisda. cogan. Nec hic obstat quod no. Abb. in c. ad reprimendam, De off. ordin. & in c. Consanguinei; De re iud. & quòd no. Paul. de Castr. & Alex. in 9. col. circa fin. & seq. & Ias. col. pen. in l. fin. C. De edi. Diui Adr. toll. quòd coràm eodem iudice querela proponenda sit. loquuntur enim ibi in alio casu, & in hoc nostro locum habere non potest, ut per se patet & per supr. allega. & ea quæ euidenter no. Panor. in d. c. pastoralis, col. 4. in uers. In tertia quæstione, De app. arg. gloss. sing. in clem. j. in glo. in uerb. oneramus, De iure patron. & quæ no. Bal. in l. fin. §. Illud, per illum tex. C. De temp. app. & quæ idem Bal. no. in l. obseruare, §. proficisci, in 8. quæstio. ff. De off. procons. & in c. j. §. Iudices uerò, De pa. iura. fir. in usib. feud. & Rom. in l. Dies cautior, ff. De dam. infec. cum sim. Meritò igitur hic arbitrari potest subditos, uel etiam alios qui coram dictis iudicibus inferioribus in Imperio necessariò habent agere, si præter ius & æquum in causæ suæ perniciem grauentur, & iniquitas manifesta sit, uel facilè demonstrari queat, non obstantibus aliquibus priuilegijs, iniquitatem eiusmodi notoriam ad superiorem, ut in casu præsenti proposito, ad iudicium Cameræ Imp. deferre, ac insuper ibidem officiũ iudicis pro administranda iustitia, ac alijs legitimis iuris remedijs implorare posse. In hoc siquidem supremum illud † in Imperio iudicium sancta ac optima ratione constitutum esse constat, ut indifferenter omni- 50
bus Imperij ciuibus ac subditis, contra quorumuis in Imperio iudicum, ut & aliorum grassantium tyrannidem ac iniquitatem, solidum sit perfugium, ac uera iustitiæ officina, ad quam tanquam ad sacram anchoram, in summis iniustitiæ ac iniquitatis procellis fugere liceat. Et quo quæso prætextu magistratus utcunque priuilegiatus, subditum præter iuris & æquitatis rationem in iudicio grauatum seu in causa condemnatum, prohibere posset, aut punire, quo minus liberè dicere ipsi liceret, submittere se protectioni et tuitioni Imperatoris, aut ipsius Cameræ iudicij? Iam uerò constat, eiusmodi uerba uim appellationis inferre, secundum Bal. in l. j. C. si quacunq; prædi. pote. & est tex. in c. Ad audientiam, & ibi Cardin. Alex. De app. Maximè igitur hæc extrema defensio iniquè à iudicibus inferioribus in Imperio oppreßis ac grauatis iure conseruata intelligitur: cum & ipsum priuilegium Imperatorium, ut rem iudicatam absq; ulla appellatione rescindant, aut appellationem non admittant, l. j. §. si quis ultrò, ff. De quæstio. & l. fin. C. De. sen. & interlo. iud. † eatenus accipiatur, quòd ij quidem ad rituum iudicialium obseruationem non teneantur: nõ 51
autem poßint prohibere, quo minus coram illis partes suas causas defendant, cum defensio iuris naturalis sit, & ipsi Imperatores rectè sacrosanctæ iustitiæ executores legitimi dicantur: sicut & perspicuum est, quemq; Imperatorem ut optimum, ita quàm maximè omnium iustas querelas recipere & audire, & protinus quoq; grauatos, omnibus modis contra † iniquitatem inferiorum iudicum subleuare atq; restituere: 52
quemadmodum & D. Hadrianus sententiam iudicis iniquam reuocari iußit, l. Diuus, ff. De re iud. & l. j. et ult. C. De falsf. instrum. Vt igitur per iniusta iudicum imperia suppreßis succurratur, præcipuè ad sanctum Imperatorium spectat munus: ita & similiter ad Imperialis Cameræ iudicium, cùm id cum ipso Imperatore iurisdictionem habeat in solidum, ac omnimodam, ut Bar. & Alex. & alij quos idem ibi allegat, in l. More maioris, ff. De iurisdi. om. iud. & ut suprà dictum est. Et qua quæso fronte, qua ratione, quo iure, quibusue priuilegijs magistratus seu iudex iniquior, si quando præter omnem iuris ac iustitiæ normam causas subditorum ex affectibus magis metitur, eiusmodi suam in decernendo, statuendo ac pronunciando iniquitatem defendere ac tutari poterit? quo minus superior illius iniustitiam, uiolentiam ac tyrannidem contra miseros subditos reprimere ac coercere poßit ac debeat? & secundum Esaiam prophetam cap. j. quærere iudicium, subuenire oppresso, iudicare pupillo, defendere uiduam? Quid quæso illud aliud esset, quàm priuilegiorum nomine opt. Imperatores sanctißimarum legum authores ac custodes unicos, omnis iniuriæ ac iniquitatis architectos constituere? & quod inde unde unicè iura nascuntur, iniurias nasci oporteat? quo quid crudelius excogitari potest? quid item stultius ac magis † absurdum, quàm summum illud Cameræ Imperialis iudicium syndicatui esse debere expositum: interim contra manifestißimam pedaneorum ac inferiorum iudicum iniquitatem, nullum restare præsidium posse ac perfugium, opinari aut asserere? 53
Et quomodo maior iniuria aut contumelia diuis ac opt. Cæsaribus † inferri potest, quàm ab ijs in commune bonum ciuitatis, ac singulorum ciuium salutem, sancta ac optima ratione concessa, nunc à superioribus non solùm in eorundem summam perniciem ac extremum exitium peruerti, uerùmetiam eam iniquitatem, ex primis illis causis, impia planè ac crudeli ratione defendi? quasi uerò sanctißimos Imperatores, dum eiusmodi priuilegia magistratibus ea, sub prætextu publicæ ac singulorum ciuium salutis, astutè petentibus concedunt, per hoc ex certa scientia innocentiam ciuium malignis ipsorum cupiditatibus prodere, præsumendum aut credere fas sit? aduersus quas † defendi bonos ciues legum præsidio unicè uolunt, ac 54
in tantum constituerunt, ut earum quoq; legum authoritati & totius Imperij sui authoritatem piè submit- 55

tere non dubitarint,l Digna uox,C. De legi. *qua peruersa interpretatione quid magis nefandum? cùm a-*
56 *perti iuris sit,nequaquam præsumi aliquid* Principi placere, † *nisi iustum & uerum sit:& ideo clausulã,*
Si preces ueritate nitantur, semper intelligi debere in omnibus rescriptis principum,iuxta l. 2.& l.fin. C.
Si contra ius uel util. pub. & fa. opt. c. quamuis, De rescrip. *lib. 6. & quod no* Panor. *in c. suggestum,*
57 Ext.De *decim.* *Itaque cum manifestum sit dicta priuilegia hoc modo, titulo ac prætextu*, † *ut digni-*
tas Reipub.*ac subditorum salus eo magis conseruari ac augeri queat, & ne ciues expensis ac diuturnitate*
litium sese inuicem exhauriant, &c. à superioribus impetrata esse aut etiamnum impetrari: contrà au-
tem similiter in clara luce positum sit, à quibusdam quandoq; gubernatoribus hac ratione iudicia pro uo-
luntate sua deinceps dirigi,eodemq; modo dominationem inter ciues occupatam, in tyrannidem planè ac
nullam subditorum salutem,sed eorundem extremam perniciem,dum iudicia uenalia quasi habent,ac per-
sonam potentum ac impiorum suscipiunt,ius tenui & pupillo non reddunt, adflicto & pauperi iustè non
iudicant,turpiter conuertere. Sequitur igitur nunc necessariò, eiusmodi impostores nequiter optimo Cæ-
sari eiusmodi priuilegia concedenti imposuisse, eaq; propter illos dignissimos qui non solùm dignitate sua
ac priuilegijs exuantur ac priuentur,uerumetiam à superiore grauissimè puniantur.Certè ex historijs no-
tum est, ueteres non hac ratione priuilegia adquisiuisse,retinuisse,conseruasse,ac ad posteros suos trãsmi-
sisse,qui sine προσωποληψίᾳ *iudicia sua cõstituerunt,indeq;* Respub.*suas egregiè auxerunt: cuius rei insi-*
gnia exempla quasdam Germaniæ Respub. *quondam exhibuisse certum est.*Et *qua opinione opt.*Impera-
torem id quod ob gratiam alicuius singulariter concessit, si id in eiusdem dispendium retorqueri uideat ac
animaduertat,idem iterum non reuocare posse ac debere,censebitur?Cum igitur ex iure deductum sit,par
tem præter ius & æquum à iudice grauatam, uel omnino non, eiusmodi iniquam iudicis constitutionem
seu sententiam curare posse,illiq; iniquitatis exceptionem perpetuò esse reseruatam, uel etiam notoriæ ini
quitatis ratione ad superiorem prouocare,utcunq; iudex iniquior priuilegiatus sit, aut saltem per quere-
lam eam rem ad superiorem deferre,ac ut ipsi per uiam iuris succurratur,petere posse: sequitur nunc et ex
iã deductis,partem ita iniustè grauatã seu in causa condemnatã,& tertiò ac acriori modo,contra priuile-
58 *giatos eiusmodi iudices,sinistrè priuilegijs ac singularibus suis beneficijs utentes,agere ac experiri* † *pos-*
se:idq; nõ solùm ut sibi in præsentia subueniatur,sed & omnibus simul ciuibus, in iudicio iniquius desertis
ac oppressis in futurũ succurratur,ac meliori ac salubriori iterũ ratione prospiciatur.quã & iustissimã pe
titionẽ,iustissimus Imperator,*aut ipsius Cameræ iudex,recipere ac exaudire ex officio* Imperatoriæ Maie-
*statis non dedignatur.*Et *poterit ea actio seu supplex petitio, plenè antea demonstrata iudicũ in iudicando*
iniustitia ac iniquitate,eò dirigi,ut eiusmodi iudices aut corrigantur, ac legitima iterũ ac incorrupta cõsti
tuantur iudicia,in quibus iudices priuilegiorũ beneficijs ad cõmunem ciuiũ singulorũ salutem utantur, &
sine affectibus & personarũ respectu æquè iudicent,ut nemo lædatur,et cuiq; quod suũ est tribuatur, eaq;
ratione denuò pristina ciuitatis dignitas ac honestas cõseruetur:aut uerò ut ipsa priuilegia cõtra iuris com
munis præscriptũ aliquo modo iudicibus concessa,in totũ reuocentur, & iterũ ciues libertate iuris cõmu-
nis uti permittantur:cũ melius ac potius sit,ea quæ cõmuniter ac generaliter ad omniũ utilitatem sanciun-
tur,ualere,q̃ ea quæ singulariter interdũ concedũtur,ac ad corruptionẽ communiũ legũ ac subditorũ per-
*niciem à malis ingenijs detorqueri possunt,arg.§. quia uero simile,in fi.*Auth. De *non alienan uel permu.*
59 *& manifestè constet,priuilegia ab initio bona* † *si progressu temporis cœperint alijs,propter sinistrã eo-*
rum detorsionem ac enormẽ abusum, intolerabiliter esse onerosa, peti posse ut ea reuocentur ab ijs à quo-
*rũ iurisdictione ea profecta sunt,arg.c.suggestũ,*De *decim.& c.quanto,*De *censib. sicut & maximè cõstat*
60 *priuilegia* † *reuocari posse & debere,si quoquo modo eorum perspiciatur abusus,arg.l.*Hæres,*ff* De *in-*
*di.l.*Eos,C.De *aquæ duc.lib.* 11.*§.antep.* Auth.*ut iud.sine quo.suffra.*Specul.*in tit.*De *instrum.edi.§.*Nũc
aũt,uers.pen. 11.*q.*3.*c priuilegiũ,c.abusionibus,*De *pœni.et remiss.*Alber.*de* Ros.*in d l.*Digna *uox,*C.De
*legi.*Abb.*in c.*Gratũ,De *postula.præla.*Idẽ Panor.*et alij in c.nouit,*De *iudic.et* Zabar.*in d.c.abusionib.gl.*
*fi.in c.decet,*De *reg.iur.in 6.no.in c.*Veniens,De *præscrip.& no.in c.j* De *treuga. & pac.* Innoc. *in c.*In
*nostra,*De *iniurijs,*Bal.*in l.*Nuptiæ,*ff.*De *senatorib.l.si mora,& ibi* Ias.*ff.solu.matrim.et fa.quod no.* Dec.
*cõs.*287.In *casu,nu.* 4.*in prin.& dicit* Imperator *clarè, q̃ delinquentes aliquibus priuilegijs uti non sint*
*permittendi,§.q̃ si delinquentes,*Auth.De *manda.princ.* Optimo *igitur iure iudices iniquè priuilegijs ab-*
*utentes deturbandi:cũ hoc detestandũ sit flagitiũ.*Dubiũ *itaq; nullũ est,quin ad reuocationẽ priuilegiorum*
ex caussa posit agi:idq; in tãtum in præsenti casu nostro procedere ac uerum esse apparet,ut si de causa ac
61 *iniquitate* † *cõstat,propter quã petitur ac debet priuilegiũ reuocari, id etiã ab inferiore iudice decerni ac*
*declarari posit,arg.l.*Ex *facto,*De *uulg. et pup. Si uerò de eiusmodi causa ac iniquitate necdũ certò cõstat,*
*q̃ tũc superior adeundus sit,ut apertè no.*Panor.*post* Cardin.*in d.c.suggestũ,*De *decur.et fa.opt.d.c.*In no

stra,&

ſtra,& ibi Innoc.*q̃d* no.& Anton.de Butr.De iniur. *Iã uerò is agẽdi modus tradẽdus erat,niſi intra pro⸗ poſiti noſtri limites conſiſtendum eſſet.* Et *ſanè hæc paucula de priuilegiorum abuſu in iudicando ac decer nendo, præter opinionem ac inſtitutum* ἐν παρόδῳ, *obiter ac caſu adumbrata hic ſunt: ut ſaltem eos qui appellationum ac priuilegiorũ traditionem exprofeſſò ſuſcipiunt, eius rei cõmonefacerem,cum in ea plu⸗ rimum ſitum eſſe piæ mentes facilè intelligant: & ea res & copioſam & accuratiſſimam diſquiſitionẽ ne⸗ ceſſariò requirat.* Vellem *equidem præſentis eſſe inſtituti,de ea hic diligentius diſpicere, ut uel unius ciuita tis inſolentis exemplo,ea quæ hic obiter,non fruſtra tamen tacta eſſe, clarum reddi poſſet: ſed fiet forſan, ut tandem idem luculentius præſtetur,&c.*

Et *ad rem noſtram ut redeamus,diximus ſuprà,quis huius noſtri ex l.diffamari iudicij ſit proceſſus, &*
ut inde appellationes multifariam oriantur: & quidem ab aßignatione termini ut appellari queat & de⸗
*beat,dici cœptum eſt,& quòd à nimis breui termini conſtitutione rectè appelletur, dictum.*Sic *itaq; ſimili*
ter ſi iudex ſtatim † *in prima citatione hic terminum peremptorium aßignaret,maximè appellari poſſet.* 62
quod & ex natura huius iudicij,ubi præter primam citationem iudicis ulterior requiritur monitio,uerum
eſt:& probatur per ea quæ no. Spec.*in 2.par.tit.*De appellatione,§.2. *uerſ. ſed quid dices. ubi &* Ioan.
And.*in addi.& ſi.d.c.j.*De dila. Vnde *itidem ſequitur,ſi iudex in citatione ac aßignatione termini pro⸗*
timus quoq; comminationem adderet, Et *ex nunc ſi non egeris in termino, pronuncio te non eſſe audien⸗*
dum,ſimiliter appellari poſſe. Etſi *enim* DD. *huiuſmodi ſententiam lapſo termino ſufficere ac ualere ar⸗*
bitrantur,ut Salyc.*in d.l.*Si ea,C.*qui acc.non poſſ.&* Ang.*in d.l.quamdiu,la ult.in j.col.ff.* De adq. hær.
poſt Innoc. *in d. c.* Lator.*qui filij ſunt legi.& tradit* Fely.*in c.pen.col.4.uerſ. alius eſt caſus,* De iudi. &
*in c.accepimus,col.2.*De fid. inſtru. *tamen id in hoc noſtro iudicio uerum non eſt, ut per ſe patet, & ſi.*
*quod no.*Bal.*in* Auth.Ad hæc,*in pen.quæſ.*C.De uſur.& *in l.2.C.qui admitti.de quo ſupr.cap. 8. latè di⸗*
ctum. Sic *quòd à comminatione* † *per iudicem illata appellari poßit,*Bar.*in l.*De pupillo,§.*ſi quis ipſi præ* 63
*tori,ff.*De no.op.nunc.Imo.Innoc.& Phil.Peruſ.*in d.c.*Cum ceſſante, De app. & no. Guid. Pap. quæſtio.
436. *Cum materia appellationum,nu.14.* Sic,*ut dictum,ſi iudex terminum nimis breuem* † *diffa* 64
manti conſtitueret,intra quem de iure ſuo non plenè deliberare,nec commodè comparere poſſet, appella⸗
*re is poterit,arg.glo.in c.legitima,in uerb.competens terminus,*De app.*in 6. per tex.in d.c.j.* De dila.&
notab. Bal. *in l. ſed & ſi per prætorem, §. Ait prætor, uerſ.Item no. in eo uer. ff.* Ex *quibus cauſ. maior,*
per tex. in d.l. Titia. & poteſt hoc caſu grauatus ſtatim appellare, licet non excipiatur de breuitate ter⸗
mini coram iudice, prout no. in d. c. j. Sicut *& econtrà ſi iudex diffamanti ad comparendum ac a⸗*
gendum terminum nimis longum, & qui tempus inſtantiæ excederet, aßignaret, quia interim diffamatus
ſuis probationibus deſtitui poſſet, & grauamen illud irreparabile eſt, niſi per appellationem: certè ab
eiuſmodi termini aßignatione diffamatus appellare, ac ad alium iudicem prouocare poterit, arg. eorum
*quæ no.*Bar.*in l.*Si cum dies,§.*ſi intra,ff.*De arbi.& Bal.*in l.2.*C.De epiſc.audien. *uerſ.12. quæritur. &*
*quæ no. in l. properandum,in princ.*C.De iudic.& *in c.*De cauſis,Ext.De off. delega. & no. Guid. Pap.
d.quæſ. 436. Cum materia, nu. 85. Sic *quoties in aßignatione termini iudex grauamen irreparabile*
apponit,uel comminationem grauiorem, ſeu conditionem quæ grauamen irreparabile contineret,ac prin
cipali cauſſæ præiudicium adferre poſſet,quæue beneficium iuris communis tolleret:ut ſi addat, Et *niſi in⸗*
tra hunc terminum compareas, ac de iure tuo plenè edoceas, te ulterius audiendum non fore pronuncio:
quia is beneficium d. l. properandum de termino ad finiendam cauſſam à tempore litis conteſtationis da⸗
tum tollere nec poteſt nec debet,protinus ita citatus diffamans appellare poteſt: cum & à futuro † *gra⸗* 65
uamine appellari poßit, l. Et *in multis,* C. De appell. & §. *ſi quis prouocauerit,* Auth. De collatio. coll.
9. & *plenius* Guid. Pap. *in tracta. ſuo, de appell. quæſ. 26. Si tamen iudex eiuſmodi grauamen quod*
fuerat comminatus reuocarit, † *tunc ab eiuſmodi grauamine quod reuocauit appellari non poteſt, niſi* 66
alio modo eſſet ſuſpectus, d. c. Cum ceſſante,De app.& *quæ ibi no.* Similiter *uerò ſi poſt lapſum ter⸗*
mini, contumacia tamen necdum accuſata, nec ſententia lata, iudex diffamanti † *audientiam denegaret,* 67
pari ratione appellari poterit per ea quæ ſupr. cap. 8. dicta ſunt: & quòd à denegata audientia iudicis
appellari poteſt, ut Phil. Peruſ. *in c.* Ex ratione, & *in d.c.* Cum ceſſante, De app. & Curt. *in l. j. colum.*
14.*ff.*De iuriſdi. om. iud. *ſicut & à negligentia* † *iudicis appellari poteſt: quod tamen legitimè fieri ut* 68
queat, requiritur ut ter à parte fuerit requiſitus, ut Bal.*in d. l. ſed & ſi per prætorem, §. ait prætor, &*
Ioan.Andr.*in c.*Dilecto,& Abb.*in c.*Ex parte,*in pen. nota.* De appell. Quo *in loco diligenter præ⸗*
terea notandum, quòd quando aliquis appellauit † *ab interlocutoria ſeu grauamine, & iudex non ad⸗* 69
miſit appellationem, quòd etiam ab iſta non admißione appellare debet: aliâs appellatio cenſetur deſer⸗
*ta,& non poteſt grauamen reparari per appellationem à finali ſententia ſubſequuta, per ea quæ no.*Car⸗

dim.in clem.j.col.4.uers.Et ex hac glo.De dol.& contum & Innoc.in c.pastoralis,colum.j.super glo. in
uerb.suspendatur,De off. delega. Et Mathesil.in suis notab.in 2.no.quod plurimum notandum, & quòd
quis per hoc sæpius appellantem illaqueari poßit, facere monet Maran.in sua pra. in 6.par. De app. nu.
410.Deniq; quoties requisita in processu huius iudicij non fuerint seruata, licet sententia secuta: tam ab
ipso processu nullo quàm à sententia nulla,ut dicetur,appellari poterit. Et eiusmodi appellatio legitima
70 à grauamine † non solùm suspendit, sed etiam abdicat iurisdictionem à iudice à quo, ut Ioan. Andr. in c.
Ex parte A. De testi.ut etiam ulterius in causa principali cognoscere non poßit,cùm quòd & in alijs gra-
uare præsumitur, arg.c.j.De dila.& eorum quæ no. in c. Ex literis,Extr. De constitut.tum uerò quòd &
regulariter iudex appellationi ab interlocutoria interpositæ deferens iurisdictionem à se uideatur abdicas-
se, c. Cum appellationibus friuolis,ubi DD.De app.lib. 6.Clarum igitur est, in hoc iudicio etiam ante la-
tam sententiam appellationi locum esse,idq; propter defectus ac grauamina in ipso processu conspicua:si-
cut & in alijs iudicijs ante diffinitiuam ab interlocutorijs grauamen irreparabile per appellationem à dif-
finitiua continentibus appellatur. Sic igitur magis ab ipsa sententia in hoc iudicio lata appellari potest,
idq; si citatus non fuit uerus contumax apparenter & existenter, prout latè supr. deductum, & latè in
71 add.ad d. Rot.decis. 49.si feratur,in no. item si citatus comparuit quidem sed non egit. licet † enim ue-
rus contumax in non ueniendo non appellat: tamen secus in uero contumace in non agendo, ut rectè hic
Bal. quia contumax in non agendo licet uideatur diffidere de iure suo, non tamen uidetur renunciare: quæ
72 præsumptio iudicis est, non tamen statutæ legis: & tamen clarè probatur inde, quòd uerus contumax †
is dicitur, qui legitimè citatus non comparuit. propter contemptum igitur iudicis beneficium appellandi
ius illi denegat, l. Sancimus, C. De iud.& d.l. Et post,§. Sciendum.ubi Bar. ff.eod. cum solus contemptus
73 † faciat ut appellans non audiatur,ut Ioan.Andr.in clem.si ante,De dol.& contum. Iam uerò qui com-
paret,licet non agat,non utiq; authoritatem iudicis contemnere uidetur,nec item liti ac iuri suo renuncia-
re, per no. in d.l. sed & si per prætorem,§.sed & si dum.ff.Ex quib. caus. maior. Hoc igitur casu illi ap-
pellandi ius integrum intelligitur,ut DD. in d.l. Titia, & in d.l. properandum, §. Si autem reus, C. De
74 iud.& glo. ordin. in d. clem. si ante. Est igitur & is quoque † uerus legis nostræ casus in diffamante,
qui quidem comparuit,non autem egit: cum ei similiter ac uero contumaci per iudicis sententiam perpe-
tuum imponatur silentium.quod licet ita se habet,non tamen quo ad appellationem idem hic ius statuendũ
75 est,non obstante quod supr.de uero contumace dictum est. Etsi enim paria sunt, † nihil facere, uel partẽ
tantum indiuidui facere,l.furiosum.ubi gl.per hunc tex.ibi pro nihilo esse,C.qui testam.fa.poß.& l.Dice-
re,§.sed & si de pluribus,& l.quid tamen,circa princ.ff.De recep.arbi. hic uerò iudex terminum statue-
rit ad comparendum & agendum:igitur uideri idem ius in eo qui non comparuit,& eum qui quidẽ com-
paruit non autem egit,utrobiq; seruandum id siquidem quo ad sententiam uerum est, non uerò quo ad ap
76 pellationem,ut dictum est: tamen inde pro diffamante cautela † egregia sumi potest, ut si illi contra dif-
famatum aliquod ius competat,atq; id in iudicium deducere sua interesse putet ac uelit, necdum uerò satis
instructus ad causam sit:uel coram eo iudice à quo citatus est, non libenter agat ac ius suum persequatur,
ut is citatus ne uerus & expressus contumax reputari queat, uel per se uel per procuratorem in termino
quidem compareat, ad intentionem autem diffamati nihil agat, & ex eo quoq; sententiam contra se ferri
patiatur postmodum.hoc modo siquidem ius ac beneficium appellandi integrum sibi conseruat:& appel-
lando interim melius de iure suo dispicere,& caussam ad alium ac superiorem iudicem deuoluere poterit.
Patet igitur in hoc iudicio quàm maximè appellationi locum esse, & tam à grauaminibus ante sententiam
illatis,quàm ab ipsa sententia rectè hic appellari posse.
77 Nunc itaq; qua ratione ac quo modo † in hoc iudicio à sententia interlocutoria ac dictis grauaminibus
legitimè appellari queat, commodo ordine dicendum uenit.quod sanè quantũ ad propositum nostrũ spe-
ctat,ritè ut fiat,diligenter prius inter ipsas sententias interlocutorias potißimùm ratione appellationis di-
78 stinguendum erit.Et earum quidem tres † species esse apparet.Sunt enim interlocutoriæ ipso iure non ap
79 pellabiles,† de quib.l.pen C.quor.app.non recip.& l. 2.ff.De appell.recip.cũ sim.& in ordin.iud. Cam.
Imper.in 2.par tit.28.À quib.iudicib.in quib.causis,& à quib.senten ad Cam.app.§.ult.ubi denuò con-
stitutum,ne in iudicio Cameræ Imp.appellationes ab interlocutorijs, si grauamen per appellationem à dif
finitiua sarciri potest, acceptentur. unde etsi per interlocutoriam quasi tota causa decideretur, si tamen
grauamen per appellationem à diffinitiua reparari potest,ab ea appellari non posse,rectè tradit Bar. in l.
2.ff.De app.recip.& in d l.Intra utile,ff.De minor.licet in contrarium allegetur in d.l pen.C. quor. app.
non recip. harum uerò interlocutoriarum tractatio huc non spectat. Sunt dein interlocutoriæ, quæ uim
80 † diffinitiuarum habent,et quædam aliàs ipso iure ciuili appellabiles,continentes scilicet grauamen irre-
parabile

parabile per appellationē à diffinitiua: ut hæc distinctio colligitur ex ijs quæ no. Paul. de Castr. cōs. 25. & Ang. de Are. super Rub. ff. De re iud. & plenè Are. consilio suo 20. & clarè ex d. ordina. iud. Cam. Imper. par. 2. tit. 29. quomodo ad iudicium Cam. Imp. appellandum, §. 3. & 4. & par. 3. tit. 31. De primo termino in secun. instan. §. 10. & 11. Ista uerò inter duas postremas interlocutoriarum species, quæ partim & huic nostro iudicio communes sunt, distinctio, cum diuersam quoq; appellandi rationem pariat, & supr. cap. præcedenti deductum sit, sententiam interlocutoriam in hoc iudicio latam uim diffinitiuæ habere: nūc itaq; qualiter ab eiusmodi interlocutoria legitimè appelletur, dicendum. Et quidem uidebatur † ab ea in- 81
terlocutoria in scriptis tantum appellari posse, arg. c. Cordi. De app. in 6. quod omnino habere locum in interlocutoria habente uim diffinitiuæ intelligit Alexan. in add. ad Bar. in l. Eius qui, uers. primò quæro, ff. De app. recip. per ea quæ no. DD. in c. Cupientes, De ele. in 6. Idem uult Ioan. Mona. in c. Cupienti, §. Et si uerò per uiginti dies, De electio. lib. 6. quē simpliciter sequitur Guid. Pap. quæst. 12. præceptum, nu. 3. & idem uult Guid. quæst. 120. Dominus, & cons. 70. & 89. Verùm contrà quòd eiusmodi interlocutoria uim diffinitiuæ habens, in forma ac potestate appellationis sententiæ diffinitiuæ comparetur, † & ab ea 82
tanquam à diffinitiua in scriptis ex interuallo uel uiua uoce in continenti appellari poßit, sentētia firmior, uerior ac receptior est: & quòd etiam dari debeant apostoli reuerentiales, sicut ad appellationem à diffinitiua, plenè probat Phil. Perus. in c. ut debitus, in 7. quæs. col. 12. et plenius in 14. quæst. col. 16. De appell. & fa. pro hac sententia gl. sing. in c. Cum in ecclesia, in uerb. iniusta, De app. & quod no. Bal. in l. Minoribus, C. De his quib. ut indig. & Panor. & Ioan. Ang. in c. peruenit, el. 2. De app. & Cardin. in clem. fi. q. 2. & in clem. appellanti, q. pe. De app. recip. & quod. no. in l. Ait prætor, §. pmittitur, ff. De minor. & in hoc consuleudo cōcluserunt Aret. d. cōs. 20. Ang. cōs. 297. Rom. cōs. 41. in prin. & Hēnig. cōs. 14. Mulier, nu. 13. & 14. in 2. par. Nouißimè deniq; hæc sententia Imperiali quoq; authoritate cōprobatur cōfirmaturq;, ut uidere est in ordin. Cam. Anno 1523. edita, & clarè in d. nouiß. ordina. d. §. 3. tit. 29. in 2. par. Hæc igitur sententia hodie clari ac expediti iuris est. Cæterùm cū in hoc iudicio, ut dictū, nō solū ab interlocutoria hac nostra uim diffinitiuæ habēte appelletur, uerūetiam à grauaminibus ante hāc ratione pcessus à iudice illatis, similiter & à cōstitutione termini ratione diffamationis nō probatæ uel alterius grauaminis, ut deductū, appellari queat: nūc qualiter ab istis † grauaminibus, quæ etsi causam principalē directè nō contingūt seu definiūt, huic tamē tacitè irreparabile præiudiciū adferūt, appelletur, dispiciendū. Et 83
ab his quidē, ut in cæteris iudicijs ab interlocutorijs, quæ uim quidē diffinitiuæ nō habēt, sed grauamē irreparabile per appellationem à diffinitiua cōtinent, & ipso iure ciuili appellabiles sunt, appellandum, † in 84
scriptis scilicet, & ut ipsum grauamē in appellatione exprimatur, unde præiudiciū imminet, arg. c. Cōsuluit, uers. si uerò, ubi gl. & c. Vt debitus, De app. c. j. eod. in 6. & quæ no. Panor. in c. j. in 2. notab. De dila. & fa. quod no. Rot. decis. 7. si appelletur. A' dictis siquidē interlocutorijs in scriptis & cū causæ insertiōe appellandū est, d. c. Cordi, De app. lib. 6. Bar. in d. l. Eius qui, & d. c. ut debitus, clem. appellanti, iuncta glo. uerb. alias, De app. & fa. quod no. Ioan. Andr. in c. Vera, in pen. char. 4. col. De cohab. cler. & mul. quod & nouiß. constit. Imperialib. cōprobatur, ut in D. Maximiliani Cæsaris cōstitu. De off. notaria. Coloniæ, Anno Domini 1512. edita, circa fi. De instrumentis appella. et d. nouiß. ordina. Cam. Imp. in parte 2. d. tit. 29. d. §. 4. Quo in loco diligentißimè obseruandū, appellationē huiusmodi nō censeri in scriptis factā,
† nec in iudicio Cam. Imp. admitti, si ex causis oretenus appello, & notarius desuper instrumentū erigat 85
ex illa subtilitate: quòd appellatio non dicitur fieri in scriptis per uerba, Appello, et tu Notarie ita scribas. necesse enim est illam in scriptis esse factam, & schedulam appellationis instrumento notarij esse insertam: & ideo non sufficit attestatio notarij in instrumento super appellatione coram eo facta sine schedula, ut in Camera sæpe obseruatum: & adeò uerum est, ut etiamsi attestetur in scriptis coram eo appellatum, tamē non sufficiat, nisi dicat in his scriptis. uide Spec. in form. libell. De appella. §. j. uers. Et notabiliter, & no. partim Bertarh. in uerb. appellatio qualiter, nu. 9. all. Bal. in add. ad Spec. De app. uers. dubiū fuit, el. 4. Et quid si in actis primæ instantiæ dicatur in scriptis appellatum, neq; appareat scriptura? Imo. in l. Sciēdum, De uerb. obliga. Licet autem regulariter † appellationes in scriptis coram iudice fieri debeant, & ei 86
insinuari, c. ut debitus, & c. Cum speciali, De app. tamen & si in præsentia ipsius non factæ sint, nec illi insinuatæ, nihilominus in Camera recipiuntur, iuxta decisionem Iap. 39. & doctrinam Baldi in l. præses, C. De app. sicut & id hodie in d. no. ordinatio. expreßè constitutum est. Etsi uerò à dictis interlocutorijs in scriptis omnino appellandum, prout & in d. ordina. statutum, & Camera Imper. diligenter obseruat: hoc tamen loco quoq; notandum est, quòd si uiua † uoce ab huiusmodi interlocutoria ad Cameram fuerit 87
appellatum, & pro iustificatione seu ualidatione illius appellationis allegetur, consuetudinem illius loci seu fori in quo lata est sententia, esse quòd appellationes ab omnibus interlocutorijs ibidem coram iudice

uiua uoce fiant, allegantem ad probandam talem consuetudinem tanquam ualidam admitti: & sic contra-
88 *rietas ac disputatio illa DD. an hodie ualeat statutum † quod ab interlocutoria sine scriptis appellari pos-*
sit, certam suam determinationem accipit, de qua Rom. in Rub. De arbi. in 12. char. & Bar. & Bal. in l.
Eos, § sin autem, C. De appell. & Bal. in l. programma, ubi tenet quòd non ualeat, C. Commina epist. pro-
gram. & disputant Moderni in l j. §. libelli, ff. De appell. Cum itaq; constet, à dictis grauaminibus in hoc iu-
dicio, etiam nondum sequuta sententia appellari posse: si igitur iudex non deferat appellationi eiusmodi, et
ea spreta, à qua tamen non admißione similiter ut dictum appellandum: nihilominus tamen ad sententiam
ac perpetui silentij impositionem contra diffamantem procedat, uel aliàs non seruatis requisitis hic, quod
89 *multifariam fieri potest, sententiam proferat: an ab † eiusmodi sententia denuò appellari poßit aut debe-*
at? & an per eiusmodi nullitatem ac appellationem similiter causæ principalis cognitio ad iudicem ad
quem deuoluatur? hic non incommodè dispiciendum. Et uidetur quidem cum iudex hoc iure non faciat, at-
que adeò ipsius sententia subsequuta ipso iure nulla sit, appellatione hic opus non esse, & rem tanquam ni-
90 *hil unquam actum, esse integram: cum appellatio † legitima à grauamine faciat sententiam postea latam*
esse nullam, quæ nec reconualescit, licet appellatio deseratur, c. Licet, De sen. excom. lib. 6. & ibi no. Ioan.
And. & Archidia. & Lap. alle. j. & sententia lata omißis requisitis sit nulla, arg. c. Cum ex literis, De resti.
91 *in integ. c. j. De re. iud. l. Iudices, C. De iud. l. 2. C. De sen. & interlo. om. iud. Et appellatio nulla † censea-*
92 *tur, quæ à sententia nulla fit, de quo in c. Ei qui appellat, §. diffinitiua, 2. quæst. 6. Et sententia nulla † nun-*
quam transeat in rem iudicatam, uerùm semper retractari poßit, ut est tex. cum glo. & ibi plenè Bar. in l.
93 *si expressum, ff. De app. & quòd huiusmodi † nullitas per uiam simplicis querelæ deduci debeat, ut Bar.*
in l. 2. ff. De appell. recip. &c. Veruntamen his & similibus & quæ sup. in secundo modo contra iudicem
priuilegiatum iniquè decernentem, obiter adducta sunt, cum ibi alius sit casus, non obstantibus: ueritas hic,
ubi remotis istis priuilegijs, de æquitate iuris nostri communis loquimur, est quòd ab huiusmodi sententia
94 *licet † nulla, appellari poßit, & quòd propterea aliquo modo appellans per eiusmodi appellationem sen-*
tentiam nullam confirmare non uideatur, eleganter tractat ac concludit Ioan. de Imo. in d. l. si expressum,
& fa. quod de geminata appellatione, quòd ea non noceat, no. glo. in clem. j. De dolo & contum. & pro-
batur per tex. in c. Dilecti, De app. in d. l. si expressum, in l. quædam mulier, ff. fam. hercisc. & fa. tex. in
l. fin. ff. De iure patron. & singulariter deciditur nouiss. ordin. Cam. Imper. in par. 3. tit. 34. De causis
95 *nullitatis, &c. Imò ut causa ad alium † ac superiorem iudicem deuoluatur, planè etiam requiritur, ut ab*
huiusmodi sententia infra decem dies, sicut ab alijs sententijs appelletur: aliàs siquidem solum habebit lo-
96 *cum querela, nec poterit postmodum iudex appellationis adiri: cum per lapsum † decem dierum tolla-*
tur remedium deuolutiuum, ut est glo. sing. in c. Ad reprimendam, in uerb. suspendatur, De off. ordin.
quam ualde exclamat ibi Abb. & idem Abb. in c. Consanguinei, col. pen. & fin. De re iud. & in c. Ex
parte, colum. 4. uers. Concludo breuiter, De restitu. spolia. & Felyn. in c. Lator. colum. 4. & 5. uers.
Tertia declaratio, De re. iud. & Phil. Perus. in c. Directè, col. pen. De app. ubi etiam plus dicit, his casi-
bus si appellatum, & appellatio deserta sit, remanere sententiam firmam. pro quo fa. c. pastoralis, §.
97 *quia uerò, De off. delega. sicut & quòd deserta † appellatione iudex ulterius non poßit pronunciare su-*
per nullitate, tenet Abb. in c. dilectus, De app. & Rot. decis. 5. Nota. in antiq. & in no. decis. j. Attenta-
ta, & Ioan. Andr. super Spec. tit. De sententijs, §. Iuxta, §. sed nunquid, fa. d. c. licet, De sen. excom.
lib. 6. de quo tamen ulterius Ferr. in d. form. app. à diffini. uers. Et in quantum sit aliqua, & Imo. in d. l.
si expressum, & Marian. Socyn. in c. quoniam frequenter, uers. 80. fallit, ut lite non contesta. Idq; sanè
diffamanti cui per iudicis sententiam perpetuum impositum est silentium, licet nulliter processum fuerit,
diligentißimè obseruandũ: cum ipsius unicè intersit causam ipsam, ne hac penitus cadat, & iure suo in totũ
98 *priuetur, ad superiorẽ deuolui. Etsi enim appellatio † interposita à processu nullo uel à sẽtẽtia nulla, non*
operatur istum effectũ appellationis, scilicet q̃ suspendat actũ uel pronunciatũ, cũ suspendi nõ poßit quod
non est, de quo in effectu c. uenientes, De iureiur. & in l. j. ff. Ad Turp. tamen eiusmodi appellatio effe-
ctũ deuolutionis causæ ab inferiore ad superiorem operatur, c. Si à iudi. De app. in 6. de quo Innoc. An-
to. de Butr. Panor. & alij in d. c. Dilecti, De app. & fa. quod no. Rot. decis. 341. Dubitatur, quòd
appellatio à sententia nulla deuoluit causam ad curiam nedum appellationis, sed etiam negocij prin-
cipalis, &c. Quod ipsum magis confirmatur ex notabili dicto Panor. in c. pastoralis, colum. 4.
99 *uers. In tertia quæstione. ubi dicit, quòd etiam in casibus † in quibus prohibita est appellatio, si ali-*
quis appellat, quòd hæc appellatio operatur quo ad iudicem ad quem, ut si uideat grauamen, poßit il-
lud emendare & corrigere, licet non operetur aliquem effectum suspensiuum respectu iudicis à quo. ad
quod ponderat gloss. sing. in clem. j. in uerb. oneramus, De iure patron. Sic igitur quàm maximè in hoc
nostro

nostro iudicio, ubi prius à grauamine legitimè appellatum est, iudex autem appellationi non deferens ni hilominus ad sententiam proce?sit, diffamans per appellationem à sententia eiusmodi nulla causam princi palem ad superiorem deuoluit, atq; coram eo ius suum contra diffamatum quod prætendit deducere po terit: cum & appellatio legitima à grauamine non solum suspendat, sed etiam abdicet iurisdictionem à iu dice à quo, ut Ioan. And. in c. Ex parte, De testi. & ut supr. nu. 70. dictum. Quod simpliciter in l. nostræ iudicio ueritatem obtinet, sicut & aliàs in reliquis causis ubi secundum processum iuris cõmunis agi cœ ptum, per delationem appellationis ab interlocutoria interpositæ deuoluitur ad superiorem † cognitio, 100 non solum appellationis, sed etiam totius negocij principalis per d. iura, & c. Cum appellationibus friuo lis. & ibi DD. De app. lib. 6 & no. Felyn. in c. ut debitus, in fin. De app. Nec quidquam impedit, quòd hic primò appellans à grauamine, dein & ab ipsa sententia appellauit. nec enim ideo, ut suprà dictum, primæ appellationi renunciasse intelligitur, cum & à non admißione appellarit, & geminata appellatio † non 101 noceat, ut d. glo. in clem. j. De dolo & contu. Maximè itaq; hic diffamans actor à processu nullo uel senten tia nulla appellando, causam ipsam principalem ad superiorem deuoluit, ut dictum est, & quòd iudex † 102 nullitatis potest etiam in causa principali cognoscere: ut Bar. in d. l. Si expressum, col. fin. & causa nullita tis sicut causa appellationis, totam causam deuoluat, per l. Absentem, C. De accusa. & l. j. §. j. ff. quæ sent. sine app. rescind. & Innoc. in c. Cum contingat, De off. dele. & in c. Bonæ, Extr. De app. & idem no Bar. in l. si ut proponis, la. j. C. quom. & quan. iud. & l. Iudex, ff. De iud. & l. Iudex postquam, ff. De re iudi. quem omnino sequitur Petr. de Anch. in clem j. De re iud. & in idem concludit Ferr. in forma appellat. à diffini. in uerb. fuisse & esse nullam. & licet in contrarium reperiatur Ang. tamen prædicta Bar. opinio ueritati ac æquitati magis est consona propter circuitum euitandum & cõmunis secundum Imol. in d. l. si expressum, col. 12. 13. & 14. ubi limitat eam dummodo petatur † à parte nullitatem prætendente simul 103 super negocio principaliter pronunciari, & hoc siue ab initio, siue in processu causæ, arg. l. 4. §. Hoc au tem iudicium, ff. De dam. infect. quod & uoluit Bal. in l. Tale pactum, in §. qui prouocauit, quæst. 14. ff. De pact. sicut & appellatione † omissa, iudex super principali negocio cognoscere potest, ut & in Came 104 ra Imperiali usitatum, arg c. j. §. post hæc, De app. Quod in iudice in tantum quoq; procedit, quòd licet instantia causæ appellationis † à grauamine uideatur diuersa ab instantia causæ principalis, si tamen ap 105 pellatus consentiat & petat, ut omisso articulo grauaminis cognoscatur in principali, quòd tunc iudex appellationis, etiam inuito appellante, protinus poßit de principali negocio cognoscere, per no. Hostien. & Panor. in d. c. ut debitus, & c. Interposita, §. Idem quoq;, De app. Ioan. And. & Phil. Franc. in c. j. § post hoc, eod. tit. in 6. Siquidem ut cognoscatur prius super articulo appellationis, fauor est appellati: cui si uelit, renunciare potest. Quæ singula respectiuè in hoc iudicio nostro rectè procedunt. ut si nulli ter processum atq; pronunciatum sit, ab eiusmodi grauamine seu nullitate, diffamans ad superiorem pro uocare, simulq; per eiusmodi appellationem causam principalem deuoluere, ac ius suum coram eo deduce re queat. Hoc casu uerò quando de nullitate † agitur coram superiore, adeundus est immediatè su 106 perior: & sic etiam sicut aliàs in appellatione gradatim eundũ, ut Bal. in d. l. Si ut proponis, la. j. C. quom. & quan. iud. Felyn. in c. super literis, col. fin. De off. delega.

Vltimo hic loco prætereundum non est, quòd licet de iure cõmuni non liceat in una eademq; causa tertiò appellare, l. j. C. Ne liceat in una ead. ca. ter. pro. & Spec. in tit. De app. §. quoties, in prim. & per gl. & DD. in c. Directè, & c. Sua nobis, De app. idq; tam in diffinitiua quàm interlocutoria procedat, & fa. decis. Rot. 2. Aduersus. in no. tamen in iudicio † Cameræ Imp. etiamsi coram tribus iudicibus gradatim 107 iudicantibus pars una tres apportarit sententias conformes, nihilominus à parte succumbente appellatio nem recipi. idq; ex egregia ratione, quòd aliàs unusquisq; inferiorum ducum, principum ac statuum Impe rij in præiudicium supremi iudicij Imperialis in suo ducatu ac territorio plures facere posset instantias, atq; hac ratione iurisdictionem supremi † iudicis eludere: quod tamen statuto fieri non potest, ut Bal. in l. 108 fi. C. De feu. & interloc. om. iud. Neq; enim ciuitates uel ducatus aut principes aliquid statuere, ordinare, aut per consuetudinem inducere, in præiudicium iurisdictionis Cæsareæ Maiestatis aut Imperij ac superio ris possunt, c. uenientes, & ibi DD. Ex. De iureiur. Quanquam uidemus paßim status Imperij, ne etiam in magna summa & arduis in causis, ab eorum iudicijs ac sententijs appellari poßit, † priuilegia impe 109 trare. quod quàm è re subditorum sit, eorũ sæpe querelæ ac lacrymæ testantur, maximè ubi insolentes re rum gubernacula tenent, qui facilè muneribus corrupti, aut nouo regnandi ardore incensi, superbo & prauo affectu ducti, frequenter ex iure summam iniuriam faciunt atq; constituunt. quod ipsa dies loqui tur. Vt uerò appellationes in iudicio Cameræ Imper. † recipiantur, necesse est eas gradatim fieri, 110 iuxta l. præcipimus, C. De appell. l. Imperatores, ff. eod. c. Dilecti filij, cum glo. 2. Extr. De appell.

& ordina. Vuorma. Anno 1495. edita. nisi ex iusta causa omisso iudice proximiore ad Cameram Imperialem prouocatio fieret, ut d. ord. nouiss. Cam. Imp. in 3. par. tit. 29. quomodo & qua for. appellationes ad Cam. Imper. fieri debeant, in prin. Quo in loco obseruandum, quòd etiamsi iudex appellationis
111 † medius seu immediatus, ad partis appellantis petitionem appellationem recipere, & processus seu citationem contra appellatum decernere recuset uel deneget, & appellans deinde ab eadem denegatione appellet ad Cameram Imperialem, & citationem ac processus contra partem appellatam super huiusmodi appellatione sibi decerni petat, tamen denegari illi: ueruntamen si in defectum iusticiæ & denegatæ iusticiæ processus à Camera Imperali contra appellatum roget, illi æquè atq; si peteret mandatum super admi
112 nistranda iusticia, contra iudicem immediatum decerni. De decendio † præterea intra quod appellandum, hoc in loco notandum, illud à scientia latæ sententiæ computari, & partem appellantem, quòd à tempore noticiæ debito tempore appellarit, & sic ignorantiam probandam iuramento in Camera Imperiali admitti, arg. nimirum, l. præses, ff. De app. Quanquam decendium illud in d. nouiss. ordina. Cam. Im-
113 per. in par. 2. d. tit. 29. quom. & qual. app. ad Cam. §. 2. ita strictè præfinitum est, ut nullo modo † ulterius nullaue ratione ad partis appellantis petitionem id à iudice prolongari queat, & sic iuri communi derogatum. Rectissimè itaq; monet Ioan. Andr. in c. Romana, §. Si uerò, De app. lib. 6. quòd cautè appellantes portant secum sententiam diffinitiuam uel interlocutoriam, & ipsam appellationem, ut appa-
114 reat ex ijs esse appellatum infra decem † dies. id enim primitùs probandum, nec antè fundata est iurisdictio iudicis ad quem, unde nec antea procedere aut inhibere potest: ut in Camera Imperiali utplurimùm obseruari solet, nisi cum appellans in ijs se refert ad acta producenda. tunc enim suo periculo decernitur citatio, & aliquando inhibitio. Deniq; postremò hic quoq; non omittendum, sex menses in d. ordina.
115 Cam. in 2. par. tit. 30. Intra quæ tempora ad Cam. appellari debeat, §. j. & 2. appellanti præfixi † ad appellationis persecutionem in Camera Imperiali incipiunt currere non à die latæ sentētiæ, sed à die interpositæ appellationis: ut in ordina. expressum est, & est tex. in clem. Sicut, De app. ubi determinata est diuersitas, glo. & DD. in l. fin. C. De temp. app. & fa. c. quamdiu, et c. Concertationi, De app. lib. 6. Et quanquā aliàs si iudex ad prosequendam appellationem terminum dat, sufficit intra illum arripere iter, ut Rot. decis. 539. Nūquid in antiq. & decis. 94. Si iudex, & fa. decis. 135. Si mandetur, in no. & quod no. Lapus, in clem. j. De app. & Spec. in tit. De appell. §. Nunc breuiter, col. 6. nu. 29. & ibi Apostill. notandū tamen
116 quòd in Camera Imperiali † non sufficit si appellans in hoc destinato sex mēsium termino citationem impetret, & parti insinuet, nisi & eodem in tempore iudicialiter reproducat, & terminus comparitionis intra hos sex menses comprehendatur. Reproductio siquidè cum effectu fieri debet, scilicet in termino quo reus comparere tenetur, ut hoc hodie in ordinatione clarum est: & debet omnino per actum ualidum fieri prosequutio seu reproductio & litis pendentia, sicut & aliàs per actum ualidum præscriptio interrumpi debet, ut Guil. de Cug. in l. Sicut, C. De præscrip. 30. uel 40. annor. Alex. in Rub. ff. De in ius uoc. &
117 Bal. in l. j. eod. tit. Bal. & Alex. in l. fi. in prin. ff. De eo per quem fac. erit. Et facit quòd tempus † fatalium præcisè obseruari debet, per no. in l. Eos, C. De app. quo lapso ultimo die est ius quæsitū parti, l. j. ubi glo.
118 De app. d. clem. Sicut eod. Paul. de Cast. in l. j. ff. si quis caution. quod etsi ita se habeat, propter nimiam † tamen itineris distantiam potest quis prorogationem termini sex mensium petere, quæ & illi, causa perspecta, à iudice concedi debet: ut id clarè in d. ordina. tit. 30. §. 2. continetur. Et potest eiusmodi prorogatio eodem tempore peti, quo processus seu citatio petitur, aut etiam postea: ita tamen ut infra sex menses
119 destinatos petatur. Neq; enim † post lapsum fatalium fieri potest prorogatio: sed opus est uia restitutionis, & sic extraordinaria, quæ non facilè conceditur: cum partes habeant uiam ordinariam prorogationis, iuxta dictum articulum in d. §. 2. arg. l. In causæ, 2. in prin. ff. De minorib. nisi quis impeditus fuerit ea uia ordinaria uti. Vt uerò ab executione illegitima aut iniquiore appellandum, nunc cap. seq. dicetur.

DE EXECVTIONE IN HOC IVDICIO, CONTRA EVM CVI PER SENTENTIAM iudicis perpetuum impositum est silentium.

CAPVT XI.

1 Sententia in hoc iudicio si non appellatum sit, in rem iudicatam transit.
2 Sententia quæ in rem iudicatam transijt, executioni mandanda est.
3 Sententiam non esse latam, uel non posse exequi, paria sunt.
4 Iurisdictio sine executione est ut campana sine pistillo.
5 Iudex post executionem demum dicitur omnino functus suo officio.
6 Executio in hoc iudicio qualis sit, & ut fieri debeat.
7 Executio sententiæ in iudicio l. diffamari latæ, est ut diffamator impositum silentium seruet.
8 Exequendi sententiam in hoc iudicio iudex certos modos habet.
9 Delicto crescente & pœna adgrauanda.
10 Iurisdictionem suam magistratus potest defendere pœnali iudicio.
11 Ius dicenti non obtemperasse quis propriè dicatur.
12 Executio sententiæ in hoc iudicio per mulctam obtineri potest.
13 Executio non translatitiè fieri debet: hoc est, pœna delicto exæquata.
14 Iudicum mandata ludi, leges non patiuntur.
15 l. j. ff si quis ius dicen. non obtemp. uerus intellectus.
16 Res, uocabulum πολύσημον.
17 Iurisdictionem suam à contemptu non solum pœna pecuniaria, sed & alijs modis uindicare iudex potest.
18 Iurisdictionis ob contemptum iurisdictio negari potest.
19 Contumacia exemplo perniciosa grauiori pœna coerceri potest.
20 Carceris etiam pœna diffamantem sententię non parentem iudex coercere potest.
21 Proscriptione etiã contumacia non obtẽperantis iudici reprimi potest.
22 Bannum soli Cæsari ac ipsius Cameræ iudicio indicere, iure licet.
23 Banni usus unde sumptus.
24 Deportatione seu confinatione in hoc iudicio contra sententiam principis ueniens mulctari potest.
25 Remedia legitima, quibus condemnatus ad parendum sententiæ compelli potest, quæ intelligantur.
26 Executio in hoc iudicio fieri debet ordine quodam, pro qualitate contumaciæ.
27 Cameræ Imp. iudicium ut in exequendo procedat.
28 Contumax, contra quem in iudicio Cam arctiores compulsoriales sub banno decretæ condemnatus, si non habet legitimas causas, in pœnas utriusque executorialis condemnatur.
29 Parens ultimo præcepto, uidetur primam pœnam euitare.
30 Contumax in nõ satisfaciendo sententiæ, cõtra quẽ executoriales à Camera Imp. editæ, ut & intra quod tempus de paritione doceat.
31 Diffamans sententiæ contra se latæ parêre præsumitur quousque contrarium probatur.
32 Mulcta contumaciæ in executione sententiæ, respectu circumstantiarũ imponi debet.
33 Mandatũ continens pœnã iniquiorẽ ac inconsuetam, repudiari potest.

34 Mulcta

34 Mulcta iniquior si constituatur, appellari potest.

35 Exequi potest iudex sententiam in hoc iudicio etiam, ut diffamans satisdet de non ueniendo contrà.

36 Cautio de non ueniendo contra sententiam, pro ratione personarum ac causarum à iudice exigi debet.

37 Iuramentum & fidei præstatio æquiparantur.

38 Iuramentum uim rei iudicatæ habet.

39 Diffamato quoque contra diffamatorem, ratione non paritionis sententiæ, actiones grauiores competunt.

40 Iuramentum præstat actionem utilem.

41 Iurisdictionis cōtemptum pœnali iudicio ac mulcta solus magistratus coercet.

42 Iurisdictio impedita hic, cum & parti damnum adferat, poterit ea & præter iudicis exactionē ad priuatū interesse cōtra contumacē agere.

43 Contumacia non obtemperantis, quo ad partem etiam per iuramentū in litem punitur.

44 Mulcta ius dicenti nō obtemperantis partim fisco, partim parti defert.

45 Mulctam propter contumaciam impositam, licet fiscus ex parte sua remittat, non tamen quo ad partem parti adiudicatam.

46 Executio in hoc l. diffamari iudicio per impositionem pœnæ rectissimē fieri potest.

47 Iudices non omnes ex æquo iurisdictionis suæ contemptum pœnali iudicio defendere possunt.

48 Exequi sententiam hic si minor iudex non possit, brachium superioris inuocare poterit.

49 Iurisdictionem etiam alienam iudex defendere potest.

50 Bannitum censura quoque Ecclesiastica innodari, à iudicib. Ecclesiasticis petit Camera Imper.

51 Iudex minor pro exequenda sententia, potestatem maioris inuocare potest.

52 Iudex licet regulariter de alieno processu se intromittere non queat, fallit tamen si requiratur.

53 Iudex unius iurisdictionis potest alterius iudicem requirere ut sententiā suam exequatur, ne sententia reddatur elusoria.

54 Executio sententiæ regulariter fit à iudice qui eam tulit.

55 Appellationis iudex exequitur, licet priorem sententiam confirmet, nisi appellatio deserta fuerit.

56 Executio sententiæ ut à iudice peti debeat.

57 Appellationes in iudicio Cam. Imp. ab executiōe, si à priorib. iudicibus nulliter uel iniquè fuerit iudicatum, & tali exceptione non admissa tamen ad executionem procedatur, recipiuntur.

58 Nullitatis exceptio ad impediendam executionem opposita, à iudicibus admittenda.

59 Iudex superior in puncto appellationis ab executione se intromittere potest.



N *hoc igitur iudicio si à sententia lata uel omnino non, uel non legitimè ac intra debitum tempus appellatum: seu appellatio apud superiorem ab appellante non prosequuta est, cū*
1 *hæc paria reputentur, arg. l. j. §. pen. ff. quor. lega. ipsa sententia † in rem iudicatā trāsit, per ea quæ no.* Bar. *in d. l.* Titia, *ult. not. ff.* De *accus. & in l. j.* C. De *relat. &* Bal. *hic col. 2. uers.* Modò *hic quæro unū, & in l.* Ab *eo,* C. *quom. & quan. iud. & in* Auth. Ad *hæc, col. 2. uer. quæro si ego,* C. De *usur. &* Ang. *in l. una,* C. Vt *nemo inuit. & in l. quamdiu mag. ff.* De *adq. hær. & in l. si quis libertatem, in fin. uer.* Inter, *ibi,* Aut *finem, ff.* De *peti. hær.* Bal. Ang. *&* Salyc. *in d. l.* Si *ea,* C. *qui acc. non*

acc. non poss Innoc in c. Cum cessante, De app & in c. Cum in tua, qui matrim. accus. poss. & in c. conquerente, De off ordin. Cardin. in c pen. De iud. Petr. de Anch. in c. aduersus, Ex. De immuni. Eccl Ioan. de Imo. in c. lator. col. 2. uers. Vltimò tangunt, qui filij sint legi. Marian. Socy. & Felyn post Panor. in d. c. pen. De iud. & ss. l peremptorias, & l fin C. sen. rescindi non poss & c. Cum inter uos, & c. quod ad consultationem, De re iud cum sim supr. cap. 7. allegatis. Cum uerò sententia in rem iudicatam transijt, unicũ illud superest, ut ea † executioni mandetur. cum ea alioquin parti pro qua lata est, non prodesset, c. Cum 2 aliquibus, & d. c. quod ad consultationem, De re iud. glo. in Rub. C. De exec. rei iud. d. ordin. Cam. Imp. in 3. par. tit. 48 De execut. sen. in prin. & paria iudicentur, sententiam † non esse latam, uel non posse exequi, l. Habere licere, ubi Bal. ff De euictio. & ss. l. qui habebat, §. fin. ff. De manumiss testam. Vnde praeclarè admodum Hennig à Goden. iuris doctor insignis, dicere solitus fuit, † Iurisdictionem sine executione 4 esse uelut campanam sine pistillo. Sic licet iudex post sententiam diffinitiuam aliquo modo dicatur functus officio suo, l. Iudex, & l. Cum quaerebatur, ff. De iudi non tamen omnino functus † dicitur, sed demum 5 post executionem factam, ut Panor. in c In literis, el. j. uers ultimò nota, quòd post sententiam, De off. deleg.

Rectò itaq; ac necessario ordine, cum sententiam in rem iudicatam transactam executio sequatur, per all. iura & l j C. De exec rei iud & l si cum nulla, ff. De re iud. iam qualis executio sententiae in hoc nostro iudicio sit, † & ut fieri debeat, dicendum. Est autem in hoc iudicio executio non eadem cum 6 ea quae in alijs causis generaliter ac communiter fieri solet, ubi uel poena grauior per sententiam imposita est, cum hic non nisi impositio silentij ueniat: uel ubi per sententiam iudicis condemnatio facta in quantitate uel in genere aut etiam in una certa re siue specie, &c de qua Bar. & DD. communiter in l. A diuo Pio, § In uenditione, ff. De re iudica & Moderni in l. j. C. De iuris & fa. ignor. & DD in c. Ex ratione, De appell. Is etenim qui l diffamari remedio utitur, nihil aliud in iudicio petit ac agit, cùm iam integrae sit famae aut uerus rei possessor, quàm ut diffamans ius quod contra se ratione status, famae seu bonorum ac possessionis suae habere praetendit ac diffamat, in iudicium legitimè deducat, aut uerò porrò taceat, ac diffamare desinat, atq; ad hoc silentium praestandum iudicis officio adstringatur. Vnde manifestum est, in hoc iudicio executionem sententiae per quam diffamanti super diffamatione sua ac ipsa causa perpetuum impositum est silentium, non in grauiori poena aut solutione seu restitutione alicuius rei, sed in silentij praestatione, † ac adeò ipsius condemnati uoluntate sitam: ac eam tantum esse, ut diffamans 7 in obsequendo ac parendo sententiae, hoc est ulterius non diffamando retineatur, & ad hanc seruandam sententiam legitimis compellatur † remedijs: sicut & alios legitimos modos iura praescribunt, quibus per 8 sententiam condemnatus, ad satisfactionem ac executionem sententiae generaliter compellitur, ut & istam executionem Imperatores in l nostra clarè ac finaliter his tradunt uerbis: Si igitur adhuc diuersa pars perseuerat in eadem obstinatione, aditus praeses prouinciae ab iniuria temperari praecipiet. Ex quibus uerbis patet, diffamationem ante sententiam condemnatoriam obstinationem dici: post sententiam uerò illud delictum crescere, nec diffamationem obstinationem solùm, sed & iniuriam uocari. Cum igitur diffamatio per se species sit magni delicti, ut in l. nostra in prin. constat, si contra iudicis praeceptum ac legitimam inhibitionem denuò fiat delictum id longè grauius ac atrocius reddi & censeri, atq; inde rectè ac meritò † crescente delicto & poenam eius esse aggrauandam, argum. l. quicunq;, in prin. C. De ser. 9 fugi. & l Relegati, ff. De poen. c. clericos, in fin. Ex. De cohab. cler. & mul. 2. quae. 5. quando ad fin. & quae no. Spec. De sententia, §. 6. Vt autem, nu. 41. Itaq; cum generaliter omnibus † magistrati- 10 bus secundum ius potestatis suae concessum sit, iurisdictionem suam poenali defendere iudicio, l. j ff. si quis ius dicen. non obtemp & non obtemperans iudici in his quae sunt prima in causis, siue in medijs, siue in extremis, mulctari possit, ut per d l. j. no. Odofred. in l. praesenti, uers Item non obstat, infr. Vbi decur. &c. C. De his qui ad Eccl. confug. maximè in hoc iudicio, iudex diffamantem ut sententiae pareat, cogere, ac poenali indicta mulcta coercere potest & debet. Is siquidem † praecipuè ius dicenti non 11 obtemperasse uidetur, qui quod extremum est in iurisdictione non fecit: id est, qui sententiae diffinitiuae uel quae uim diffinitiuae habet, uel executioni eius quae extremum iudicij est, non paruit, ut germana haec est sententia uerborum, d. l. j. in prin. rectè igitur is poenali iudicio coercebitur. id quod hic & Imperatores clarè exprimunt, & gloss. hic in uerb. sententiam, argumen d. l. j. comprobat: & etiam hic rectè Bald. tradit, uolens quòd executio † contra eum cui est silentium impositum, uel in 12 alijs factis negatiuis ad hunc modum fiat, ut si contra ueniat, puniatur. Quòd igitur diffamans per sententiam iudicis ad perpetuum silentium super diffamatione sua condemnatus, ad hanc seruandam iniuncta poena à iudice cogi possit, dubium non est: quae etiam potissima in hoc iudicio executio statuitur, & poena ea pro modo delicti aggrauari debet, argumen. l. j. ff. De iure patron. ubi inquit

Vlp. Pa-

13 Vlp. Patronorum querelas aduersus libertos, præsides audire & nō translaticiè exequi † debent: hoc est,
nimis leuiter, sed facto seu delicto pœna exæquata. & fa. l. j. §. j. ff. Si uentr. nom. mul. in poss. mitta. Id igi-
tur magis hic seruandum, propter contemptam ac læsam iurisdictionem ac maiestatem iudicis. nullatenus
14 siquidem leges, † mandata iudicum seria ludi aut suspendi temeritate subditorum patiuntur, l. si prætor,
in prin. ff. De iudic. l. ult. ff. Ne quid in loco pub. fia. Vnde & Prætor olim solenne edictum aduersus ius
15 dicenti non † obtemperantes proposuit, ex quo & actio magistratui ac Reipub. concessa est, qua iuris-
dictionem suam pœna indicta à contemptu uindicare poßint, d. l. j. ff. si quis ius dicen. idq; quanti ea res
16 est, † hoc est quanti est offensio, contumacia uel contemptus iurisdictionis: cum res uocabulum sit πολύ-
σημον, l. j. §. Rei, ff. si cert. peta. & hoc modo ibidem accipiendum, ut ibid. Ias. Zas. & recentiores. Maxi-
mè itaq; in hoc nostro iudicio diffamantem sententiæ suæ iudex parere coget, ac etiam non obtemperanti
pro qualitate contumaciæ ac contemptionis pœnam ac mulctam irrogabit, arg. d. l. j. ff. si quis ius di. Nec
17 uerò solùm pecuniaria † pœna iudex iurisdictionem suam à contemptu uindicare potest, ut pœnale iudi-
cium, glo. in d. l. j. in uerbo Iudicio, cōmuniter ibi à DD. adprobata, interpretatur arg. l. Multarum, & l.
Eos, C. De modo mult. de quo & Ias. in l. j. §. quod prætor, in fin. ff. Ne quis eum. Sed & id alijs insu-
18 per potest rationibus, ut per denegationem † iurisdictionis, ut qui dicto iudicis non obtemperauerit, is
quoq; ulterius non audiatur, l. sed & si per prætorem, §. sed & si dum, & ibi DD. ff. Ex quib. caus. minor.
idem potest & hic, cum in hoc iudicio alia cōmunia remedia ut primi & secundi decreti, &c. locum non
19 habeant, sed solum silentium super diffamatione requiratur, cōtumaciam exemplo † perniciosam grauio-
20 ri pœna coercere, d. l. j. §. j. ff. si uentr. no. mu. sicut & potest per carcerem † eam reprimere, arg. l. Non
consentaneum, C. quom. & quan. iud. & l. Iniuriarum actio, §. si quis quod decreto, ff. De iniur. Similiter
21 uerò potest & ipsi non obtemperanti sacris interdicere, uel eum excōmunicare, uel proscribere, † quod
uulgò bannire uocant: cum proscriptio etiam mulctæ loco ducatur, l. j. §. quid ergo, & ibi glo. ff. De uent.
22 inspic. Et quanquam bannum † soli Cæsari, qui generalem ubiq; iurisdictionem habet, & per consequens
Cameræ ipsius iudicio, quod eandem potestatem, ut suprà dictum, ab Imperatore mutuatur, iure indicere
licet, sed cæteris magistratibus relegationibus, alijsq; pœnis uti: uidemus tamen & hodie aliquo modo in
23 causis grauioribus principes eodem in suis prouincijs uti. Et sumptus est hic banni usus † à Romanorum
instituto, qui Draconis legem imitati, igni & aqua interdicere solebant: in cuius interdictionis locum suc-
24 cessit & deportatio, † quasi circumfinitio, cum alicui certo spacio circumscribitur pœnæ perpetuò pen-
pendæ locus, l. 2. §. j. ff. De pœnis. & sic Cagno. hic scribit, se uidisse aliàs confinari in loco remoto magnū
quendam uirum, eo quòd ueniebat contra sententiam principis, per quam sibi fuerat perpetuum silentiū
impositum. Aliàs hodie frequētius ac mitius magistratus relegationibus, idq; ad certum tempus, utuntur,
l. Exilium, & l. Inter pœnas, §. Hæc est differentia, ff. De interdi. & relega. Et sunt suprà dicta omnia
25 legitima † remedia, quibus condemnatus ut sententiæ pareat, à iudice compelli potest: quorum in libellis
frequenter mentionem facimus, cum petimus aduersariū condemnari, & legitimis remedijs compelli, etc.
26 Omnino autem hic ad iudicis † officium spectat, cum crescente delicto & contumacia, pœna quoq;
rectè augeatur, ut in dictis & similibus exequendi modis ordinem debitum obseruet, & primitùs non pa-
renti dicto ipsius pœnam quidem pecuniariam constituat, dein si necdū sententiæ obtemperet, ad grauio-
rē mulctā procedat, usq; executionē sententiæ semel obtineat: sicut & in causis Camera Imp. seruare solet,
27 ut † primitùs executoriales sub pœna pecuniaria decernantur, & si in ijs constituto termino non edictū
sit de paritione, postmodum ad petitionem partis uictricis arctiores decernantur executoriales sub ban-
no, cum annexa clausula citationis, &c. sicut id in d. ordina. par. 3. tit. 48. De executione sententiæ, post
prin. clarè continetur. Et partes hoc casu in iudicio Cameræ ad pœnam banni omnino procedere debent.
28 Et si condemnatus contumax † non habet rationabiles causas, debet condemnari in pœnas utriusq; execu-
torialis, d. ordina. d. tit. §. 3. quanquam Spec. in tit. De contum. §. fin. uers. sed pone iudex, &c. arbitratur,
29 quòd iudex † comminando uel exigendo uideatur recedere à minori pœna, & quòd pars parens ultimo
præcepto euitet primam pœnam. Et hoc in loco obiter pro stilo Cameræ Imp. notandum, quòd qui-
30 dem non † licet ulteriorem terminum indulgere, cum ordinatio ad præfixum terminum paritionem in-
iungat: sed tamen aduertendum, quòd ultra tempus paritionis, quòd de communi stilo sex septimanarum
est & trium dierum, postmodum alius terminus conceditur ad docendum de paritione, loco nouæ citatio-
nis ad declarationem faciendam. Et inde lapsis sex septimanis & tribus diebus, non licet statim petere de-
clarationem ratione puncti quòd non dictum sit de paritione: sed ad hoc etiam alius terminus desuper con-
cessus lapsus esse debet, & ideo decernitur, talem petitionem nondum habere locum, & repetitur prior
sententia. Veruntamen hæc res aliter se habet in hoc iudicio nostro. semper enim intelligitur diffamans,
cui per

cui per sententiam perpetuum impositum est silentium, sententiæ † parere, donec contrarium probe- 31
tur: & quoties illum contra sententiam uenire cognoscitur, semper pro modo contumaciæ, ut dictum, iudex eum mulctare potest, eaq; ratione ut semel sententiæ pareat, etiam grauiori iudicio compellere.

Atq; cum lex in hoc nostro iudicio executionem sententiæ, atq; adeò constitutionem pœnæ contra non obtemperantem, iudicis arbitrio committat atq; relinquat: certè iudicis cuiuslibet hic erit, magni-
tudinem † mulctæ ex qualitate causæ & alijs personarum ac rerum circumstantijs æstimare ac mode- 32
rari, iuxta l. Respiciendum, in princip. ff. De pœn. Neq; is in præcepto pœnam iniquiorem seu inconsue-
tam adijciet, cum tale † mandatum repudiari posśit, argum. glo. in l. quæ sub conditione, ff. De condi. in 33
ser. & communiter DD. in l. fideicommissa, §. si quis decem, ff. De lega. 3. & Ang. in l. ult. C. De cau.
largition. & ab eiusmodi mulcta † indicta prouocari posśit, l. ult. C. De mod. mulct. ut Bar. in d. l. j. ff. 34
si quis ius dic. per l. Et in mulctis, C. De appell. Alterum quoq; executionis in hoc iudicio, præter
expressæ mulctæ modum, contra eum cui silentium impositum est, Bal. hic subiungit, quòd teneatur † sa- 35
tisdare de non ueniendo contrà, quo & modo fit executio in omnibus factis negatiuis, per l. à quo fundus, ff. De dam. infec. & l. Harum, & l. Egi. ff. si ser. uind. & l. Si priusquam, ff. De no. op. nuncia. Et in
hoc iudicio pro causarum † omnino ac personarum qualitate eiusmodi cautio sufficienter ut fiat, omni- 36
no quoq; ad iudicis prudentiam ac diligentiam spectat: sicut & interdum, maximè ubi hoc rei grauitas
suadet, uel aliter idoneè caueri non posśit, per fidei præstationem † uel iuramentum ea præstanda, quæ 37
æquiparantur, ut Alex. & Ias. in l. si quis maior, C. De transactio. Ang. Alexan. & Ias. in l. 3. §. Iurari, ff. eod. Ioan. Andr. & Anton. de Butr. in c. Ex tempore, De arbitr. Panor. in c. Ad aures, quod metus caus. &
in c. querelam, De iureiuran. Vt igitur aliàs iuramentum † uim rei iudicatæ habet, l. j. in fin. ff. quar. rer. 38
actio non da. l. si duo patroni, §. si quis iurauerit, ff. De iureiuran. & ibi Rom. & iuramentum efficacius facit obligari, c. j. De iud. Bal. in l. fin. C. De non num. pecu. Alexan. in l. j. ff. De pact. ita magis & hic diffamator metu etiam pœnæ periurij, propter cautionem iuratoriam sententiæ parere tenebitur. Post sententiam igitur ac impositionem silentij, si pars nolit adquiescere, iudex his ac alijs modis pro arbitrio ac prudentia sua eam sententiæ suæ parere coget, & inobedientem etiam ut dictum, grauius mulctabit.

Præterea quoq; illius inobedientiæ ratione, & parti † quæ sententiam pro se obtinuit contra diffa- 39
mantem, post perpetuum illi à iudice impositum silentium certius ac maius ius quæsitum intelligitur, ut iam actione iniuriarum & alijs uijs sibi competentibus posśit eum conuenire, ut rectè ac notab. hic tradit Odofred. sicut & ad interesse ac pro omni detrimento ac damno, quod ex eo quòd aduersarius diffamans sententiæ non paruit, passus est, rectè contra eundem agere poterit: quemadmodum & ex præstito iura-
mento † actio utilis oritur, d. l. si duo patroni, §. si quis iurauerit, & ibi Rom. Vnde in hoc nostro iu- 40
dicio licet ex edicto prætoris, si quis ius dicenti non obtemperauerit, solum Reipub. ac magistratui † ad 41
defendendam iurisdictionem suam actio ad pœnam ac mulctam per iudicem inobedienti impositam, & sic contra non obtemperantem pœnale iudicium propriè detur, non uerò ex eo aliqua parti ad interesse priuatim nascatur actio, ut aliàs glo. Bar. & DD. communiter in d. l. j. §. Hoc iudicium, ff. si quis ius dicen. non ob. phrasi orationis ibidem decepti, tradunt: constat tamen ex eadem edicti ratione, hoc est, propter contemptum iurisdictionis, & sic ratione inobedientiæ eius qui ius dicenti non obtemperauit: cum
semper iurisdictio † impedita, & damnum parti uincenti adferat, eidem respectu interesse & damni in- 42
de emergentis, ut sumptus, interesse ac damna non obtemperans soluat, certa remedia iure esse concessa: sicut & aliàs regulariter in emolumentum partis per iuramentum in litem, quasi in uniuersam æstimatio
nem litis, contumacia † non obtemperantis punitur, quod iuramentum inde & affectionis dicitur, l. si 43
per alium, §. j. ff. Ne quis eum qui in ius uoc. l. j. & 2. ff. De in litem iuran. Vnde & ex eadem ratione, consuetudine, ac diuturno usu receptum, & hactenus Imperiali authoritate comprobatum, ut mulcta
quæ à non obtemperante ius dicenti exigitur, † partim fisco, partim alteri parti soluenda indicatur, pro 44
quo est tex. in l. lege, §. j. ff. De S. C. Syllan. & in l. nemo, C. De assesso. d. ordina. Cam. d. tit. 48. in prin.
Idq; in emolumentum partis adeò procedit, ut licet pœnam † adiudicatam fisco remittat princeps; & 45
propter paupertatem etiam iudex: secus tamen in pœna adiudicata parti, glo. in l. 2. & ibi DD. C. De in ius uoc. Alexan. in d. l. j. §. fin. ff. si quis ius dic. Et sic licet fiscus tantum exigendæ mulctæ actionem ex d. edicto, atq; ita pœnale iudicium ad defendendam iurisdictionem suam habeat: tamen & parti, pro qua sententia lata est, si minus eidem condemnatus pareat, ratione illius inobedientiæ maximè in hoc nostro iudicio, diffamato contra diffamantem ius agendi grauius, ut & Odofred. tradit, quæsitum esse constat: prætereà quoq; eidem ex mulcta dimidiam partē accedere, & si quid ulterioris illius diffamationis caus-

sa dispendij tulit, pro eo ipso quoq; remedia iuris esse in promptu. quæ singula rectè faciunt, ut sententia
46 executioni suæ mandetur. Et cum † mulctæ seu pœnæ constitutio in hoc nostro iudicio principalior ac præstantior modus sit, quo sententia executioni mandari rectè ualeat: non omnibus autem ex æquo iudi-
47 cibus, secundum ius potestatis suæ iurisdictionem suam † pœnali liceat defendere iudicio, præsertim grauiori, d.l.j.in prin.ff.si quis ius dicen. & l.2.in fin.ff.De iudic. cum sim. suprà uerò dictum sit, quemlibet iudicem inuocatum, hic etiam inferiorem iudicem esse competentem, ac ex causa diffamanti perpetuum per sententiam suam imponere posse silentium: rectè itaq; nunc quæritur, si iudex inferior silentium diffamanti imposuit per sententiam suam, quæ in rem iudicatam transacta exequenda uenit: diffamantis autem contumacia in non obtemperando dicto iudicis adeò excrescat, ut exemplo publicè perniciosa sit, alijsq; datura ansam non obtemperandi, adeoq; maior mulcta ac pœna ipsi imponenda ueniat, ad quam ta-
48 men exigendam † ipsius inferioris iudicis potestas se non extendat: an iam iudex superior hanc alienam sicut suam iurisdictionem à contemptu pœnali possit defendere iudicio? Et quidem quòd & alienam iu-
49 risdictionem iudex defendere, & in hoc magistratus alteri † magistratui porrigere manum, & omnis iudex brachium alterius iudicis pro executione facienda implorare possit, tex. est in l. Episcopale, C. De episc.audien.c.j.De off.ordin. & ita rectè decidit Bar.in d.l.j.ff.si quis ius dic. & in l. A' diuo Pio, uers. sententiam, ff.De re iud.c.Dilecto, De sen.excom.in 6.Oldra. cons. 89. sicut fit in Camera Imperiali per
50 † literas compassus, ad iudices Ecclesiasticos, quibus petitur bannitum Imperij censura Ecclesiastica quo-
51 que innodari. Et pro eo quòd iudex minor † maioris magistratus potestatem, ut sententiam eius exequatur, inuocare possit, etiam fa.quod no.in clem.j.De hære.& in c.licet, De off. uica.lib. 6. & in c. si quis contra clericum, De foro compe.c.In literis, c.quærenti, & c. significasti, De off. ordin. & quod Panor.notabiliter in c.quod sedes, eod & in c.Decæterò, De re iudica. Et sic licet de alieno proces-
52 su † alius iudex regulariter non possit se intromittere, id tamen fallit si requisitus sit: quia tunc imaginem illius gerit, ut notab.Bal.in l.fin.C.De edi.di.Had.toll. Sic & in hoc quoq; iudicio, ut in alijs causis sententia lata per iudicem unius loci seu territorij, in alio executioni mădari potest, pro tanto quòd iudex
53 unius iurisdictionis possit requirere iudicem † alterius territorij, ut suam sententiam exequatur, per iam adducta, & ita est tex.Bar.& DD.in d.l.A' diuo Pio, §.j.& tex.& DD.in c. postulasti, De for. compe. idq; ex egregia ratione, ne scilicet sententia per iudicem unius loci seu iurisdictionis, reddatur elusoria,
54 contra l.si prætor, in prin.ff.De iudic.& c.Commissa, § porrò, De ele.in 6. Aliàs uerò regulariter † sententia quæ in rem iudicatam transijt, mandatur executioni ab eodem iudice qui eam tulit, c.quod ad consultationem, De re iud.l.Cum quædam puella, ff.De iurisdi.om.iud.d.l.A' diuo Pio, & fa.l.fin.§. Eum autem, in fin.C.Vt nemo priua.tit.& quod no.Innoc.in c.Cum nostris, De concess.præben. quod uerum, nisi sit appellatum: quia si confirmatur, non mandatur executioni per primum iudicem à quo, sed per iudi-
55 cem ad quem, & sic iudex appellationis exequitur, † ut Bar.in l.Eos, §.j.in fin. & in l. præcipimus, uer. officijs, C. De appell. & tenet Specul. & Ioan. And. in add. in tit. De execu.senten. §.Nunc dicendum, uers. sed pone quòd iudex, &c. nisi appellatio sit deserta : quia tunc executio per iudicem fit à quo, ut Bart. Bald. & DD. in l. Si contra, C. De appell. & in d. l. præcipimus, uers. officijs, & Bal. in Authen. si quis litigantium, C. De episc. audien. de quo plenè & notab. Panor. & DD. in c. pastoralis, §.præterea, De off.delega.

56 Qualiter autem executio sententiæ † per partem quæ obtinuit à iudice peti debeat, intelligi potest ex ijs quæ no.Bar.in d.l.A' diuo Pio, §.sententia, & Panor.in c.fin.De iudi.& in c.j. De libel. obla. & in c.Cum aliquibus, in fin.De re iudica. & Rom. cons. 336. Neq; uerò aliqua in executione sententiæ huius iudicij necessaria est dilatio & cognitio, arg.eorum quæ no.Innoc.in c.Ex tenore, De app. Et quia hæc de executione sententiæ, quantum ad iudicium nostrum pertinet, sufficere uidentur, cum alia ex locis iam adductis latè cognosci queant: ultimo adhuc loco generaliter notandum, appellationes in Cameræ Imp.iudi-
57 cio ab executione, † si nulliter & iniquè à prioribus iudicibus fuerit iudicatum, & tamen exceptione nullitatis à reo opposita non admissa, ad executionem procedatur, recipi: siquidem iudices aut mixti sunt exe-
58 cutores, & tenentur exceptionem † nullitatis admittere, & desuper cognoscere, maximè si nullitas ex ipsis actis appareat, aut in continenti probari possit, prout Bar. in l. 4. §. Condemnare, ff. De re iudic. aut uerò sunt nudi executores ad requisitionem alterius uel commißionem superioris, & hi quoque eiusmodi exceptionem audire, & in exequendo supersedere, ac causam ad superiorem remittere debent: aliàs modum in exequĕdo uidentur excedere, ac ab eis appellari poterit, c.De cætero, De sen.& re iud.c. pastoralis, §. quia uerò, & ibi bona glo. in uerb. Et si sciat, uers. Et no. quòd à mero executore, De off. delega.

delega.DD.in l. Ab executione, C. quor. app. non recip. Spec. in tit. De appella. §. nunc dicendum. In puncto siquidem appellationis † ab executione iudex superior se intromittere potest. Itaq; si bene appel- 59
latum, pronunciabit Camera executorem male processisse, & exceptiones admittere debuisse: sin secus, pronunciabit bene decretum processum, male appellatum, cum condemnatione expensarum, secundum Spec. in d. §. nunc dicendum.

DE EXCELLENTI L. DIFFAMARI PRAESTANTIA, AMPLITVDINE AC VTILITATE, in genere: & de uero & legitimo huius postulationis condicticiae usu atque effectu.

CAPVT XII.

1 Epitomen doctrinis suis subiungere, Iurisconsulti in more habuerunt.
2 l. Diffamari sola meruit aliquoties Imperatoria authoritate illustrari.
3 l. Diffamari condictio quare alijs actionum formulis latius pateat.
4 l. Diffamari in foro frequentia.
5 Rationis dignitas & legis praestantiam arguit.
6 Legis non unã tantum sed plures rationes esse, semper praesumendum.
7 l. Diffamari rationes plures, quarum quatuor principalissimae, & universam Iurisprudentiam respiciunt.
8 Causa finalis potissimum attendi debet.
9 Malitijs hominum obuiandum.
10 Delicta quaeque pro modo puniri debent.
11 Ratio finalis legis seu statuti sumitur ex prooemio.
12 Reipub. interest, subditos habere honestos & locupletes.
13 Futura mala ac damna quantum fieri potest, praecauenda sunt.
14 Fama malum quo non aliud uelocius ullum.
15 Famam bonam & l. diffamari beneficio conseruare quis potest.
16 Fama iustam causam credendi facit.
17 Fama probationem semiplenam communiter facere dicitur.
18 Melius est ante tempus occurrere, quàm post causam uulneratam remedium quaerere.
19 Lex non supplet, ubi quis sibi non prouidit.
20 l. Diffamari remedio & sibi & suis haeredibus quis prouidere potest.
21 Status quaestio cui mota ut dirimatur, & haeredum eius interest.
22 Litium finis ut sit, & ne dominia rerum in incerto maneant, rationes & bonum publicum respiciunt.
23 Vsucapio naturali aequitati contraria, quare iure ciuili introducta.
24 l. Diffamari naturali iuri consona, cum praeceptis secundae tabulae concordat.
25 l. Diffamari remedio rerum dominia in certo statuuntur, & lites praeciduntur.
26 Iudicia non multiplicari, Reipub. interest.
27 Δίκη Dea, iudiciorum praeses.
28 Causae & causati idem iudicium.
29 Rationes praestantiores in casib. l. diffamari connexas esse, exemplo ostenditur.
30 l. Diffamari efficacia.
31 Silentij impositio quid operetur.
32 Libertas, res inaestimabilis.

33 l. Diffamari ut commune remedium aduersus omnes perniciosas diffamationes, ab Impp. constituta.
34 l. Diffamari amplitudo ac dignitas.
35 Ratio est legis anima, uis ac ueritas.
36 Ratio ampliat legem.
37 Diffamatio res pessimi exempli.
38 Ratio ubi eadem est, ibi eadem lex dicitur.
39 Rerum dominia ne in incerto maneant, iuris ratio & in personalibus hic procedit.
40 Rationes legis ubi ampliores sunt dicto legis, dictum legis secundum amplitudinem rationum extenditur.
41 Ratione quæ conueniunt, discrepantia non dicuntur.
42 Ratio dicitur coniunctio diuersorum casuum, ad eundem finem tendentium.
43 Verba ex toto licet non conueniant, si tamen effectus aliqualiter conuenit, habet locum dispositio.
44 Verba in materia fauorabili, generaliter accipienda sunt.
45 l. Diffamari remedium propter rationum similitudinem, & ad alias extra diffamationum causas extenditur.
46 Ratio ubi eadem, ibi idem ius.
47 Lex ex ratione uiuit.
48 Ratio generalis ampliat ac declarat.
49 Publicus fauor facit, ut iura etiam exorbitantia, ex identitate rationis extendantur.



Tsi ex hactenus traditis satis ac clarè patet, quæ huius l. nostræ rationes sint, quis item eius sit usus, quæq; utilitas ac amplitudo: tamen ut singularis eius præstantia ac eximia efficacia, atq; inde uarius eius, egregius ac latissimus usus magis appareat, ac tanquam in speculo clarius ac plenius eluceat: de his ipsis singulari ac extremo hoc capite tractare, & quæ hactenus latè ac uariè hinc inde ea de re ex iure adducta sunt, denuò hic breuiter
1 *ac quasi uno contextu ob oculos ponere, idq; more ueterum Iurisconsultorum, uisum est. ad quorum † cōsuetudinem si quis diligentius respiciat, uidebit apud eos in more positum fuisse, ut ea quæ fusè, latè ac uariè tradiderunt, loco postremo succinctè, & uno quasi fasce complecterentur, ac doctrinæ suæ amplioris*
2 *quasi epitomen exhiberent, &c. Hæc igitur l. diffamari est illa lex, quæ sola † inter tot tantasq; leges Romanas hucusq; à tanto tempore, quo D. Iustinianus sacratiss. Imperator Iuris ciuilis uolumen ultimum conclusit, denuò Imperatoria authoritate nec semel, sed aliquot in comitijs publicam declarationem confirmationemq; eximiam sumere meruit, dignaq; iudicata est. Quod equidem siue ex legitima interpretatione eius, ipsius amplitudinem, siue celeberrimum usum, siue dignitatem ac præstantiam respicias, mirū uideri non debet: cum his nominibus cæteras omnes actionum formulas longè lateq; postulatio nostra condicticia superet. In omnibus siquidem actionibus ac causis tam ciuilibus quàm criminalib. & tam realibus quàm personalibus, & tam in possessore quàm petitore locum suum obtinet: unde quoq; & in actionibus*
3 *mixtis sibi maximè locum uindicare, manifestum est. quod sanè † cum adeò ad calumniam humanum genus pronum existat, ut famam, existimationem, itemq; bona propter calumniam litium, fraudem item ac aliorum malitiam, quietè conseruare difficilimum sit, ut iniustè diffamatis hac quoq; ex parte undequaq; consultum prospectumq; esset, rectissimè introductum. Et hinc etiam fit, ut præ hac legis nostræ con-*
4 *dictione, nulla alia actionis formula in foro celebrior, † communior atq; frequentior existat. quod & inde clarum est, quòd huius legis nostræ nomen omnibus hodie in ore ac notissimum est, adeò ut etiam in inferioribus iudicijs, procuratores interdum planè ἀναλφάβητοι, cum aliquam actionem suo nomine speciali ac proprio designare, aut aliquam legem allegare neutiquam possint, hanc tamen possint: cuius legitimum usum certè si tam notum ac nomen haberent, sæpius maiore cum laude ac clientulorum fructu ac emolumento hac condictione in foro experirentur. Quòd autem tantam ampli-*
5 *tudinem, dignitatem ac frequentiam lex nostra consequuta est: id propter plures † ac præstantissimas eius rationes, quæ ut priuatorum ita & Reipub. quoq; utilitatem, dignitatem atq; tranquillitatem lucu-*

tem luculenter respiciunt, meritò factum esse, uidebit is qui eas ipsas diligentiori consideratione complexus fuerit. Vt enim semper non unam tantum, † sed plures legis rationes aßignari posse præsumendum 6
est, ut rectè Alex. *in l si constante, col. 2. in fin. ff. sol. matrim. &* Salyc. *notabil. in l. si serui uestri, in 9. col.* C. *De noxal. &* Ias. *in l. quamuis, in fin.* C. *De fideicommiss. ita hoc ipsum iam sine omni ulteriore ambiguitate in lege nostra uel maximè procedit, ut ex perspicuis ac obuijs rationibus, propter quas ut legitimam, ita & amplißimam interpretationem lex nostra secum attulit, ac processu temporis magis magisq; consequuta est, euidenter patet.* Ex *quibus omnibus quatuor præcipuè † tanquam principalio-* 7
res constituimus: inter quas cum causa finalis potißimum attendi debeat, † l. fin. ff. De *hær. instit. pri-* 8
mam generalem omnino, ac ob quam legum prudentiam cum Theologia *introductam prudentes quidam tradidêre, ponimus, scilicet ut malitijs hominum obuiam eatur, † l. In fundo, cum sim. ibi per glo. no. ff.* De 9
rei uind. & arg. l. j. ff. De *eo quod cer. loc. c. ut famæ,* De *sent. excom. cum constet, diffamationem malignam delicti non minimam esse speciem, l. nostra, in prin. & manifestißimum sit, hac contra secundam* Diuinorum *præceptorum tabulam grauißimè delinqui. absentem siquidem indefensum eo modo diffamari, ut uel honori uel famæ eius facilè nota inuri, uel bonis eius damnum aliquod uel omnimoda quandoq; iactura adferri queat, periniquum est. dein manifestum sit, eos qui accusare uel agere remorantur, cum tamen id intermittere nolint, hoc plerunq; malitiosè ac fraudulenter agere, ut & suprà declaratum est.* Itaq; *& hac ex parte ne quis indebitè lædatur, idoneum lex nostra remedium exhibet: sicut & hoc casu iudex pronunciare tenetur, ut in posterum diffamato consultum sit, ne scilicet decæterò inquietetur: quod idem est quod imponere silentium super diffamatione ac ipsa causa, ut rectè* Bal. *hic per no.* Innoc. *in c.* Cum *in tua,* Ex. *qui matrim. accus. poss. quod & ipsa legis uerba apertè innuunt, ibi,* Ne *decæterò inquietudinem sustineres. Sicut igitur quæq; delicta † pro modo puniri debent, l. locatio, §. quod il-* 10
licitè, ff. De *publica. l. Si operis,* C. De *pœn. cum sim. ita & hic diffamatori sua pœna proposita ac parata est.* Primùm *etenim protinus causam amittit, cum deest cognitioni contumaciter, ut hic, & ibi glo. in uerb. inquietudinem, per l.* Contumacia, *ff.* De *re iudica. & l. j. in fin.* C. De *asser. tol. fa. l.* Sancimus, C. De *iudic. & quod no. in l. sed & si per prætorem, §. sed etsi dum decreto, ff.* Ex *quib. caus. maior. dein si adhuc in eadem obstinatione perseuerare uelit diffamator condemnatus per sententiam, grauiori mulcta coercebitur, ut in præced. cap. dictum est. & quòd hæc ratio, ut malitijs hominum obuietur, ratio legis nostræ finalis sit, † ex ipsius exordio sumitur, sicut in statuto argumentatur & tradit* Alexand. 11
cons. 20. Viso *processu causæ, col. 2. uers. sexto,* Quia *cessante ratione legis, uol. j. & cons. 55.* Quoniam, *in prin. uol. 5.* Et Rom. *cons. 16.* Viso *themate, & cons. 90.* Viso *themate, in prin. &* Cardin. *cons. 132.* Duo *sunt, in prin. &* Ioan. *de* Ana. *cons. 7.* Visis, *&* Dec. *cons. 335.* Agitur, *nu. 2.* Clarum *autem legis nostræ exordium est,* Diffamari *statum ingenuorum seu errore seu malignitate, periniquum esse.* Vnde *infertur, innocentem de crimine argui ac diffamari iniquius: ac quoq; periniquum esse, uerum alicuius rei possessorem, quasi non legitimè poßideat, diffamari.* Huic *igitur hominum malignitati ut obuiari poßit, rectißimum ac conuenientißimum remedium* Imperatores *in lege nostra exhibuerunt.* Et *sicut generalis hæc ac principalis iuris ratio, quòd hominum malitijs indulgendum minimè sit, è repub. est, in singulorum commodum ac emolumentum redundans: ita & hic secunda ratio quæ est, ex hac pendet, & priuatorum ac cuiusq; incolumitatem per se singulariter ac principaliter respicit: per consequens uerò, & publicam: cum* Reipub. *† intersit, subditos habere honestos & locupletes, §.* 12
Considerenus, *Auth. ut iudi. si quo. suffra.*

Est *autem quod quilibet præuidere debet, quod contingere † potest: & futura damna si qua metuit uel præsentit, quantum fieri potest, præcauere. quam & hominis salubrem prouidentiam & leges sua authoritate ac ope comprobare ac iuuare minimè dedignantur, l. si quis domum, §.* Idem *quærit, & §. si fullo, ff. loca. & condu. c. j. ubi glo. in uerb. præcaueri, &* Hostien. *&* Ioan. And. De *fer. non ordin. c.* In *nomine* Domini, *dist. 24.* Cum *Adrianus, dist. 63. c.* Conuenientibus, *j. quæ. 7.* Vnde *ea quæ euenire possunt non temerè considerari, prudenter admodum* Iurisconsultus *monuit: quod maximè hic ubi de fama, ne ulterius diffundi ac nocere queat, cohibenda agitur, locum sibi uindicat: cum* Fama *† malum, quo* 14
non aliud uelocius ullum: Mobilitate *uiget, uiresq; adquirit eundo. ut rectè* Poeta *inquit.* Vnde *plurimum sanè refert, quæ in futurum detrimentum diuulgatur, quamprimùm cohiberi eam, atq; extingui.*

Et *quia beneficio legis nostræ existimationi ac famæ † bona ex parte consulitur: iam etsi* Mens *conscia recti famæ mendacia ridet, tamen cum hic exquisitum remedium contra diffamationes ac mendacia famæ constitutum sit, hoc planè in tempore arripere ac uti, hic non immeritò consultius esse, statui po-* 15

test: cum is crudelis sit qui famam suam negligit, c. Nolo, 12. quæ. j. & præclarè alibi Cicero dicat, eum qui non defendit nec obsistit si potest iniuriæ, tam esse in uitio, quàm si parentes, aut amicos, aut patriam deserat: ut idem monet Specu. in tit. De aduoc. §. 3. nu. 5. & Aret. in l. si quis aduoc. C. De aduoc. diuers. iudic. & glo. & Rom. in l. Iulianus, ff. si quis omissa caus. testamen. sicut & id in cæteris rebus ac casib ne fama latius sparsa lites & futura incommoda ac damna adferre queat, prouidi omnino
16 *esse debemus: cum fama non temerè quin aliquid subsit, nasci credatur,* † *ut alibi Cicero tradit. Et ne diffamatori, cui aliàs in rebus nostris nullum omnino ius competit, propter malitiam ac diffamationem suam quandoq; aliquod ius quæratur: cum iustam causam credendi fama faciat, ut Bar. in l. 2.*
17 *C. Si ser. uel liber. ad decurio. aspira. lib. 10. & fama communiter* † *semiplenam probationem dicatur facere, ut notab. in l. 3. §. Eiusdem, ff. De testib. aliquando etiam plenam, ut Anton. de Butr. in c. præterea, De testim. & in c. Transmissa, qui filij sint legi. Bar. in l. De pupillo, §. si quis ipsi prætori, ff. De op. no. nuncia. in 8. quæstio. & quod no. Cyn. & Bar. in l. Siquidem, C. solut. matrim. Rom. cons. 7. glo. & DD. in c. Illud, De præsump. Quapropter is qui se diffamari, ac in detrimentum aliquando suum famam hinc inde spargi animaduertit, ne eiusmodi diffamatio in publicam uocem ac famam excrescat, uerùm quamprimùm coerceatur resecetúrq;, quod hoc l. nostræ remedio idoneè ac rectissimè*
18 *fieri potest: omni studio prouidere ac claborare debet. Melius enim est* † *ante tempus occurrere, quàm post causam uulneratam remedium quærere, l. j. C. quan. liceat uni. sine. iud. se uind. l. fin. C. In quib. caus. in integ. resti. non est necess. Sic rectè monet Poeta:*

> *Principijs obsta: serò medicina paratur,*
> *Quum mala per longas conualuère moras.*

Itaq; ne alicuius fama seu bona, per iniquam alterius diffamationem ulteriori periculo exponantur, cum salubriter lege nostra prospectum sit, & iura uigilantibus subueniant, l. pupillus, in fin. ff.
19 *De his quæ in fraud. credi. neq; lex* † *suppleat, ubi quis sibi non prouidit, argumen. l. fin. C. De pact. cuiusq; plurimum interest, tantum legis nostræ beneficium quàm diligentissimè obseruare, ut quisque hac ex parte statum suum illæsum, famam item suam, existimationem ac dignitatem integram ac saluam, & uitam quoq; interdum extra omnem criminis ac discriminis metum ac periculum incolumem conseruare, item bona sua sine ullius diffamatione seu turbatione tranquillè ac quietè possidere, & ad*
20 *suos quoque* † *hæredes certò transmittere possit: sicut huius rei uerum ac legitimum usum Imperatores eleganter in l. final. C. De usur. pupil. in hæc uerba exornant: Quo facto tam uobis ipsis, quàm*
21 *securitati filiorum uestrorum consuletis. quod non minus ad statum quoq;* † *alicuius referri potest, cum constet eius quæstionem, necdum in uiuis finitam aut decisam, etiam post mortem alicuius, propter emolumentum successionis durare, l. quamuis, & toto tit. C. Ne de statu defunct. post quinq. quæra. & fa. quod no. Innocen. & Panor. in c. causa quæ, Extr. qui filij sint legi. pro communi practica. Et hunc finem etiam, ut tam nobis quàm hæredibus nostris satis certóq; prospectum sit, & Cicero alibi generaliter iuris ciuilis constituit: ut cuiq; quid suum, quid alienum, & quid à patre accipere, aut liberis relinquere possit, exploratum esse possit. Vt igitur malitijs hominum obuiari, publicè interest: ita quoque ad singulorum & cuiusq; officium spectat, sibi in hoc non deesse, rebusq; suis quàm optimè prospicere: & si quod periculum seu damnum per alterius malitiam ac diffamationem famæ suæ seu bonis imminere aut emergere animaduertit, huic quamprimùm occurrere, & hoc l. diffamari remedio repellere.*

Et sicut his duabus rationibus tanquam solidis fundamentis lex nostra potissimùm innititur atque insistit: ita & plures, præcipuè uerò duæ rationes æquè dignæ ac principales, nec minus Reipub. dignitatem quàm priuatorum utilitatem respicientes, luce clarius hic sese simul exhibent: ne scilicet do-
22 *minia rerum* † *in incerto maneant, & finis litium sit, argumen. l. j. ff. De usucap. & l. fin. ff. pro suo, l. properandum, & l. apertissimi, C. De iudic. l. quisquis, §. præterea, C. De postulan. l. fratris, C. De transactio. l. Terminato, C. De fruct. & lit. expen. c. finem, & c. uenerabilis, Extr. De dol. & contuma. & argumen. c. Cum olim, & c. Cum inter nos, Extr. De uerb. sig. cum sim. Hac nostra siquidem legis condictione, si quis status sui seu rerum suarum controuersiam quandoq; ac futuras lites animaduertit ac metuit, protinus iudicialiter hac hæsitatione seu hoc metu liberare se penitus ac securum reddere poterit, ita ut rerum suarum dominium certum sit, nec ulterius hoc nomine ipse uel hæredes sui litibus uexari queant: idq; maximè si ratione diffamationis generalem citationem à iudice, ut suprà dictū, consequatur. sicut has duas etiam rationes in simili adducit Lud. Rom. cons. 53. Viso themate prænarrato,*

uers.

uerſ. ſed attenta ipſius ſtatuti diſpoſitione. Et his duabus rationibus motum quoque Iuriſconſultum coꝫ gnoſcimus in d. l. j. ff. De uſucap. & d. l. fin. ff. pro ſuo. Etſi uerò bono publico, uſucapio † quæ aliàs 23 naturali æquitati contraria reperitur, ut glo. in d. l. j. in uerb. bono publico, per l. Nam hoc natura, ff. De condi. indeb. & l j. in fin. ff. nego. geſto. ob dictas has rationes, ne rerum diu & ferè ſemper incerta dominia eſſent, & aliquis litium finis eſſet, iure ciuili introducta eſt, Inſtit. De uſucap. in princ. maximè iam ex his ipſis rationibus & lex noſtra, quæ non ſolum naturali æquitati non aduerſatur, uerumetiam præter hanc nulla † lex ſcripta extat quæ plures habeat in natura cauſas, quæq; propius ac magis ad 24 Diuina ſecundæ tabulæ præcepta accedat, ualidis uiribus ſubſiſtere debet: cum manifeſtum ſit ſaluberrimo eius † remedio dominia rerum dubia ac incerta, certa ac firma effici, lites finiri, ac diſcordiarum 25 occaſiones penitus remoueri: quod ut fiat, iura ſolicita ſunt, l. æquiſſimum, ff De uſufruc. l. Cum pater, §. dulciſſimis, ff. De lega. 2. l. quidam, ff. ſi cert. peta. §. Denium, & §. ſi tibi quoque, Auth. De manda. princ. cum ſim. per glo. in c. conquerente, uerb. ſpecificantes, Extr. De off. ordina. Qua & ratione † iudicia in ciuitate multiplicari uetuit Socrates, teſte Platone, ne ſcilicet daretur ciuibus anſa litigandi: quoniam naturalis ad diſſentiendum hominum eſt facilitas, ut Vlp. in l. Item ſi cuius, §. principaliter, 26 ff. De recep. arbi. Sic Δίκη Dea † iudiciorum dicitur præſes: quæ dictio etiam ius ſignificat, ob id 27 Græcè dicta, quia lites & contentiones dirimat, eiusq; Deæ diaconi & miniſtri δικασταί, id eſt iudices dicuntur, quaſi litium diremptores, cum & uniuerſi quaſi iuris finis appareat, uel anteuertere uel celeriter dirimere controuerſias. Itaque cum principales iam poſitæ rationes ac cauſæ, propter quas præcipuè lex noſtra introducta, eiusq; generale quaſi remedium conſtitutum eſt, ſummæ meritò æſtimandæ ſint, & in his magna ex parte tota legum ſanctio uertatur: fieri iam nequit, ut effectus quoque legis noſtræ non præſtantiſſimus ſit, ac in multas actionum partes non latiſſimè pateat: cum idem ſit † cauſæ & 28 cauſati iudicium, l. quo minus, ff. De flumi. l. Et ſi amicis, ff. Ad l. Iul. de adulter. l. Maritus, ubi Caſtren. & DD. C. De procurator. & cauſæ dignitas, cauſati quoque dignitatem arguat, c. 2. De præben. in 6 l Reſtituendæ, in fin. iuncta glo. fin. C. De aduo. diuerſ iud. Et quòd ex dictis rationibus effectus noſtræ illuſtrior ac amplior reddatur, & inde quoque magis procedit ac clarum fit, quòd ut quæq; ratio per ſe generalis ac præſtantiſſima eſt: ita & in l. noſtra omnes ſibi inuicem quaſi cohærent, ſimulq; connexæ appareut, arg. c. Innotuit, uerſ. Multa enim, De electio. l. j. & quod ibi no. Bal. C. De fideicom. quæ res exemplo dilucida ac clara fieri poteſt. † Vt ſi uerus poſſeſſor prædij, quòd ipſe legitimè id 29 non poſſideat, & malæ fidei poſſeſſor ſit, ab aliquo qui ſe uerum prædij dominum aſſerit, & quòd quandoq; agere uelit, diffametur, & ſic in poſſeſſione ſua moleſtetur: cum etiam uerbalis inquietatio dicatur moleſtatio, ut Bar. in l j. §. Huius autem interdicti, ff. uti poſſid. & in l. ſi prius, in 5. opp. j. part. ff. De oper. no. nunc. & Bal. in l. Non ab re, C. unde ui, & in l. ordinarij, in 5. colum. C. De rei uind. & latè Alexan. conſ. 52. Viſo teſtamento, nu. 6. & 7. in 2. uol. Iam ſi is poſſeſſor impetrata à iudice citatione ex l. noſtra, id conſequutus ſit, ut propter ipſius contumaciam eidem per ſententiam iudicis ſuper eiuſmodi ſua diffamatione, atque adeò ipſa cauſa perpetuum impoſitum ſit ſilentium: is iam hoc remedio effeciſſe uidetur, quòd diffamantis malitiæ ſit occurſum, item quòd in poſſeſſione ſua extra id periculum ſit poſitus, & quòd certum ac firmum rei ſuæ dominium conſequutus ſit ac conſtituerit: denique quòd poſſeſſionis huius nomine ulteriores lites iam præciſæ ſint, nec his ipſe uel hæredes ſui ulterius moleſtari queant. ex quibus rationibus ampliſſimis ac ex media Iuriſprudentia deſumptis, † quàm rectiſſimè diffamato re- 30 medio legis noſtræ conſultum eſſe conſpicitur: ſicut & hæ ſingulæ rationes in ſpeciali caſu legis noſtræ uires obtinere apparet, arg. d. l. quamuis, C. Ne de ſta. defunct. poſt quin. quær. &c. Itaque etſi ſuperius dixerimus, in hoc noſtro iudicio diffamatum ab illata diffamia per ſententiam non rectà abſolui, ac liberum, &c. pronunciari: ſententiam item non niſi contra certum citatum intelligi: tamen reuera tantùdem diffamatus hoc iudicio ac ſi expreſſè ac rectà ab illata diffamia ac hoc nomine omni futuro periculo per ſententiam iudicis abſolutus liberatusq; eſſet, conſequutus eſt: cum & ex ſuperioribus conſtet, ratione unius diffamantis iudicium contra quoſcunque, qui ibidem aliquod ius prætendere poſſent, fundari poſſe: item perpetui hic ſilentij † impoſitionem tantundem operari, ac ſi diffamatus re- 31 ctà ac diffinitiuè per ſententiam iudicis abſolutus eſſet: ſiquidem ſilentium hic ſuper diffamatione ac ipſa cauſa intelligitur: & ne decæterò quis inquietudinem ſuſtineat, ut uerba legis in hoc clara ſunt, & ibid. Bal. & in l. fin. C. Vt lite penden. id notabiliter deducit, ac adeò etiam uerum eſt, ut diffamator in poſterum graui quoque mulcta indicta à diffamatione ſua per iudicem cohiberi, & ne is qui diffamatus fuit ulterius diffametur ac moleſtetur, etiam pœnali iudicio defendi poſſit ac debeat, ut hic in fin. l. noſtræ;

& arg. l. j. ff. si quis ius dicen. non obtemp. & ut praecedenti cap. clarè deductum.

Vt igitur rationes suprà positae uniuersam Iurisprudentiam ac praestantiam eius finaliter respiciunt: ita cum ob has ipsas l. nostrae remedium introductum primitùs, ac subinde his ipsis rationibus suadentibus ac urgentibus in omnes actionum partes magis ac magis usurpatum ac frequentatum sit: meritò nunc & optimo iure & usus ac effectus eius, ut latißimè patens, ita & praestantißimus iudicandus est: quo & hominum status, honor item, fama ac dignitas, res praeterea, possessiones ac bona unicè defenduntur, ac in certo ac tuto collocantur atque constituuntur. Neque hic quicquam impedit, quòd forsan aliquibus uideri potest, l. nostram primitùs intra curtos limites fuisse constitutam, ac solùm in casu diffamati status in-
32 *genuitatis loqui: de quo hodie amplius cum non quaeratur, nec ratione libertatis, † quae res inaestimabilis, ac omnibus rebus fauorabilior est, l. libertas, la. j. & 2. ff. De reg. iur. facilè ad similia argumentari poßit: igitur ad omnes indifferenter diffamationum causas, ut suprà traditum, legem illam non extendendam, cum eatenus & eiusmodi intentioni uerba legis non conueniant, arg. l. 4. §. Toties, ff. De dam. infec. & l. quod constitutum, ff. De mili. testa. c. 2. Requi. Extr. De app. &c. Nam his & alijs similibus leuiculis minimè obstantibus, constanter statuendum est, à primis huius legis latoribus, ipsis Imperatoribus hanc quidem legem in casu tum temporis communißimo, sicut & leges in ijs quae ἐπὶ τὸ πλεῖστον, non in ijs quae ἐκ παραλόγου constitui solent & debent, esse constitutam: interim ue-*
33 *rò eadem, quasi commune ac generale remedium † aduersus omnes omnium calumniosas, falsas ac perniciosas diffamationes, saluberrimè esse propositam: cum quoties lege aliquid unum uel alterum introductum est, bona occasio sit, & caetera quae tendunt ad eandem utilitatem, uel interpretatione, uel*
34 *certè iurisdictione suppleri, l. Nam ut ait, ff. De legibus. † sicut & inde usque ad D. Iustiniani sacratiß. principis tempora, hanc legem in summo precio ac usu esse habitam, & Iustinianus Caesar sua authoritate satis comprobauit: & inde etiam semper eius dignitatem & frequentiam creuisse & innotuisse, primi iuris ciuilis interpretes argumentum faciunt, ac postmodum reliqui qui utrunque ius commentarijs suis illustrarunt, traditione sua comprobarunt: sicut & ab ijs, ac omnibus qui hactenus ius in usu habuerunt, maximè Imperatoria accedente authoritate, legitimè ac rectißimè haec amplißimae legis prouisio ad omnes res, casus & personas, in quibus eaedem rationes reperiuntur, ampliata atque usurpata est, arg. d. l. Nam ut ait, & l. Item ueniunt, §. Ait senatus, ff. De peti. haere. l. Gallus, §. Et quid si tantum, ubi DD. ff. De liber. & posthum. l. His solis, C. De reuocan. dona. l. Cum mulier, ubi Alexan. in 6. notab. ff. solu. matrim. Omnino namq; clarum ac certum est, Imperatores primitùs ad sanctionem huius legis ijsdem planè rationibus, quas suprà diximus, esse adductos, & principaliter quidem, ut malitijs hominum obuiam eatur: cum diffamari statum ingenuorum periniquum sit. quod ipsum ut praecaueretur, & ingenui diffamati ratione libertatis ac item bonorum suorum unicè intererat, ut is de statu ac bonis suis certus esset, neq; eiusmodi status quaestio propter emolumentum haereditatis suae post mortem eius etiamnum duraret, d. l. quamuis: ac lites hoc nomine iam praecisae, sopitae ac finitae, ulterius non resusci-*
35 *tarentur. Quae rationes cum in lege nostra luculenter appareant, atq; in ijs anima, † uis ac ueritas legis sita intelligatur, arg. l. Cum ratio, ff. De bon. damna. l. solam, C. De testi. l. Scire, ff. De legi. Bal. in l. si quis seruo, C. De furt. DD. in l. Non omnium, ff. De legi. Bal. in l. Non dubium, C. eod. & in c. Dilectis, De rescrip. c. Consuetudo, dist. j. Panor. in c. Ratio nulla, in princ. Extr. De praeben. & in c. fin. De rescrip. 3. col. & c. Nihil est, De electio. col. 9. meritò secundum easdem rationes cum eae generales sint*
36 *ac amplißimè pateant, & ipsa lex ampliata est, † arg. d. l. Cum pater, §. dulcißimis, & l. unum, §. fin. ff. De lega. 2. l. si is qui animo, ubi glo. ff. De adq. poss. Panor. in d. c. fin. De rescrip. Et cum diffama-*
37 *tionem † malignam & quae alteri nocere obesseq; potest, rem peßimi exempli, ac huic omnino obuiandũ esse Imperatores in exordio legis nostrae statuant: dubium non est, si in alio casu, ubi itidem uel famae periculum, uel bonorum dispendium propter diffamationem alterius subfuisset seu emersisset, interrogati fuissent, quin eadem planè ratione respondissent, atq; idem planè remedium singulari quoque lege exhibuissent. Quare meritò & eiusmodi casus comprehensi, ac si de ijs singulariter quoq; & in specie dispositum esset, censendi sunt: iuxta glo. ult. in l. Tale pactum, in fi. De pact. l. Titius, §. Lucius, ff. De lib. & posth. Idq; maximè propter rationum identitatem uerum hic est, ac in tantum procedit, ut non similitudo, sed eadem*
38 *† lex dicatur, ubi eadẽ est ratio: ut Bal. in l. Data opera, in 8. col. C. qui accusa. per l. Illud, C. De sacrosanct. eccl. & Alexan. cons. 75. uidetur in praesenti, nu. 3. uol. 5. Et etiam in materia poenali idem uideatur cantum, ubi eadem reperitur ratio, ut Bal. in d. l. Data opera, per tex. in l. His solis, C. De reuoc. dona. & l. fin. De iudic. uidui. Certum autem est, omnibus diffamationum causis, in quibus remedium legis nostrae petitur, ad-*

tur, adhibetur atque præstatur, prædictas rationes singulas ac easdem, si non omnino ex æquo, maiori ta=
men ex parte semper subesse: sicut in omni sanè actione hic finales hæ ac principaliores causæ conspiciun=
tur, ut malitijs hominum obuietur, & quemlibet posse ac debere famæ suæ, sibi, rebusq; suis q̄ optimè
prospicere: denique ut lites, quantum fieri potest, præcidantur ac finiantur. Et licet ea ratio, ne do=
minia † *rerum in incerto maneant, in ciuilibus ac realibus præcipuè actionibus locum habere, uideri* 39
queat: tamen non minus & ea ratio in personalibus rectißimè procedit, ne scilicet alicuius fama uacil=
let, seu status in dubio statuatur, &c. Itaque sicut ea in causis criminalibus, fractæ pacis, turbatæ pos/
seßionis, iniuriosis ex dolo, matrimonialibus, quoties status quæstio mouetur, ac similibus semper quo/
dammodo subest: ita & propter rei grauitatem in his ipsis causis, rationes has præstantiores grauio=
resq; frequenter quoq; reperiuntur, quæ ex media similiter Iurisprudentia *procedunt, & omnino gene/*
rales sunt, ac latißimè patent. Itaque cum rationes † *legis nostræ ampliores sint dicto legis, rectè iam* 40
dictum extenditur ad amplitudinem rationum ipsius legis, ut est glo. in clem. j. De ele. *quam* Cardin. *ibi*
reputat singularem. fa. l. Regula, *§. fin. ubi* Bar. & Bal. *ff.* De iur. & *fa. ignor l.* Nomen, *§. fin. ff.* De
lega. 3. c. Constitutionem, De regula, *in 6. & in c. 2. requiris*, De appell. & *fa. quod uoluit* Cyn. *in*
l. Non dubium, C. De legi. & Dyn. *in c. fin.* De reg. iur. *lib. 6. & prosequitur* Alexan. *cons.* 52. Cir=
ca hanc dubitationem, num. 10. uol. 4. Neque hic quicquam tot tamq; uariarum causarum cumu=
latio ac concursus impedit: cum non dicantur discrepantia † *quæ in ratione conueniunt, l. j. §.* Per ser= 41
uum, ubi Ias. *in 10. notab.* De adq. poss. & *adductarum rationum hic, ac ipsius legis nostræ aper=*
tus, principalis ac unicus finis sit, ut diffamatio quæ nocere potest cohibeatur, compescaturq;: per quem
iam malitijs hominum occursum, cuique salubriter prospectum, singula bene, ac in certo & tuto dispo=
sita, & lites futuræ præcisæ ac finitæ intelliguntur. Et ad hunc solum ac unicum finem omnes diffamatio=
num causæ, in quibus remedium l. nostræ quæritur, indifferenter ac unicè tendunt, referuntur ac spectāt.
Quod *cum ita sit, earum quoq; easdem rationes extare mirum non est, l. oratio, ff.* De sponsa. Vnde rectè
ratio, † *coniunctio diuersorum casuum ad eundem finem tendentium dicitur, ut* Bal. *in l. omnes populi,* 42
col. 17. De iust. & *iure, &* Ias. *in d. l. j. §.* Item adquirimus, *in 10. notab.* De adq. poss. Itaq; *cum legis no/*
stræ effectus omnibus diffamationum causis unicè conueniat: licet iam uerba † *ex toto non conueniant,* 43
conuenit tamen eius dispositio, ut glo. notab. in clem. unica, in uerb. Censura, De usu. Socyn. *cons.* 71. *col.*
3. uol. j. Dec. *in c.* Nouit, *in fin. pri. col.* De iud. *idq; maximè hic in materia fauorabili, ubi uerba* † *generali* 44
ter accipienda sunt, c. Rudolphus, *ubi* Panor. *col. j.* De rescrip. Alexan. *cons.* 248. Ponderatis, *colum.*
pen. uers. pro quo etiam facit, uol. 6. Vt *igitur diffamatio maligna, quæ & naturali æquitati ac ciuili ho=*
nestati maximè contraria est, coerceretur, & singulis ratione status sui, famæ ac bonorum suorum, hoc
nomine rectè consultum prospectumq; esset, legem hanc nostram in omnibus actionibus ac diffamatio=
num causis locum sibi uindicare, rectißimè hactenus seruatum. Vnde *quoque in hunc numerum & ad*
principalem legis nostræ effectum ac finem, præter diffamationum causas & cæteræ † *quædam similes* 45
ac affines recipiuntur atq; referuntur: ut si quis de facto molestatur, aut in poßeßione sua turbatur, uel ue/
risimiliter molestari timet, eiusmodi remedio l. nostræ sibi consulere poßit, ut Panor. *in c. si quis contra cle/*
ricum, circa princ. De foro compe. & *fa. quod no.* Bar. *in l. si finita, §.* Eleganter, *ff.* De dam. infec. & *in l.*
Si societatem, *§. arbitrorum, ff.* Pro socio, *cum sim. supr. cap. 2. nota.* Vnde *certum est, & in causis turbatæ*
poßeßionis ex hac l. agi posse, sicut supr. cap. 5. nu. 56. 57. 58. cum seq. clarè deductum. Sic *uerò similiter*
& tutus exceptione, potest agere antequam conueniatur, implorando iudicis officium, ut silentium impo/
natur actori, sicut in negatoria quæ datur poßeßori, l. Aurelius, *§.* Centum, *ubi glo. ff.* De liber. lega. *cum*
sim. allega. per Aud. *hic. in d. c. si quis contra clericum, col. 4. & per ea quæ supr. cap. j. nu. 3. cap. 2. nu. 6.*
adducta. Itidē *quoq; ut ei qui directò agere potest, terminus ad agendum statui potest, ut in d. l. nostra: ita*
& ei qui non directò agere potest, sed per obliquum, mouendo litem contra unum in modum contradictiō
nis, &c. ut elegans est doctrina Ang. *in l. si quis libertatem, uers. planè, ff.* De peti. hæred. *et ut supr. dictum*
est. sicut & plures eiusmodi casus finalem causam, ac quodammodo formalem legis nostræ spectantes, in
superius traditis inuenire est, sicut præsertim cap. 2. plenè & coaceruatim deducti sunt. Nec immeritò
etiam ad remedium legis nostræ & præter diffamationum causas & aliæ similes, in quibus propter eas=
dem rationes, officium iudicis inuocari, ut terminum constituat, &c. contingit, & ubi postmodum silen/
tium imponendum uenit, referuntur: cum eædem rationes & idem † *ius exigant, arg. l.* Illud quæsitum, *ff.* 46
Ad l. Aquil. l. A Titio, *ff.* De uerb. obliga. *cum sim.* Rectè *igitur & beneficium l. nostræ durare censetur,*
ubi & rationes eius † *durant ac manifestæ sunt, per suprà dicta, et argumento à cōtrario sensu desumpto,* 47
l. quod

l. quod dictum, ff. De pact. l. liberorum autem, §. j. ff. De his qui notan. infam. l. Illud quæsitum, in princ. ff.
48 Ad l. Aquil Bart. cons. 6. Vt igitur regulariter, ita & hic rationes generales legem ampliant † & declarant, d. l. Regula, § si quis, ff. De iur. & fa. ignor. & quod no glo. in l. si is qui animo, ff. De adq. poss & Alexan. cons. 59. Attentatis uerbis, nu. 3. uol. 3. Quod maximè hic ubi rationes nõ tam priuatorum quàm
49 Reipub. ut dictum, salutem ac utilitatem respiciunt, concludendum est: cum iura etiam † exorbitantia, quando de fauore publico agitur ex identitate uel maioritate rationis extendantur, ut Bar. & DD. in l. si constante, in 2. quæst. ff. solu. matri. & Bar. in l. quemadmodum, C. De agri. lib. 10. Cum igitur usum nostræ l. diffamari amplißimum, & in foro hodie frequentißimum ac summum esse constet, hæc qualiacunq;, ut is uel hac ex parte aliquantum illustrior ac perspicacior redderetur, aut saltem peritioribus eo in proposito ulterius progrediendi explicandiq; ansam præberem, pro communi commodo ad dictam l. nostram annotare uolui.

SIT NOMEN DOMINI NOSTRI
IESV CHRISTI BENEDICTVM, AMEN.

RERVM AC VOCVM TOTO OPERE MEMORABILIVM INDEX, PRIMO NVmero paginam, secundo uerò & item tertio, sicubi adiectus fuerit, eiusdem paginæ numerum in ipsis Scholijs inscriptum significantibus.

A

appellans

B

C

Camera

condi-

l. Diffa-

Index.

in l.Dif-

homi-

libellus

origo

senten-

non

FINIS.

BASILEAE, EX OFFICINA
NICOLAI EPISCOPII F. ANNO SA-
LVTIS HVMANAE M. D. LXIII.
Menſe Auguſto.


EPI SCOP.